 tus & receptus vltra numerum potest habere di-  
 gnitatem consuetã conferri canonico tantũ: quia  
 appellatiõe canonici potest cõprehẽdi canonicus  
 nondum præbendatus, per supradicta. Et licet ista  
 sint verissima de iure, nihilominus de consuetudi-  
 ne ferè vbiq̃ue seruatur contrarium: nam creati in  
 canonicos, antequam assequantur præbendam in-  
 tra numerum, non participãt de quotidianis distri-  
 butionibus, nec de aliis obuentiõibus canonica-  
 libus, imò 1. vocantur canonici in herbis, nec reti- 12  
 nent perpetuò illum canonicatum collatum per  
 Papam, sed vacante præbenda distincta canonica-  
 li & collata tali expectanti, statim ille consequitur  
 nouum canonicatum intra numerum, & primus  
 redit ad Papam, prout formaliter attestatur Decis.  
 Rot. ccccxlvi. incip. si legatus, in nouis. & valet ta-  
 lis consuetudo secundum dominos ibid. & d. Ant.  
 in d. c. cum M. Fer. & Imo. in clem. in fi. in ij. col.  
 de præben.

Postremò non omitto illud quod peritioribus  
 est satis notum, sed aliis forte incognitum: 1. quòd 13  
 vbi quis est creatus canonicus, duo tantum ibi-  
 dem assequi potest, præbendam videlicet in eccle-  
 sia cathedrali, sed non in collegiata: Item digni-  
 tatem, aut personatum, vel officium, siue admini-  
 strationem puram in cathedrali, dummodo maior  
 post pontificalem ibidem non reputetur: extra ca-  
 thedralem nullum beneficium acceptare potest,  
 quanuis paratus sit dimittere dignitatem debitam

sibi in cathedrali vigore harum literarum, & debet esse contentus vno beneficio, quanuis minoris valoris, & hoc propter formam literarum, quæ ad illa duo ibidem & non alia seu alibi se extendunt: quæ quidem forma exactè & ad vnguem est seruanda. c. cum dilecta. cum ibi notatis. de rescrip. †  
 14 maximè in beneficialibus. c. quanuis. & c. cui de non. de præben. lib. vj. An autem creatus canonicus in Hispania possit vltra illa duo obtinere præstimoniam, dicitur in v. forma.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Secunda forma expectatiuæ ponitur, id est quando quis in duabus ecclesiis canonicus creatur.*
- 2 *Quis de iure communi non debet esse Canonicus præbendatus in pluribus ecclesiis, & multo minus in eadem duas præbendas obtinere.*
- 3 *Pluralitas præbendarum multa operatur iniqua.*
- 4 *Nullus inferior Papa potest dispensare super præbendarum pluralitate, etiam in diuersis: quod limitatur.*
- 5 *Inferior Papa quando dispenset super pluribus præbendis.*
- 6 *Quare potius dispensetur circa beneficia difformia, quàm conformia, ratio ponitur.*
- 7 *Duæ præbendæ magis sunt incompatibiles sub eodem tecto, quàm sit dignitas cum ecclesia parochiali.*
- 8 *Dignitates maiores post pontificales dicuntur*

reseruatæ.

Ideo non cadunt sub expectatiuis: quod limitatur.

- 9 Dignitas maior post pontificalem quæ dicatur.
- 10 Expectatiuus exprimat dispensationem, vt possit habere dignitatem.
- 11 Dispensatus super pluralitate, eo ipso dispensatur super residentia tanquam consequutina.
- 12 Electionis qualitas in literis exprimatur.



Secunda † forma, est quando creatur<sup>1</sup> quis canonicus in duabus ecclesiis per hæc vel consimilia verba, videlicet vnū Paduanæ, & alium Vicētinæ ecclesiarum canonicatus cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi autoritate conferimus, &c. vnā verò Paduanæ, & aliam Vicētinæ prædictarum præbedas, necnon dignitatē, personatum administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, etiam si per electionem, &c. Istam formam ego non reperiō de iure scriptam: quia per illam conferuntur duo canonicatus, & reseruantur duæ præbendæ in duabus cathedralibus: etsi hæc forma & sequens sunt contra dispositionem iuris communis, vt apparet in c. sanctorum. lxx. di. vbi dicitur, † quòd nō<sup>2</sup> debet quis esse canonicus præbendatus in pluribus ecclesiis, & multo minus in eadem duas præbendas obtinere. cle. si. de præben. vbi est expressum, quòd



adeptus in certa ecclesia dignitatem habentē præbendam annexam, perdit primam præbendam quā obtinebat ibidem, & etiam canonicatum annexū præbendæ, vt volunt ibi doct. & clariùs Pilipp. Frac. in c. cum in ecclesia. in glo. .iiij. in fine, eodem tit. li. vj. Ratio præmissorum colligitur ex tex. in c. quia  
 3 in tantum. de præben. vbi dicitur † quòd multitudo & pluralitas præbendarum canonibus inimica, dissolutionis materiam & euagationis inducit, certumque cōtinet periculum animarum. Nihilominus non obstante præmissa dispositione iuris cōmunis potest Papa de iure supra ius dispensare. c. proposuit. de concess. præben. Dispensare autem intelligitur cōcedendo literas in hac & sequenti forma, ex quo maximè apponit clausulas derogatorias, vt est notum. Sed † nullus inferior post Papā  
 4 hoc potest dispēsare, scilicet super pluralitate præbendarū nedum in eadē ecclesia, sed nec in diuersis: prout attestatur Domi. in d. c. sanctorum, dicens quòd hoc communiter tenent omnes, & quòd sic seruat curia, allegat Inno. in c. fin. de cle. non resi. Quod ego intelligo & limito dupliciter.

Primò, vt duo vel plures canonicatus præbendati possint obtineri per dispēsationem Papæ tantum, & non alicuius inferioris. Hoc sit verum & procedat quādo ipsæ præbendæ ex statuto vel consuetudine requirerent residentiam, quia vt dicit Host. in c. super inordinata. de præben. sicut in pluribus castris, quorum quodlibet requirit certos homines ad sui custodiam, non potest quis obtinere locum plurium: ita & in duabus vel pluribus præbendis

bendis requirentibus residentiam, nisi accedente dispensatione Papæ: secus ergo si non requirunt residentiam, quia tunc possunt licite obtineri si conferantur per inferiorem, & hoc modo debet intelligi opinio Inno. in c. cum iam dudum, de præben.

Secundus casus † est in quo inferior potest dispensare super pluribus præbendis in diuersis ecclesiis, quando vna ex illis præbendis esset tenuis & minùs sufficiens secundum Ioan. An. in c. literas. de concess. præben. quem hoc modo intelligit & declarat Panor. in dicto c. cum iam dudum. In diuersis ecclesiis ideo dixi, quia non posset inferior dispensare vt quis in eadem ecclesia habeat duos canonicatus, & sic duo conformia licet in difformibus possit, vt putà quòd sub eodem tecto quis habeat dignitatem & canonicatum, cum præbenda pari modo valet in hoc. probatur in c. cum in ecclesia. & in c. si is cui. de præben. lib. vi. & ibi hoc colligit Francus. sed non valet circa duo conformia, puta duas dignitates vel personatus, vt in c. i. de consuetu. eod. lib. idem puto de duobus canonicatibus sub eodem tecto per hoc quod sequitur. Ratio † diuersitatis est, quia per dispensationem in diuersis ecclesiis vel in eadem circa difformia non frangitur numerus in ecclesia, nec illi tollitur suffragium canonicorum, sed circa conformia læditur ecclesia, & frangitur numerus. Vtteriùs circa hanc formam aduertendum est ad aliqua.

Et primò, dum in ea cum mysterio dicitur nec non dignitatem, &c. alterius earundem ecclesiarũ.



Ista verba hoc important, quòd vltra duas præben-  
 das, vnam scilicet in qualibet, non potest expectans  
 in hac forma & sequenti cõsequi nisi vnam digni-  
 tatem, vel vnum personatum, aut administratio-  
 nem vel officium in altera illarum ecclesiarum:  
 quod clarius specificatur in forma sequenti dum di-  
 citur, in vna ipsarũ, &c. & debet intelligi quòd ali-  
 quod prædictorum non habeat præbendam anne-  
 xam, quia aliàs consequeretur duas præbendas in  
 eadem ecclesia, quod est prohibitum de iure, etiam  
 quando altera est annexa, vt probatur in cle. fi. de  
 præben. & notat Io. An. in c. literas. de cõces. præ-  
 7 ben. Ex quo apparet quòd † duæ præbendæ sunt  
 magis incompatibiles sub eodem tecto, etiam si al-  
 tera earũ sit annexa, quàm sit dignitas cum ecclesia  
 parochiali, quæ est annexa præbendæ in ecclesia  
 cathedrali, vt probatur in c. super eo. de præben. li. vi.  
 Hoc verum est & procedit, nisi in literis aliud dice-  
 retur, per quod appareret quòd Papa intellexit de  
 duabus præbendis obtinendis sub eodẽ tecto, quia  
 tunc non esset recedendum à verbis Papæ. c. si Pa-  
 pa. de priuil. li. vi. & in l. non aliter. ff. de leg. ii. j.

Secundò, debent intelligi illa verba, de dignita-  
 te, &c. dummodo aliquod illorum. i. dignitas vel  
 administratio, &c. non sit maior post pontificalem  
 ibidem quæ expressè in literis excipitur: & ratio  
 8 est, † quia tales dignitates quæ sunt vel reputantur  
 maiores post pontificales, sunt per regulas Cancel-  
 lariæ reseruata. Constat autem quòd huiusmodi  
 literæ non extenduntur ad dignitates & beneficia  
 specialiter aut generaliter reseruata vel affecta, se-  
 cundum



cundum dominos de Rota dec. cccclxxxix. incip. nunciatus apostolicus. in nouis. ad quod bene facit tex. in c. ij. de præben. li. vi. nisi in literis referuatis caueatur expresse: nam aliqui habent ad vnum referuatum, vt cantores Papæ. Sed istud quod dicitur de dignitate, debet sanè intelligi, dummodo dignitas huiusmodi maior post pontificalem, valore decem florenorum auri secundum communè æstimationem excedat iuxta regulam Cancellariæ, aliàs si est infra dictum valorem, includitur in literis, quanuis reputetur ibidem maior post pontificale: nam ex quo talis dignitas non censetur referuata, certè cadit sub expectatiua, & potest acceptari, arg. eius quod legitur & notatur in l. i. §. si stipulanti. ff. de ver. ob. & in l. cum prætor. ff. de iudi. iuncto. c. nonne. de præsump. Nescio tamen si Rota hoc admitteret, quia literæ hoc non distinguunt, ergo nec nos distinguere debemus. l. ij. cum glo. ff. de offi. præsi. l. de pretio. ff. de publici. in re. act.

Quæ † autem dicatur dignitas maior post pontificalem, in hoc debet attendi consuetudo & reputatio illius ecclesiæ, vt notatur in c. deliberatione, de officio leg. lib. vi. & ponunt domini de Rota doc. clxxxij. incip. de Thesauraria, in nouis. Et per hæc remanent declarata illa verba, Necnon dignitatem, & c. alterius earundem ecclesiarum. Si † quis <sup>10</sup> autem vult in qualibet ecclesia vbi creatur canonicus, habere dignitatē, oportet quòd prius obtineat dispensationem ad duo vel tria incōpatibilia, & demum circa principiū gratiæ suæ expectatiuæ dicitur isto modo, videlicet cum quo dudū vt duo

incompatibilia beneficia, etiam si dignitates, personatus, admi. vel officia forent & ad eos, & c. si tibi aliàs canonicè conferantur recipere, & insimul retinere liberè & licitè valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, præmissorum meritorum tuorum, & c. Et isto casu non dicitur, dignitatem alterius earundem, sed earundem ecclesiarum. Sit autè talis narratio dispensationis iam obtentæ cum mysterio, quia aliàs virtute gratiæ ad duo incompatibilia non censeretur dispensatum super retentione vtriusque, vt est casus not. in c. non potest. §. cum verò. de præben. lib. vi.

Quid autem si vtraque dignitas in casu præmissi requireret residentiã, an super illa censeatur dispensatũ virtute taliũ literarũ? Dico q̄ sic, vt tenet glo. **II** in c. si quis in clero. vij. q. i. vbi dicit † q̄ ex quo dispensatur cũ aliquo super pluralitate beneficiorũ seu præbendarũ, videtur etiã dispesatũ super residentia. Ratio huius est, licet glo. illa nõ declaret: quia quãuis dispesatio sit stricti iuris & strictè interpretãda c. i. & ij. de fil. presby. lib. vi. nihilominus extẽditur ad consequutiua seu dependentia ex eo super quo est dispensatũ secundũ Panor. post glo. ibi in c. quia intantũ. de præben. vbi per hoc infert, quòd si dispesatur cũ minori vt possit habere ecclesiam curatã, videtur etiam dispensatũ vt non teneatur se facere promoueri ad sacerdotiũ intra annũ iuxta dispositionem c. licet canon. & c. commissã. de elec. libr. vi. Idem tenet ipsemet Panor. in c. cum in cuctis. §. cum verò. de elec. & moder. latè in c. postulasti. de rescript.

Postre-

Postremò sciendum est, quòd ideo apponuntur illa verba, videlicet etiam si per electionè quis con-  
sueuerit ad illam assumi, quia † aliàs non includere-  
tur dignitas electiua non expresso modo electiuo. 13  
c. cū in illis. §. i. de præben. lib. vi. & in cle. i. eodem  
titu.

## SUMMARIVM.

- 1 Tertia forma expectatiuarum ponitur. i. quando  
quis in tribus ecclesiis creatur Canonicus.
- 2 Simplici clerico sufficit vnum beneficium, quod  
non sufficit nobili.
- 3 Expositum causa studij dicitur expositum in v-  
tilitatem ecclesiæ.  
Ecclesia indiget viris literatis, & magnis no-  
bilibus: per quos illa & subleuetur & defen-  
datur.
- 4 Facilius Papa cōcedit vt quis sit pluralis in præ-  
bendis diuersarum ecclesiarum, quàm in di-  
gnitatibus, personatibus, seu officiis.
- 5 Per receptionem secundæ præbendæ pacificæ, pri-  
ma non vacat ipso iure, quando sunt in diuer-  
sis ecclesiis, secus si in vna.
- 6 Iura plus abhorrent pluralitatem in eadem Ec-  
clesia, quàm in diuersis.  
De speciali nota specificè mentio est faciēda.
- 7 Casus in quibus certa taxa non exprimitur.



- 1 **T**ertia forma ꝑ quando creatur quis canonicus in tribus aut pluribus ecclesiis, hoc modo, Vnum in Paduana, & vnum in Vicetina, ac vnum in Veronen. maioribus ecclesiis canonicatus, &c. necnon vnam in qualibet ecclesiarum prædictarum præbendam, ac dignitatem, vel personatum, aut officium in vna ipsarum, &c. In ista forma possunt repeti ea quæ dicta sunt in duabus præcedentibus circa declarationem verborum, & quid illa importet, fraternizant enim adinuicem, saluo quòd ista est magis larga, quia cõprehendit plures canonicatus & præbendas, sed vnam tantummodo dignitatem in vna ipsarum ecclesiarum, prout in forma dicitur: in qua vel secundum quam non deberent concedi literæ, nisi pro magnis nobilibus aut magnis literatis. argu. c. de multa, in fin. de præben. & glo. in c. cum addo. de rescrip. quæ vult ꝑ simplici clerico sufficiat tale beneficiũ, quod non sufficeret nobili. Ratio potest esse, quia cum tales communiter sint dediti vel studio, vel laudabilibus curis & negotiis, nedum vna præbenda, sed vix multæ eis sufficiunt.
- 2 Hinc est quòd quicquid ꝑ exponunt causa studij, dicitur expositum in vtilitatem ecclesię, secundum Domi. per illum tex. in c. cum ex eo. de elect. lib. vj. nam (vt ibi dicitur) Ecclesia dei quàm maxime indiget viris literatis, & etiam magnis nobilibus, per quos defendatur & subleuetur, vt dicit glo. in c. cõstitutis, in ver. impotentia. de appel. Et ideo solent expedire expectatiuas in ista forma domini de Rota, & meritò eis conceditur per ea quæ dicã de præfatis

fatis dominis in vltima parte circa prerogatiuas expectantium. Similiter solent expedire abbreviatores de parco maiori, & alij magni viri. Cateris non esset concedendum, per illud quod dicit tex. in c. quia intantum. de præben. Ideo vlteriùs circa hanc formam non insisto. Hoc solum ex ea noto, † quòd faciliùs concedit Papa vt quis sit pluralis in præbendis diuersarum ecclesiarum, quàm in dignitatibus, personatibus, seu officis, ex quo in hac & præcedenti forma conceditur dignitas tatummodo in vna ecclesiarum, cum tamen in qualibet cedatur canonicatus & præbèda. Ratio est, quia plures præbendæ in diuersis ecclesiis non sunt ita incompatibiles, prout sunt plures dignitates, aut personatus, vel officia, patet, quia in istis per assequutionem pacificam secundi vacat primum ipso iure. d. c. de multa, cum similibus, quod non est in præbendis: nam † per receptionem secundæ non vacat prima ipso iure, licet quando tenentur sine dispensatione saltem episcopi, potest fieri vt illas taliter obtinens cogatur ad renūciandum vni. vt dicit Domi. in c. i. de consue. libr. vj. ex mente Io. de sancto Geor. ibi allegant notata per Inno. in c. cum nostris. de concess. præben. & quod notatur in c. si eo tempore. de rescip. libr. vj. Illud autè quod dictum est per receptionem secundæ præbendæ non vacare primam ipso iure, debet intelligi in præbendis diuersarum ecclesiarum, secus in vna & eadem ecclesia, vt probatur in cle. si. de præben. Ex quo apparet † quòd iura plus abhorrent pluralitatè in eadem ecclesia quàm in diuersis. Et ex hoc infertur,



quòd si est dispensatum cum aliquo super pluribus dignitatibus obtinendis, non intelligitur de dignitatibus eiusdem ecclesiæ, nisi hoc exprimat, quia ista prohibitio habet specialem notam, de qua specificè est mentio facienda, argumento. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. & ita tenet Ioan. Andre. in c. de multa. de præbend. Petrus de Anchara. & Francus in c. primo. de consuetudi. lib. vj. quod est notandum ad illud quod dixi in forma præcedenti in versicu. si quis autem vult, & c. ad alia similia. Vidi insuper aliquas gratias Auditorum, & etiam conclauistarum, qui in duabus expediuerunt in Canonicos creatos, & in tertia ad largam, in qua ex quo sunt graduati, possunt acceptare unū 7 cuiuscunque taxæ. † & hic est casus in quo certa taxa non exprimitur, sicut nec in canonicatu & præbenda, ac dignitate, personatu vel officio, quando gratia est in canonicum creatum. Secus quando datur ad largam, vt inferius subiiciam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quarta forma expectatiuarum ponitur. i. quando quis creatur canonicus in vna ecclesia, & in alia datur ad largam.*
- 2 *Duo beneficia in eadē ecclesia quando habeantur loco vnius.*
- 3 *Gerens vices plurium personarum in vna ecclesia, quare non habet duplicatas distributiones.*



- 4 Creatus in Canonicum potest dignitatem obtinere vel personatum in ea ecclesia, nõ tamen simplex beneficium.
- 5 Simplex beneficium dicitur compatibile cum præbenda, etiam in eadem ecclesia, & præbenda cum dignitate.
- 6 Iura abhorrent pluralitatem etiam cõpatibilem.
- 7 Argumentum de maiori ad minus cessat in literis ad beneficia.
- 8 Tenor literarum semper est seruandus, & diligenter inspiciendus.
- 9 Per hoc quòd datur gratia ad duo incompatibilia, non tamen censetur dispensatum super retentione vtriusque.
- 10 Distributio beneficiorũ debet fieri secundũ merita personarum, & conditionem cuiuslibet.
- 11 Abbas debet meliùs cæteris indui.
- 12 Si quis propter maiorem dignitatem grauetur laboribus & expensis, debet releuari in summa maiori.
- 13 Valor beneficiorum consideratur secundum taxationem decimæ.
- 14 Diligentia & industria non debent diligenti & suis successoribus esse damnosa.
- 15 Error scriptoris an noceat veritati.
- 16 Literæ apostolicæ, in quibus non est obseruatus curiæ stilus, de falso sunt suspectæ.

- 1



 Varta forma † est quando creatur cano-  
 nicus in vna, & in alia datur ad largam,  
 sub his verbis, Canonicatū ecclesiæ Si-  
 binicen. & c. nec non beneficium eccle-  
 siasticum cum cura, vel sine cura, etiā si decanatus  
 vel archipresbyteratus ruralis, seu vicaria vel capel-  
 lania perpetua, & c. ad collationem prouisionem,  
 & c. Ista forma multum frequentatur: ideo pro eius  
 declaratione sciendum est primò, quòd vigore ta-  
 lium literarum potest expectans consequi tria di-  
 uersa beneficia, videlicet duo vbi est creatus cano-  
 nicus, & tertium vbi habet ad largam, prima duo  
 sunt præbenda. s. & dignitas, aut personatus, vel of-  
 ficiū in cathedrali, dummodo non sit maior post
- 2

 pontificalem, vt in superioribus dixi: & illa † duo  
 habentur loco vnus, attēto quòd in quampluribus  
 ecclesiis seruatur de cōsuetudine, vt quis non pos-  
 sit assumi ad dignitatem, personatum vel officium  
 ibidem, nisi sit canonicus præbendatus, vt patet ex  
 notatis per Io. An. & Domi. in c. si is cui. de præb.  
 lib. vj. consequenter habentur loco vnus, vt dixi.  
 ad quod faciunt notata per dominum Ant. in c. cū
- 3

 olim. de re iud. vbi tenet † quòd si quis gerit vices  
 plurium personarum, puta canonici & præpositi,  
 non debet habere duplicatas distributiones: quia  
 seruit pro vno, & habetur loco vnus. Pro quo Pa-  
 nor. ibi allegat bonum tex. in c. vnico de cler. non  
 resi. libr. vj. & quod scribit Federi. de Senis. consi.  
 cx. inducendo, vt ibi per eum.
- 4

 Et ex prædictis sumitur † ratio quare est quòd  
 canonicus creatus potest vigore literarum cōsequi  
 ibidem

ibidem dignitatem, personatum, vel officiũ : & tamen nisi in literis aliud exprimat, non potest assequi simplex beneficium, quod est minus quàm aliquod præmissorum. Hæc (inquam) est ratio, quia licet † simplex beneficiũ sit cõpatibile cum canonicatu & præbēda etiam in eadem ecclesia, vt vult Car. consi. iij. incip. domina, & c. & similiter præbēda cum dignitate: tamen negari non potest quin obtinens duo priora sit magis pluralis, quàm eo casu quando obtinet præbēdam cum dignitate in eadem ecclesia. Ex quo, vt dixi, ista duo habentur loco vnus: & sic primo casu notatur maior pluralitas quàm in secundo. Constat † autem quòd iura abhorrēt pluralitatem etiam compatibilium, vt sunt plura simplicia, quando quodlibet illorum per se est sufficiens, maximè in eadem ecclesia, vt vult glo. in c. dudum ecclesia Rotho. in ver. retinere, de elec. facit tex. in c. sanctorum. l. xx. di. & in c. quia intantum. de præben. Nec valet hoc casu argumentum de maiori ad minus, videlicet si potest consequi dignitatem, ergo multo fortius beneficium simplex, † quia dico quòd huiusmodi argumentatio cessat in literis ad beneficia, quarum forma exactissimè seruanda est. c. quanuis. & c. cui de non. de præben. in vj. & propterea creati canonici in Hispania possunt vltra præbēdā & dignitatem consequi vnũ, duo, vel plura præstimonìa vsque ad summam deputatā, & hoc quia istud exprimitur in literis quoad partes Hispaniæ, prout in forma sequenti latius dicam.

Idem etiam esset extra Hispaniam, quando crea-



tus canonicus impetraret ibidem etiam ad largam ad alium collatorem, quo casu posset consequi ibidem tria, videlicet præbendam, item dignitatem, & aliud beneficium cum cura vel sine cura: & hoc etiam propter tenorem literarum, † qui semper seruandus est, & diligenter inspiciendus, vt supra. c. facit. porro. de priuilegiis cum vulg. Eo tamen casu quo virtute huiusmodi literarum assequeretur dignitatem, expiraret gratia quo ad beneficium curatum duntaxat in illa vel alia collatione, & e contra, propter clausulam quæ apponitur in fine literarum, Volumus autem quod quamprimum, & c. c. i. de consuetudine. li. v. iuncto. c. de multa. Nã per † hoc quod datur gratia ad duo incompatibilia, non censetur dispensatum super retentione vtriusque, vt probatur in cap. non potest. §. cum verò. de præbendis. lib. v. nisi dispensatio prius obtenta narretur post principium literarum, videlicet, cum quo dudum, & c. vt dixi in alio proposito supra in secunda forma. ver. si quis autem, & c. Prædicta procedunt quo ad beneficia quæ potest consequi canonicus creatus in ea collatione vbi est creatus canonicus. In alia autem (in qua habet ad largam) si est graduatus, aut de magnis nobilibus, datur ad vnum cuiuscumque taxæ: aliàs apponitur taxa per regulas deputata: & datur maior summa in curato aut dignitate, vel personatu (nam & in istis exprimitur summa in collatione ad largam, aliàs non) propter onera illis incumbentia, iuxta notata in c. de monachis. de præbendis. item in recompensatione laborum quos circa curam sustinet, & quia magis debet incedere honoratus, ex quo est in dignitate vel officio hono

honorabili constitutus, iuxta not. in c. statutum. in prin. de rescr. lib. vj. & per Inn. in c. cum omnes. de constit. vbi dicit q̄ inter canonicos, vbi præbendæ non sunt distinctæ respectu eorum quæ dantur pro vestimentis, & aliis necessariis, † debet fieri distri-<sup>10</sup> butio secundum merita personæ, & conditionem cuiuslibet: quia plus debet dari doctori, vel nobili, aut in dignitate cōstituto, quàm simplici clerico & idiote. & ideo dicit Bal. in l. sed & si quid. ff. de vsuf. † quòd abbas debet cæteris meliùs indui. bene fa-<sup>11</sup> cit gl. in c. conquerente. de cle. non resi. & in c. clericus ab instanti. xxj. q. j. iuncta glo. in c. cum adeò. de rescr. quæ volunt quòd in considerãda sufficien-<sup>12</sup> tia beneficij attendatur nobilitas & dignitas cleri- ci. Cum † ergo propter curam & dignitatem gra- uentur maioribus laboribus & expensis, cõueniens fuit releuare eos in maiori summa, ar. l. eum qui. ff. de iureiur. & c. cum secũdum Apostolum. de præben. ibi, qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede. cum multis aliis concor. ibi in glossa.

Postremò sciendum est, † q̄ summa & valor in<sup>13</sup> gratiis expectatiuis consideratur secundũ taxatio- nem decimæ. non autem secundum cõmunem æsti- mationem, prout in literis exprimitur, quod respi- cit commodũ & fauorem expectãrium, vt possint habere beneficia pinguiora: nam beneficium quod secundũ cõmunem æstimationẽ est valoris cẽtum & viginti ducatorum, secundum taxationẽ decimę vix erit octoginta. creuerũt enim beneficia per in-<sup>14</sup> dustriam beneficiatorũ, & ideo † diligẽtia & indu- stria eorũ nõ debet esse illis vel successorib⁹ dãnosa.



l. fi. C. de alluionibus. cum aliis. per gl. no. in c. cū  
 clerici. de pac. Sed quid si per incuriā & inaduertē-  
 tiam scriptoris qui scripsit bullam, reperiretur scri-  
 pta summa seu valor non secundum taxationē de-  
 cimæ, prout solitum est scribi, sed secundū commu-  
 nem æstimationē, & expectans acceptaret benefi-  
 cium, quod secundū taxationē decimæ caderet in  
 sua gratia, excederet tamē secundū communē æsti-  
 mationē, an talis erronea expressio sibi præiudica-  
 ret? & certè casus est dubius. videtur enim prima  
 15 facie dicendū † q̄ error huiusmodi nihil officit ve-  
 ritati, prout in simili expressè dicit tex. in l. si in no-  
 mine. C. de testa. & clariùs in l. errore. C. eo tit. di-  
 citur q̄ error scribētis veritati nō nocet. & ideo di-  
 cit ibi Bal. q̄ si erratur in eo quod pertinet ad offi-  
 ciū scribentis, puta in indictione, tunc præsumitur  
 error scribentis, qui non debet parti nocere: & ita  
 videtur dicendū in hoc casu, quia ad officiū scripto-  
 ris apostolici spectat scribere summā, prout expri-  
 mitur in regulis Cancellariæ circa regimen expecta-  
 tiuarū, quæ pro maiori parte nō sunt de dādis, quia  
 concernunt modū & formā expeditionis literarū,  
 & respiciūt officiales & non iudices. Nihilominus  
 his non obstātibus, puto q̄ talis erronea expressio  
 noceat expectanti, ita quòd teneatur stare summæ  
 in literis expressæ, & non in regula Cancellariæ, &  
 hoc erit ei minùs damnosum, ne alias careat literis  
 in totum. Nam certum est, eo ipso quòd producun-  
 16 tur literæ in quibus † nō apparet obseruatus stilus  
 communis Romanæ curiæ, nec rationabilis cursus  
 Cancellariæ in huiusmodi literis seruari consuetus,  
 illæ



illa de falsitate suspecta sunt, nec est eis fides aliquatenus adhibenda, vt tenet Panor. in c. ex parte ii. de offi. dele. & in c. i. vt lite penden. per gl. ordinariam & approbatam in c. causam qua. in ver. rationi. de testibus. & est tex. optimus in c. porrecta. de confir. utili. per qua consuluit Romanus consi. ccclxxvj. incip. quaestio est. q. si in expectatiua deficiunt illa verba de quibus in c. cu in illis. de praeb. li. vj. scilicet ad collationem praesen. elect. seu, & c. ei tanquam de falsitate suspecta fides non adhibetur, ex quo illa verba secundum stilum Cancellarie sunt consueta apponi. Igitur in proposito ne talis gratia reiiciatur in totum tanquam suspecta, iudicandum erit secundum valorem expressum in gratia, & ita alia fuit iudicatum in Rota.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Forma expectatiuarum ponitur quinta. i. quod canonicus creatus in Hispania plura potest consequi praestimonia vsque ad summam in literis expressam.*
- 2 *Praestimonia quae clericis in titulum conceduntur, beneficia sunt ecclesiastica.*
- 3 *De praestimoniis non est necessarium in rescriptis mentionem facere.*  
*Praestimonia ad quid fuerunt instituta.*
- 4 *Papa in dubio iuri patronatus laicali derogare non videtur.*

*Papa nõ confert beneficia de iure patronatus laicali existentia etiam apud sedem apo. vacantia.*

- 5 *In Hispania datur expectatiua ad beneficia iuris patronatus laicorum.*
- 6 *Expectans non potest acceptare beneficium seruitorium.*
- 7 *Ratio quare Canonici creati possunt obtinere præstimoniam, non tamen beneficia seruitoria.*
- 8 *Derogatio statutorũ circa præstimoniam ponitur.*
- 9 *Licitum est arguere à ratione coniecturata alicuius dispositionis, licet illa non sit specificè expressa.*



**Q**uinta forma † est, quæ frequentatur in Hispania, in qua dicitur, Canonicatum ecclesiæ Hispalen. &c. Præbendam ve-  
 rò ac dignitatem, person. adm. vel officium eiusdem ecclesiæ, necnon præstimoniam, præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia in ciuitate & diœces. vnus, duorũ, vel pluriũ, &c. quorum quidem præstimoniorum fructus, &c. in ista forma conceditur plus quàm in aliis præcedentibus, quia creatus canonicus iuxta hanc formam potest cõsequi ibidem (id est in eadem collatione) vltra præbendam & dignitatem, præstimoniam etiã plura quot ascendunt ad summam expressam in literis. & ratio est, quia † licet præstimoniam quæ conceduntur clericis in titulũ, dicantur esse & sunt beneficia Ecclesiastica, saltem largè, vt notat Ioan.

An.

An. in c. postulasti. de rescrip. & Io. Cal. in c. in no-  
 stra. eodẽ tit. per Domi. pulchrẽ in consilio lxxxix.  
 incip. Vacante Archidiaconatu. in fi. col. tamen ex  
 quo nullum habent seruitium annexum, nec ali-  
 quod onus, etiam mille teneri possunt absque ali-  
 qua dispensatione: & ideo non possunt dici propriè  
 beneficia ecclesiastica, sed quædam stipendia, † de 3  
 quibus non est necesse facere mentionem in rescri-  
 pto beneficiari, secundum Io. An. in c. vnico. de  
 rerum permu. libr. vi. prout etiam sentit Old. con-  
 si. cxxxix. aliàs cxliij. in titul. de rescript. Fuerunt  
 enim instituta pro studentibus, & pro subsidio  
 contra infideles: ideo pluralitas eorum ( vt dixi )  
 non est prohibita in diuersis ecclesiis, ex quo con-  
 sistunt in sola temporalitate, & nullum seruitium  
 spirituale habent annexum. Cadunt ergo in hu-  
 iusmodi literis, per supradicta, dummodo non sint  
 præstimonialia: nam talia non inclu-  
 duntur, quia sunt de iure patronatus laicorum,  
 quibus † Papa in dubio non videtur derogare vel- 4  
 le, nisi exprimat, iuxta glo. in c. ij. de præben. libr.  
 vi. in ver. collatio. que dicit quòd sapius reperit-  
 ur receptum in curia Papam non conferre bene-  
 ficia vacantia etiam apud sedem, quando illa perti-  
 nent ad præsentationem laicorum, & hoc ne illi re-  
 trahantur à fundatione & dotatione beneficio-  
 rum, vt dicit alia glo. in c. cum dilectus. de iure pa-  
 tron. In † Hispania tamen datur expectatiua si spe- 5  
 cialiter petitur ad vnum, & aliquando ex fauore ad  
 duo beneficia patrimonialia in diuersis ecclesiis, in  
 quib⁹ expectas est filius patrimonialis: & tũc dero-



gatur iuri patronatus laïcorū etiam in totum, quando scilicet est pro vno patronorum filio, vel nepote vnus ex patronis secundum stilum curiæ.

Insuper sciendum est quòd licet canonicus creatus possit acceptare præstimonias, præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia ( quæ omnia idē significant & important ) dummodo illa non sint  
 6 patrimonialia ( vt dixi, ) † non tamen poterit acceptare aliquod seruitorium beneficium. obstante regula Caticellariæ, quæ habet decretum irritans. Ratio illius regulæ potest esse ista, ne scilicet canonicus qui habet deseruire in ecclesia cathedrali, distrahatur ab ea propter onus & seruitium quod imminet beneficio seruitorio. Sape enim qui ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. l. nemo. C. de assesso. cum aliis iuribus per glo. ad hoc not. in c. accusatus. in ver. offendiculum. de hære. lib. vj. ad hanc rationem bene facit tex. in c. extirpanda. §. quia verò. de præben. ibi dum dicit, cum oporteat eum in  
 7 maiori ecclesia deseruire. At ista † ratio, ne scilicet distrahatur à maiori ecclesia, cessat penitus in præstimoniis, cum illa ( vt sæpius dixi ) nullum onus aut seruitium habeant annexum: ideo conceduntur canonicis creatis. Imò in pluribus ecclesiis Hispaniæ sunt statuta, quòd præstimonias obtineri nõ possint, nisi per canonicos præbendatos, vt illi sint honorabiliores. Et ideo talibus statutis in huiusmodi literis derogatur expressè, dum dicitur, † nõ obstantibus constitutionibus, &c. illis præsertim quibus caueri dicitur expressè, quòd nullus in ciuitate & diocesi prædictis præstimonias, præstimoniales  
 8 portio-

portiones, aut simplicia beneficia obtinere possit, nisi in supradicta ecclesia Hispalen. canonicus actu præbendatus, aut aliàs in ea perpetuus beneficiatus existat. Quibus illis aliàs, &c. specialiter & expressè derogamus: quæ derogatio est necessaria in ecclesia vbi extant talia statuta, ex quo in illis dicitur, de canonicis actu præbendatis, per quæ verba excluduntur isti canonici creati nondum actu præbendati. aliàs si non esset in statuto illud verbū, actu præbendatis, non esset necessaria aliqua derogatio: quia canonici creati dicuntur veri canonici, etiam ante consequutam præbendam: & comprehenduntur appellatione canonicorum, secundum Io. And. & Domi. in c. si is cui. ver. sed & si. de præben. lib. vj. cum aliis iuribus & rationibus quæ deduxi supra in prima forma. Ex supradictis etiam colligitur ratio quare ad largam in aliqua collatione non potest ibidem acceptare beneficium seruitoriū, & non præstimonialia: & sic de directo contrarium eius quod dictum est in canonico creato. Cessat enim in habente literas ad largam, ratio ne distrahatur à maiori ecclesia, quia acceptando beneficium seruitorium, non potest vigore illarum literarum acceptare ibidem præbendam vel dignitatem in ecclesia cathedrali, nec etiam collegiata, ex quo literæ non extenduntur tali casu, nisi ad vnū in illa collatione, iuxta dictū Host. in c. cū dilectus. de iure patro. arg. c. mandatū. cum ibi nota. de rescr. Cū ergo tali casu cesset ratio coniecturata illius regulæ, quæ disponit de beneficiis seruitoriis non acceptandis, cessare etiam debet illius dispositio: † nam licitum 9



est arguere à ratione coniecturata alicuius dispositionis (qualis est ista) licet illa specificè non sit expressa, vt est tex. melior de iure in l. milites agrum. in princi. ff. de re mili. quem ad hoc exclamat Roma. consi. xxxij. in ij. col. & consilio centesimo, in princip. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. prae. te. & bona glos. in l. quanuis. C. de fideicom. Præstimoniam autem acceptare non potest, de quibus in literis ad largam nulla fit mentio: quia cessat tunc ratio quæ militat in canonicis creatis: prout superius tetigi. Et attentis prædictis rationibus posset non absurdè attentari, quòd si canonicus Hispalen. iam existens actu præbèdatus expediretur ad collationem Archiepiscopi Hispalen. ad largam, vigore talium literarum fortè posset acceptare præstimoniam, sed non beneficium seruitorium: quia ex quo iam est canonicus, videtur quòd possit consequi præstimoniam ad hoc vt ex illis commodius & honorabilius possit sustentare honorem sui canonici in ecclesia cathedrali. ad quod facit bona glo. in c. vnico. §. sanè. in ver. absque periuria. de statu regul. lib. vj. & quod habetur in c. vacante. de præbend. sed non poterit acceptare beneficium seruitorium per rationem sæpius dictam, ne distrahat à maiori ecclesia. Et licet istud videatur satis iuri consonum, communiter tamen contrarium practicatur, & minimè mutanda sunt, & c.

S V M M A -



- 1 *Verba rescriptorum, recipi faciant in Canonicū ecclesiæ, declarantur.*
- 2 *Duplex est receptio, iuris videlicet, & facti, quæ multipliciter differunt, vt probatur hic.*



Actenus dictū est de quinque principalioribus formis expectatiuarū in canonicum creatum, cum declarationibus opportunis ad vnamquaque: restat solum declarare quædam verba quæ apponuntur in exequutoriis expectatiuarum, videlicet in quantum per literas exequutorias mandat Papa certis exequutoribus vt illum pro quo sic scribitur, recipi † faciant in canonicum illius ecclesiæ. Quæ verba quo ad canonicos creatos per Papam, intelliguntur de receptione facti, scilicet quantum ad ea quæ in facto consistunt, hoc est, vt assignetur eis locus in capitulo, & stallum in choro cum plenitudine iuris canonici. Et de ista receptione, prout in facto consistit, loquitur tex. in ca. capitulum. de rescrip. & in ca. cum cui. eodem titu. lib. vj. Differt autem †<sup>2</sup> ab alia receptione, quæ potest dici receptio iuris & facti, prout quando Papa mandat capitulo alicuius ecclesiæ, vt illum pro quo scribit, recipiant in canonicum & in fratrem, & conferant ei ius canonice & fraternitatis. Differt, inquam, ista secunda à prima in aliquibus.

Et primò, quia receptus per secūdā, causat ius

à recipientibus, & sic censetur ordinaria non apostolica autoritate receptus. c. cū aliquibus. de rescrip. lib. vj. quod est vtile scire propter illud quod dicitur in c. hi qui. & in c. si à sede. de præbend. lib. vj. cum ibi notatis per doct.

Secundò differt in alio, quia per præsentationē literarum in forma secunda non afficitur præbenda: imò canonici quibus sic scribitur, possunt occurrere vacatione eam alteri cōferre, & tenebit collatio. c. dilectus. cl. ij. de præben. nisi vigore talium literarum fuisset ille iam in canonicum receptus, & non admissus: vel in literis contineretur decretum irritans: aut exequutor ad compellendum, inhibuisset. Quibus casibus vel aliquo ipsorum censetur affecta præbenda, aliàs minimè, vt est casus in cap. si soli. de concess. præben. At quando scribitur primo modo, etiam antequam recipiatur ille, ad ea quæ sunt facti afficitur præbenda, propter canonicatum quē habet ex creatione Papæ. c. si postquā. de præben. lib. vj. & intra mensem ligatæ sunt manus ordinarij. cl. vnica. §. secus. de concess. præben. iuncto eo quod scribit Card. Zabarel. consil. ciiiij. incip. Post redditum consilium. in fi.

Tertiò differt, quia secundam receptionem, quæ est iuris & facti, non possunt facere canonici existentes excommunicati vel suspensi, primam verò sic, ex quo in nudo facto cōsistit, secundum Feder. de Senis. consil. ccxc. incip. Quia in præsentī. faciūt notata in c. si celebret. de cler. excom.

Quartò & vltimò, quia secunda receptio debet fieri à canonicis collegialiter congregatis in capitulo.

pitulo. Primum verò possunt facere canonici vt singuli, & sic separatim, secundum Innocen. in cap. bonæ. ij. de postula. prælat. & Archid. in cap. si capitulo. de conces. præbend. lib. vi. illa enim receptio (vt sapius dixi) est exequutio nudi facti, vnde consequenter potest fieri per canonicos singulariter & separatim, per illud quod dicit glos. in c. i. in verb. tractatus. de rebus ecclesiæ non alien. lib. vi. per quæ clarè constat quid importent illa verba in exequutoriis, recipi in canonicum, &c.

Vltra formas prædictas in canonicum creatum, sunt & aliæ formæ expectatiuarum habentes diuersos modos, & diuersos effectus.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Sexta expectatiuarum forma ponitur.*
- 2 *In curatis maior quàm in aliis idoneitas requiritur.*
- 3 *Diçtio Etiam, de sui natura idem in alio casu implicat.*
- 4 *In materia stricta appellatione beneficij non includitur præbenda.*
- 5 *Sufficit alteram partem alternatiuæ esse veram.*
- 6 *Pluralitas beneficiorum videtur tolerabilis propter tenuitatem.*
- 7 *Obtinens tria beneficia insufficientia, non dicitur sufficienter beneficiatus.*
- 8 *Non est de intentione Papæ, in pluribus benefi-*



*ciis eundem collatorem grauare.*

9 *Protestatio fiat in acceptatione primi beneficij.*

1 **S**exta igitur forma in ordine, est quando in duabus collationibus datur ad largam, videlicet vnum vel duo beneficiũ seu beneficia, etiamsi alterum cum cura aut decanatus, &c. seu dignitas vel personatus, &c. dummodo dignitas ipsa, &c. ad venerabilium fratrum nostrorum, &c. Expectans in ista forma potest obtinere duo beneficia: vnum in qualibet collatione ad summam in literis expressam, etiamsi alterum sit curatum, prout dicitur in literis. Quæ verba exprimuntur cum mysterio, quia aliàs curatum non includeretur. c. cum in illis. in princ. de præbend. lib. vi. eò igitur quòd in curatis maior quàm in aliis idoneitas requiritur, cum sit ars artium regimen animarum. c. pe. de æta. & qualita. item illa verba important & aliud, quia poterit acceptare ambo simplicia: vnum in qualibet ad summam quæ datur in simplicibus, quod innuit dictio implicatiua igitur etiam, quæ de sui natura idem implicat in alio casu, secundum glos. in cle. i. in ver. etiam. de sequestr. & Domin. consil. lxxv. in iij. colum.

Dicitur insuper in huiusmodi literis ad largam, quòd possit acceptare canonicatum & præbendam in cathedrali vel collegiata ecclesia: aliàs si hoc non diceretur in literis, non posset consequi præbendam, igitur quia illa non includitur appellatione beneficij in materia stricta, secundum Archid. & moder. in c. cui de nõ. de præbend. lib. vi. per illud quod dicitur

dicitur in c. quamuis. eod. tit. lib. vi. & sic isto. casu non habet locum tex. in c. tua nobis. de verb. signifi. cum ibi notatis.

Idem dicitur in dignitate, personatu, adm. vel officio, dummodo aliqua dignitatum prædictarum in metropolitana vel alia cathedrali post pontificalem maior, aut in collegiata principalis non existat. Ista verba apponuntur etiam cum mysterio, quia si hoc non exprimeretur in literis, non posset consequi aliquam dignitatem: quæ in materia restringibili, non includitur appellatione beneficij, vt notatur in c. cum in illis. de præbend. lib. vi. Item ideo dicitur, dummodo in cathedrali maior, aut in collegiata principalis, &c.

Ista verba ponuntur alternatiuè isto respectu, quia si dignitas principalis in collegiata haberet secundam sedem in cathedrali, & sic non reputaretur ibidem maior post pontificalem, certè non caderet in literis huiusmodi: quia ex quo in illis dicitur alternatiuè ( vt suprà ) licet talis dignitas non sit maior in cathedrali post pontificalem, est tamen principalis collegiata.

Sufficit autem † alteram partem alternatiuæ esse veram. c. inter cæteras. cum concor. ibi in glos. de rescript. Vnde licet cesset vnum impedimentum, vt quia non est maior post pontificalem in cathedrali, subest tamè aliud, quia est principalis in collegiata: & ideo alio impedimèto remanente remanet prohibitio. arg. tex. in §. affinitatis. insti. de nupt. & in l. ventri. §. in bonis. ff. de priuil. cre. cū similibus.

Dicitur etiam de integra vel dimidia portione,



quando in ecclesia sunt integræ & dimidæ portiones, prout sunt in Hispania. Item poterit acceptare beneficium seruitorium, licet in literis de seruitorio non exprimat, de quo latius dixi in. v. forma.

Restat vnum dubium, nunquid habens expectatiuam in ista forma, possit in qualibet collatione acceptare duo beneficia non excedentia illam summam, puta duo simplicia quadraginta ducatorum insimul. Io. An. in ca. quanuis. p. de præben. lib. vi. tenuit quòd possit acceptare plura minuta beneficia vsque ad illam summam: pro qua opinione facit ille tex. dum dicit, Si alicui vsque ad certam summam prouideri mandamus: ei non in pensione, sed in beneficiis ecclesiasticis tantum volumus prouideri. Pondero dum in plurali dicit in beneficiis, ergo intelligit ad minus de duobus. reg. Pluralis Io. quutio. de reg. iu. lib. vi. cum vulg. Prætereà satis est q̄ non excedant illam summam, quanuis sint plura: 6 † quia pluralitas videtur tolerabilis propter tenuitatem beneficiorum. arg. ca. eam te. in fi. de æta. & 7 qualit. & ideo solet dici † quòd obtinens tria insufficientia beneficia non dicitur sufficienter beneficiatus, vt dicit Dec. cccclv. incip. Si legatus, in nouis. & notatur in c. is cui. de præben. lib. vi.

Contrariam opinionem tenet Host. in c. cum dilectus. de iure patro. quæ seruat in practica, & 8 habet æquitatem & rationem in se: quia † non est de intentione Papæ, velle grauare eundem collatorem in pluribus beneficiis, nisi aliud exprimat. c. mandatum, de rescrip. Et ideo si hoc casu acceptaret duo in eadem collatione, consumeret gratiam

in



in primo acceptato. c. si. clericus. cum ibi notatis. de  
 præb. li. vi. & in hoc † quatenus primū sibi debeatur,  
 aliās dimisso illo poterit aliud acceptare, dum-  
 modo primum acceptauerit cum protestatione so-  
 lita ( vt moris est ) secundū Arch. in c. ne captanda.  
 de cōces. præb. li. vi. & ponūt domini de Rota. decis.  
 cxlij. incipi. nota quod vbi est. in antiquis. & Do-  
 mi. consi. lxxvij. in secunda colum. Nihilominus  
 ista opinio non procedit in præstimoniis & benefi-  
 ciis simplicibus in Hispania, per ea quæ dixi in for-  
 ma præcedenti.

Sunt & aliæ Formæ expectatiuarum, quæ varian-  
 tur ex personis eorum quibus conceduntur, prout  
 apparet ex infra scriptis.

## SUMMARIUM.

- 1 *Forma expectatiuæ pro prelato ponitur.*
- 2 *Beneficia cēsentur cum episcopatu incōpatibilia.*  
*Beneficia promoti in episcopū quādo vacant.*
- 3 *Si episcopus per promotionē à beneficiis eiicitur,*  
*ad alia de nouo multò minùs admittitur.*
- 4 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*
- 5 *Dispensationes non motu proprio sed ad partium*  
*postulationem conceduntur.*  
*In expectatiuis non datur aliquid in cōmendā,*  
*& si datur, non est necessaria dispensatio.*
- 6 *Commēda non dat verum titulum in beneficiis.*
- 7 *Episcopis vltamōtanis non datur expectatiua.*

I



Optima ¶ igitur forma est, quando gratia expectatiua conceditur prælato: qui si habet pacificam possessionem suæ ecclesiæ & episcopatus, & vult habere beneficia in titulum, oportet quòd in literis ponatur dispensatio: videlicet vt illa beneficia possit obtinere & tenere vnà cum suo episcopatu: aliàs sine dicta dispensatione non daretur gratia episcopo ad beneficia in titulum, quia ¶ illa cum episcopatu censentur incòpatibilia. Hinc est quòd beneficia promoti ad ecclesiam vacant post consecrationem & adeptam possessionem. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. & in c. post electionem iuncta glo. in ver. confirmationem. de concess. præben. Si ¶ ergo episcopus per promotionem eiicitur à prioribus beneficiis, quæ ante promotionem obtinebat, certè multo minus admittitur ad alia de nouo obtinenda in titulum sine dispensatione: quia turpius eiicitur quàm non admittitur hospes. c. quemadmodum. de iureiur. & ¶ multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Hac igitur de causa ponitur in literis dispensatio, quæ datur isto casu, ex quo est necessaria ad effectum gratiæ, licet aliàs in expectatiuis non detur dispensatio: quia cum sint omnes motu proprio, non bene sonat dispensare motu proprio: ¶ nam dispensationes ad postulationem partis conceduntur. Sed si dantur dicta beneficia prælato in commendam, quod rarò fit, quia in expectatiuis nõ datur aliquid in commendam: quando tamen conceditur

ceditur (quod ego non vidi) tunc non est necessaria dispensatio, sed satis est quòd dicatur vt possit tenere illa beneficia vnà cum episcopatu vel cum ecclesia magna, cui præesse dignoscitur. Simile est quando Cardinali prouidetur de beneficio regulari: quia si datur in commendam, satis est quòd dicatur, quòd possit illud tenere vnà cum aliis beneficiis quæ obtinet: aliàs si datur in titulum, tunc debet poni in fine dispensatio, vt illud possit obtinere. Ex quibus apparet † quòd commenda non dat 6  
verum titulũ in beneficio, pro quo bene facit text in c. dudum ecclesiæ Rotho. de elect. vbi dicitur, quòd quanuis non liceat alicui regulariter habere duas ecclesias in titulum conferentem ius in eis: tamen licitum est habere vnã in titulum, aliam verò in commendam. Ergo patet quòd commenda non dat verum titulum, de quo latius per docto. in c. nemo. de electio. lib. vi. & per Roma. cõsilio cccl. incip. in re præsentis, &c. † Episcopis autem vltra 7  
montanis non datur expectatiua. Quando tamen conceditur: tunc beneficia dantur in titulum cum dispensatione, & non in commendam, vt supra.

## SUMMARIUM.

- 1 *Octaua forma expectatiuarum, videlicet pro regulari.*
- 2 *Dispensatio ad secularia quando detur regularibus, etiam Hierosolymitanis.*
- 3 *Beneficium quando dicatur regulare.*



- 4 *Cursus tēporis xl. annorū tribuit statū beneficio.*
- 5 *Ecclesia quando probetur non curata.*
- 6 *Datur gratia ad beneficium regulare alterius ordinis, cum translatione.*
- 7 *Regularibus quando detur licentia trāsferendi. Expectatiua non datur ad dignitatem conuentualem, vel officiū claustrale, nisi qualificatis.*
- 8 *Ad claustrale non datur nisi regularibus.*
- 9 *Expectatiua monacho non datur ad seculare maximè curatum, quæ si detur, præsupponit dispensationem. ratio huius ponitur.*
- 10 *Monachus mortuus est mundo, licet deo uiuat.*
- 11 *Literæ non solent regularibus concedi ad beneficia secularia.*
- 12 *Prioratus sine administratio non confertur nisi expresse professio.*
- 13 *Cōmenda, seculari ad regulare datur ad sex menses deinde in titulū, cū professionis emissionem.*



I

Crava forma, † quando conceditur gratia expectatiua alicui regulari, dicitur isto modo: Volentes itaque tibi præmissorum meritorum tuorū intuitu gratiam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura per monachos talis monasterij talis ordinis gubernari consuetum: cuius fructus, &c. ista forma extenditur ad beneficiū regulare, prout sonant illa verba, Per monachos gubernari cōsuetum, in ista forma.

Ad

Ad hoc autem vt debeatur expectāti ad seculare curatum non extenditur, quia in gratia illud non exprimitur. Item quia necessaria est ad tale beneficium dispensatio † pro monachis & fratribus<sup>2</sup> mendicantibus, cum quibus dispensatur ad vnum tale duntaxat, ad duo cum difficultate præterquàm in Anglia, vbi datur ad vnum seculare cum cura vel sine cura, non tamen ad dignitatem, personatū, administrat. vel officium. Sed fratribus sancti Ioan. Hierosolymitani, & c. non datur dispensatio ad obtinendum beneficium seculare vel alterius ordinis regulare. Nam etiam beneficia illorum non dantur clericis secularibus nisi in titulum: & vt dicatur beneficium † regulare, debet intelligi quod per<sup>3</sup> xl. annos continuè & pacificè ab vno vel pluribus monachis institutis in eo extitit gubernatum, vt est casus in c. cum de beneficio. iuncta glo. in ver. modum. de præben. li. vi. Satis est ergo quòd per spaciū tanti temporis fuerit gubernatum per monachos, licet primæuus status illi<sup>o</sup> fuerit secularis, id est, licet antea fuerit beneficiū seculare. Cursus enim † temporis xl. annorum tribuit statum beneficio de secu<sup>4</sup>lari in beneficium regulare, & de regulari in seculare, secundum dominos de Rota dec. xxxij. incip. Fuit dubitatum. in nouis. per tex. in d. c. cum de beneficio. per quem dicit eleganter in simili Pet. de Anch. consi. clxij. incip. In quæstione ecclesiæ, & c. † quòd ecclesiæ probatur non curata, si à xl. annis<sup>5</sup> citra collata fuit tanquam non curata, & sic postea continuè sit possessa, dato quòd antea probetur fuisse curata, quia (vt dixi) cursus tãti temporis tri-



- buit statum beneficio. Demū ante non obstan. solet in tali expectatiua dici, videlicet, Decernentes te quamprimum vigore præsentium huiusmodi beneficium fueris pacificè assequutus, de primo monasterio ad dictum monasteriū illius ordinis transferendi, &c. Datur † ergo gratia ad beneficium regulare alterius ordinis cum trāslatione, id est, vt ad illud monasterium, ad cuius collationem beneficiū assequitur, transferatur: quia rationi non congruit vt homines disparis professionis vel habitus simul in eisdem monasteriis socientur, dicit text. in cle. i. 7 de electio. Et est notandum q̄ † regularibus nō datur licentia transferendi nisi ad parem vel arctiorem ordinem, & tunc consuevit addi, de licētia superioris. Item non datur clericis secularibus neque religiosis eiusdem ordinis expectatiua ad dignitatē conuentualē, vel officiū claustrale, nisi qualificatis: 8 & illis ad vnum tantum conuentuale: ad † claustrale nō datur nisi regularibus secūdū aliquas formas, in quibus dicitur, Etiam si alterū claustrale, &c.
- 9 Sed si datur † gratia monacho ad beneficium seculare (quod rarò fit) maximè curatū, oportet quòd prius habeat dispensationē vt tale beneficiū obtinere possit: & tunc effectus dictæ dispēsationis debet poni in principio literarū ibi, Existis, & cui nos dudū, &c. Sine dispēsatione autem tale beneficium 10 obtinere non potest: quia † monachus mortuus est mundo, licet deo viuat. c. monachus. & c. placuit. xvi. q. i. & in l. deo nobis. C. de episco. & cler. Sed per assumptionē ad ecclesiā secularē maximè curatā resuscitatur. Ista resuscitatio est miraculosa: ergo



vt resurgat, & actus ciuiles exerceat, opus est dispensatione. & ita per istā rationē tenet decisio Rotæ cccclxxxiiij. incip. collatio. in nouis: & Egidius de Bellamera, cōclusionē ccccxiiij. incipien. collatio. De quo latius notatur in c. ij. de statu mo. & in cap. quod dei timorem. Sed (vt dixi) non solent concedi literæ † regularibus ad beneficia secularia, nec transeūt per Cancellariā. arg. tex. in c. in noua actione. xvj. q. vij. dū dicit, In vno eodēque officio nō debet dispar esse professio, dicēte Moyse, Non arabis in boue simul & asino, id est, homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Et ideo in expectatiua pro monacho si petatur ad duo beneficia secularia vel regularia, ponitur clausula videlicet, ad vnum beneficiū sui ordinis in titulum.

Eadem ratione prohibetur ne prioratus † aliquis 12 siue administratio committi alicui vel cōferri possit, nisi expressē professus fuerit ordinem monachalem, vt est casus in clemen. ne in agro. §. sanē. ij. de statu monac. & ponit Egidius, cōclusionē lxxvj. incipi. nō expressē professus, & c. & hoc nisi habeat dispensationem (vt dixi in regularibus) respectu secularium beneficiorum: vel nisi concedantur literę in forma cupientibus proficisci, in qua conceditur † clerico seculari beneficium regulare in commē. 13 da vsque ad sex menses à die pacificæ possessionis computandos, & deinde in titulum cum opportuna habitus assumptione, & professionis regularis emissionē, quasi iam destinatione animi censetur religiosus, per illud quod dicit glos. fi. in cap. ij. de instit. & decis. Rotæ cccxiij. in antiquis.

## SUMMARIVM.

- 1 *Forma expectatiuarū noua pro pauperibus clericis expectantibus.*
- 2 *Forma expectatiuarū pro pauperibus, quare literæ iustitiæ dicantur.*
- 3 *Deputatus seruitiis diuinis dicitur miles cælestis militia.*
- 4 *Licet pauper clericus operas suas locat spirituales, vt inde viuat.  
Literæ quæ dicantur in forma communi.*
- 5 *Quos reputauit episcopus idoneos ad ordines, debet reputare ad beneficia.  
Literæ in forma cum secundum Apostolum, quæ dicantur.*
- 6 *Collator ordinarius conferre beneficia necessitatur, non tamen magis isti quàm illi.  
Collator conferendo facit gratiam, & est liberalis in cui dando.*
- 7 *Frustra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur.*
- 8 *Pensio non dicitur beneficium regularibus, tamen cedit loco pensionis.*
- 9 *Taciturnitas pensionis non reddit gratiam pauperis surreptitiam.*
- 10 *Pensio nõ dicitur titulus perpetuº & spiritualis.*
- 11 *Pensionem soluens dicitur beneficiatus, nõ eam recipiens.*

- 12 *Ex quo quis non percipit fructus, perinde est ac si possessionem non haberet.*
- 13 *Examinatores de tribus examinant.*
- 14 *Vita laudabilis quomodo, & ex quibus cognoscatur.*
- 15 *Præsumptio naturæ nõ sufficit, ex quo agitur de aliquo promouendo, & beneficiando.*
- 16 *Quatuor requiruntur in promouendo.*
- 17 *Maius est pati defectum in ætate, quàm in ordinibus.*
- 18 *Indecorum est vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt seipfos gubernare.*
- 19 *Ætas legitima quæ dicatur quo ad beneficia cum cura, & quo ad Canonicatus & præbendas, ac beneficium simplex.*
- 20 *Illegitimè nati, quo ad beneficia ecclesiastica sunt inhabiles.*
- 21 *Collatio facta criminoso quando valeat, & quando non.*
- 22 *Cum homicida voluntario quando dispensetur, & quando non.*
- 23 *Penitus illiteratus, est ad beneficium inhabilis.*
- 24 *Purus laicus est incapax beneficij ecclesiastici.*
- 25 *Miles quando gaudeat priuilegio militari.*  
*Cupienti ascribi militiæ clericali, conferri beneficium mandatur.*
- 26 *Quisque provideatur in sua prouincia.*



- 27 Pēſio nullū habet miniſteriū ſpirituale annexū.
- 28 Eleemoſynariae, & hospitalia nō cadunt ſub expectatiuis, licet in titulū beneficii conferantur.
- 29 Beneficia ad nutum remouibilia non cadunt ſub expectatiuis.
- 30 Vicaria menſae episcopali vnita nō cadit ſub expectatiuis.
- 31 Curatum non venit in gratia, niſi de eo fiat mentio, aut niſi ſit praebendae annexum.
- 32 Eccleſia cathedralis non cōprehenditur ſub verbis, in ciuitate vel dioceſi.
- 33 Aliqua eccleſia reſpicit minores & inferiores eccleſias.  
*Aliqua, verificatur in qualibet re minima.*
- 34 Quando ſcribitur ad collationem episcopi, includitur eccleſia cathedralis.
- 35 Expectans ad collationem decani & capituli eccleſiae cathedralis, poteſt acceptare beneficium vacans in ea.
- 36 Expectans acceptat modicum beneficium in eccleſia cathedrali.
- 37 De modicis non curatur.
- 38 Propter rationis identitatem licitum eſt extēdere conſtitutionem poenalem & odioſam.
- 39 Favor eccleſiarum operatur conſtitutionis poenalis extensionem.
- 40 Quare pauperes expectantes excludantur à beneficiis

ficiis existentibus in ecclesiis cathedralibus.

- 41 Pauper præsumitur vilis persona, & minus illi creditur quàm diuiti.
- 42 Magnus honor est esse in ecclesia cathedrali Canonicum.
- 43 Refert an summa ponatur ascensiuè vel taxatiuè.
- 44 Valor beneficij non computatur respectu utilitatis quæ habetur in residendo, sed in portatis in absentia.
- 45 Quotidianæ distributiones & anniuersaria non computantur in valore beneficij.
- 46 Quotidianæ distributiones non sunt de corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur.
- 47 Præbenda suos habet redditus consuetos.
- 48 Magis expedit valorem beneficiorum exprimi secundum taxationem decimæ, quàm secundum communem æstimationem.



Una forma † pauperum clericorū expectantium videlicet, Dilecti filij N.&c. precibus inclinati, mandamus, quatenus de vita & conuersatione ipsius N. qui vt asserit, &c. Non pono istam formam hīc extensè & ad longū: quia statim reassumam singulas eius partes, declarando quid importent, & cur ita scribitur in ista forma: quæ post annum non datur, vt vult regula,

la, nisi vltcrius prorogetur, prout fecit Iulius. Pro  
 2 cuius euidentia sciendum est † quòd huiusmodi li-  
 teræ quæ conceduntur pauperibus clericis ad be-  
 neficia, potius dicuntur literæ iustitiæ quàm gra-  
 tiæ: quia iustum & rationabile est clericum bene-  
 ficiari, ex quo deputauit se seruitiis diuinis: & non  
 habet aliud beneficium, secūdum Ioan. An. & Do-  
 mi. in c. si pauper. de præben. lib. vj. Iustum est ergo  
 3 (vt dixi) clericum pauperem beneficiari: quia † cū  
 sit miles cælestis militiae, vt dicit tex. in c. degrada-  
 tio. de pœnis. lib. vj. & glos. in l. si miles. ff. de re iu-  
 di. certè non debet propriis stipendiis militare. c.  
 cum secundum. de præben. Et ideo per illum tex.  
 4 dicunt ibi doct. quòd † licitè pauper clericus locat  
 operas suas spirituales ad hoc, vt inde viuat: secus si  
 habet beneficium, de quo possit viuere. facit glos.  
 in c. significatum. eo. tit. Istæ eadē literæ appellan-  
 tur in forma communi, secūdum Panormita. in c.  
 postulasti. in iii j. not. de rescript. quia olim Papa nō  
 solebat grauare ordinarios in collatione beneficio-  
 rum: nec concedebat literas gratiosas, sed scribebat  
 contra ordinatores, vt ipsi prouiderent illis quos  
 promouerant ad ordines. c. episcopus. & c. non  
 liceat. de præben. eo † quòd ad obtinendum eccle-  
 siasticum beneficium eos debebant idoneos repu-  
 tare, quos ad ordines susceperunt. c. accepimus. de  
 æta. & qualitate ordi.

Appellantur etiam in forma secundum Aposto-  
 lum, quia sunt fundatæ super illo dicto Apostoli,  
 Qui altari seruit, &c. dicto c. cum secundum. de  
 præbendis.

Prædictis



Prædictis ergo de causis huiusmodi literæ sunt appellatæ de iustitia. Possunt tamén aliquo respectu dici gratiosæ, vt ponunt Moderni in d.c. postulati. & potissimè ea ratione, in quantum cõceduntur magis vni quàm alteri, puta existentibus in curia. Licet ¶ enim collator ordinarius necesse habeat conferre beneficium, non tamen necessitatur magis isti quàm illi. Et ideo si conferat vni vel alteri, gratiam illi facit, vt dicit pulchra glos. in c. re-latum. de præben. Est ergo gratia & liberalitas in cui dando, vt dicit alia glos. in c. fin. de offic. vica. li. vj. & in c. quanuis. in ver. pensionem. de præben. co. lib. Hac de causa in principio literarum dicitur, Dilecti filij, talis clerici supplicationibus inclinati, &c. ad ostendendum quòd per concessionem talium literarum fit gratia illi pro quo scribitur: aliàs si concessio esset omnino necessaria, verba illa non præmitterentur: quia ¶ frustra precibus impetra- 7 tur, quod de iure communi conceditur. l. i. C. de thesau. lib. x. l. i. ff. ad municip. & in l. si quando. C. de inof. testa.

Ex prædictis etiam colligitur, quare statim post principium literarum dicuntur illa verba, videlicet, Qui (vt asserit) beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet. Quia (vt patet ex præmissis) non prouidetur in ista forma, nec conceduntur literæ clericis beneficiatis: cum non possint dici pauperes: aliàs literæ dicerentur surreptitiæ. argumen. c. significantibus. de officio delega. ibi, Cum nobilis esset & diues, pauperem se dixit. Item propter aliud dicuntur illa verba, Beneficium aliquod ecclesiasti-

cum non obtinet: quia si obtineret pensionem, pos-  
 8 set nihilominus expedire literas in hac forma, eo ꝑ  
 quod pensio non dicitur beneficium ecclesiasticum,  
 licet quantum ad religiosos cedat loco beneficij.  
 Sed regulariter non dicitur beneficium ecclesiasti-  
 cum, ex quo consistit in sola temporalitate: nec as-  
 signatur in titulum, vt ponit Domini. in c. quanuis.  
 in fin. princip. de præben. lib. vj. Imò plus dicit de-  
 ci. Rotæ incipiēs, Nota quod pauper. numero cxx.  
 9 in antiquis, Quod ꝑ taciturnitas pensionis nõ red-  
 dit gratiam pauperis surreptitiam: licet sit assigna-  
 ta in titulum de authoritate Episcopi, ex quo non  
 est pensio perpetua assignata & constituta iure be-  
 neficij: ita quod transferatur de persona in perso-  
 nam. Idem tenet alia decisio xj. incipiens, Vtrum  
 intitulatus. sub titulo de præbend. in antiq. vbi di-  
 10 citur, ꝑ quod pensio non dicitur titulus perpetuus  
 & spiritalis: quia moriente eo cui est assignata, ex-  
 pirat. Hoc etiam sentit Oldra. consilio clxviii. inci-  
 11 piens. Ad primã quæstionem. Vbi tenet quod ꝑ sol-  
 uens pensionem dicitur beneficiatus, non eam re-  
 cipiens. Ex quibus videtur concludendum, quod  
 obtinens pensionem potest expedire literas in ista  
 forma pauperum de iure communi. Dominicus ta-  
 men in cap. postulasti. ad finem. de rescript. quem  
 refert ibi, & sequitur Feli. in tertia declaratione,  
 tenet contrarium, motus ista ratione. Quia Papa  
 intendit per concessionem harum literarum so-  
 lum subuenire & opitulari paupertati clerici. Sed  
 ex quo habet pensionem de qua viuit, certè satis  
 est prouisum eius paupertati, sicut si esset illi assi-  
 gnatum



gnatum patrimonium pro titulo. Vnde istis casibus videtur cessare ratio propter quam conceduntur literæ in ista forma. Si enim volens expedire literas in forma pauperum, exprimeret se habere patrimonium sufficiens, aut pensionem congruentem: certè vel nullatenus haberet gratiam in ista forma, vel non ita de facili. Et pro ista opinione bene facit text. in c. clericos. i. quæst. ij. qui loquitur in literis de iustitia secundum doctor. ibi. & prohibet ne habens sufficiens patrimonium, occupet stipendia & beneficia ecclesiæ, quæ dicuntur esse panis pauperum. Tandem propter prædictas opiniones doctorum, & rationes hincinde, facta est vna regula, qua cauetur, quòd obtinens beneficia viginti quatuor librarum, aut alterius similis monetæ, & similiter percipiens pensionem annuam similis valoris & summæ super fructibus, &c. possint in communi forma pauperum literas impetrare, ita tamen, quòd per assequutionem alterius aliam dimittere teneantur, & pensio cesset & expiret.

Et ista regula est multū æqua & iuridica, in quantum primò disponit quòd obtinēs beneficium vel pensionem vsque ad summam prædictam, non excludatur ab impetratione literarum in communi forma pauperum: & postea vult quòd per assequutionem alterius aliam dimittere teneatur. Quod est consonum & conforme iuri communi, vt probatur in d. c. si pauper clericus. per rationem quæ ibi exprimitur, scilicet, quia cessat causa, &c.

Vtlerius pro declaratione dictæ regulæ notandū



est, dum dicit quòd non habentes possessionem beneficiorum in quibus se ius habere asserunt, & super quibus litigant, cuiuscunque valoris annui, possunt in communi forma pauperum literas impetrare. Vult ergo regula in hac parte (prout innuunt verba prædicta à contrario sensu) quòd habens possessionem beneficij cum titulo (licet dicta possessio non sit sibi pacifica, vt quia litigat super titulo beneficij) talis non poterit in hac forma literas impetrare: ratio est, quia ex quo percipit fructus, satis est prouisum eius paupertati, & sic cessat causa propter quam cõceditur gratia in hac forma, prout in simili de habere pensionem tenet Dominicus in d.c. proposuisti. quem superius retuli. Præterea regula in illis verbis nõ requirit pacificam possessionem, prout facit text. in c. de multa. de præben. c. cõmissa. de elect. li. v. j. c. licet episcopus. de præben. eo. li. & extrauagans, execrabilis. in casibus quorum iurium non sufficit possessio turbulenta & litigiosa, vt in eis notatur, & ponit decisio Rotæ xxxv j. incipiens, No. quod vbi aliquis. in antiquis. & lxj. in nouis. sed simpliciter dicit de non habentibus possessionem beneficiorum, vt possint impetrare in ista forma: ergo vult à contrario sensu, quòd non habentes possessionem non possint (licet possessio non sit pacifica, sed turbulenta) per rationem de qua supra. Et arguendo à dicta ratione, infero quòd si possessori beneficij mouetur lis super sua possessione, ita quòd nõ percipit fructus beneficij, licet incumbat possessioni, poterit nihilominus impetrare in forma pauperum, quia tunc ex quo ÷ non percipit fructus,

fructus, perinde est ac si possessionē nō haberet, per illud quod dicit glo. in c. si tibi concessio. in verbo, vacare. de præben. lib. vj. vbi vult per illū tex. quod promotus ad episcopatum, etiam post consecrationem & adeptam possessionem, si fructus dicti episcopatus non percipit, vt quia ex causa aliquo tempore alteri debentur: quod propter hoc priora eius beneficia non vacant, sed possit ea interim retinere: quod etiam tenet Romanus consi. cccxxxv. incip. Circa primum. & alio consil. cccxlv.

Ex prædictis patet declaratio ad ea quæ dicuntur in prima parte procemij literarum in ista forma, in quibus subsequenter dicitur, Et quem per certos examinatos super hoc à nobis de puratos de literatura examinari fecimus diligenter, &c. Circa istam particulam sciendum est, quod sub illis verbis, De literatura examinari fecimus, continentur tria, Quia † examinatores examinant de tribus, vide. <sup>13</sup> licet si bene legit, si bene construit, & si bene cantat. Quorum saltem duo debent concurrere secundum Dominic. in c. si pauper clericus. Vbi subiicit, quod quo ad partes Gallicanas plus pōderant tantum quàm constructum. Facta autem examinatione in præmissis, & eo reperto idoneo ad beneficiū ecclesiasticum obtinendum, rursus Papa mandat in eisdem literis solerter inquiri de vita laudabili, & honesta illius clerici conuersatione. Cognoscitur autem † vita laudabilis ex operibus, & abstinentia <sup>14</sup> vitiorum, secundum Panormi. & Cardin. in clem. cum ei quem. de concessio. præben. Nec sufficit isto casu præsumptio natura, vt in c. vnico. de



- 15 scrut. & in c. si. de præsumptio. ex † quo agitur de aliquo promouendo & beneficiando, cum omnis ætas ab adolescentia sit prona ad malum. c. ij. xij. quæstio. i. Et ideo mandatur etiam inquiri de honesta conuersatione: quia præsumitur pro aliquo vel contra ipsum ex conuersatione. c. inter. iuncto c. cum in iuuentute. de purgatio. canon. iuxta illud, Cum sancto sanctus eris, &c.
- 16 Et est notandū circa præmissa, quòd licet † quatuor requirantur in promouendo, videlicet, scientia, ætas, mores, & ordo, vt dicit glos. in c. si pro clericis. in verb. aliis. de præbend. lib. vj. tamen in ista forma mandatur inquiri primò de literatura, deinde de moribus, vt patet ex præmissis: de ætate autem & ordinibus nulla fit mentio: cum tamen valde † maius sit pati defectum in ætate, quàm in ordinibus, vt probatur in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. Vbi patenti defectum in ætate tempore datæ, non prouideretur de beneficio curato: ex quo de tali defectu non fuit facta mentio in literis: quanuis postea superueniat legitima ætas: vt ibi. Et tamen potest prouideri, si non est in sacris, esto quòd de ordinum defectu non fuit in literis facta mentio. d. c. si pro clericis. Consequenter apparet quòd maior est defectus ætatis quàm ordinū, vt in prædictis iuribus. & per glos. in c. i. de æta. & qualita. in vj. Sed saluando formas huiusmodi literarum potest dici quòd tacitè mandatur inquiri etiam de ætate, per illa verba quæ in literis sequuntur, videlicet, Aliudque canonicum ei non obsistat. per quæ
- 18 importatur legitima ætas: † quia indecorū est vt hi  
debeant



debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubere seipfos. c. indecorum. de æta. & qualit. & in c. super inordinata. de præben. Legitima ¶ autem ætas intelligitur xxv. annorum, quo ad beneficium cum cura. c. cum in cunctis. de electio. & notatur in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. Quo verò ad beneficium simplex & canonicatum, ac præbendam, extra tamen cathedralem ecclesiam, sufficit ætas maior septennio, vt notatur in c. ex eo. de elect. eo. li. licet quo ad canonicatus & præbendas ecclesiæ cathedralis fuerit ordinatum per Grego. xj. quòd non conferantur nisi habentibus annos xiiij. prout testatur Decis. Rotæ cccxxiiii. incip. Supposita. in nouis. decisionibus.

Secundò important prædicta verba, scilicet, Aliudque canonicum ei non obstat, vt ille pro quo taliter scribitur sit legitimè natus: ¶ quia illegitimi ad beneficia ecclesiastica absque dispensatione sunt inhabiles. c. i. & ii. de fil. presby. lib. vi.

Tertiò, ¶ quòd nõ sit periurus, infamis, seu aliàs criminofus. Nam licet collatio beneficii facta talibus valeat mero iure, vt tenet Lopus in additione ad consilium Federici. i. & Card. in c. querelam. de iureiur. per c. inter. de exceſ. prælato. Illud tamen non habet locum quando prouisio facta periuro, vel aliàs infami, fiat virtute literarum ad beneficia: quia tunc propter maximam eorum odiositatem erit ipso iure nulla, prout eleganter tenet Cal. consil. xx. in titu. de præben. & sequuntur moder. in c. ii. de rescrip. cum aliis ibi latius per Fel.

Quartò, quòd aliàs non sit in capax tituli benefi-



- cialis, prout si esset irregularis ex homicidio, secundum Inno. in c. cum nostris. de concess. præben. in-  
 22 tantum, quod aliqui volunt quod † cum homicida  
 voluntario non dispensatur, nisi sit persona regula-  
 ris: & tunc citra altaris ministerium: & cum volen-  
 te ingredi religionem mendicantium, cui datur re-  
 habilitatio ad omnes ordines, etiam in altaris mi-  
 nisterio. Aliquando tamen datur signatura de ab-  
 solutione & obtentis ad simplicia: postea signatura  
 ampliari poterit iuxta qualitatem casus homicidij.  
 Quandoque etiam ponitur clausula pro presbyte-  
 ro homicida, videlicet, Eo ad triennium suspenso,  
 & c. Vel apostata, in quo non cadit tale ius; secun-  
 dum Bal. in repeti. l. Barbarius. in x. col. ff. de offi.  
 23 prato. Aut † penitus illiteratus: qui est inhabilis  
 ad beneficium ecclesiasticum, secundum Inno. in  
 c. dilectus. de tempo. ordi. & Arch. in c. nullus. eo.  
 titu. lib. vj. quod videtur intelligendum in benefi-  
 ficio cū cura: secus forte in simplici, ut ponit Dec.  
 cccxij. in antiquis.  
 24 Similiter † purus laicus incapax est beneficij ec-  
 clesiastici. c. cum adeò. de rescrip. & in c. ex literis.  
 de transac. quicquid dicat glo. in c. ij. de instit. qua  
 tenet sufficere quo ad hoc, propositum clericandi,  
 quasi destinatione animi possit iam dici clericus.  
 Sed illa glo. communiter reprobat per doct. in  
 d. c. cum adeò. nisi saluetur per vnam Dec. Rotæ  
 cccxij. inci. Nota quod clericus, in antiquis: vbi di-  
 citur quod non clerico, incedenti tamen in habitu,  
 potest beneficium conferri ut clerico. quasi velint  
 quod habitus & dispositio animi sufficiant quo ad  
 hoc,



hoc, vt quis clericus reputetur, ad quod bene facit dictum Arch. in c. si quis suadente. xvii. q. iiii. vbi dicit quòd ille qui nondum habet ordinem, sed tantum coronam portat, & est clericus animi destinatione, gaudet priuilegio illius canonis. His tamen non obstantibus, verius est, quod prius dixi, per text. in l. ex eo. ff. de testa. mil. vbi dicitur † 25 quòd miles gaudet priuilegio militari ex eo tempore quo in numerum relatus est, non ante. & ideo practica & communis stilus est, quando purus laicus impetrat, & ei mandatur beneficium conferri, apponitur illa clausula, Cupienti ascribi militiæ clericali, &c. vt per Abba. in d. c. ex literis. de transac. aliàs literæ essent surreptitiæ. Et isto respectu quando scribitur pro aliquo in ista forma, in principio literarum appellatur clericus, quia aliàs esset quo ad hoc inhabilis, per supradicta. Insuper diceretur canonicum impedimentum sufficiens ad excludendum pauperem clericum, si non sit oriundus in loco ad quem literæ extenduntur. arg. l. in ecclesiis. C. de epif. & cle. stante regula Cancellariæ, quæ disponit quòd pauperes clerici extra suam prouinciam locari non possint, nisi ibidem per sex annos moram traxerint, vt latius in dicta reg. cuius dispositio fundatur in tex. not. in c. nullus inuitis. lxi. di. vbi dicitur, Habeat vnusquisque suum fructum militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem: in aliena stipendia minime alter obrepat, nec alij debitam alter sibi vendicare audeat mercedem. Et licet ille tex. loquatur de promouendo in episcopum, tamen ratio illius cõ-



munis est etiam ad beneficia inferiora, secundum  
 26 Panor. in c. ad decorem. de instit. Vbi dicit † quòd  
 esset valde honestum & fructuosum, vt quisque in  
 patria sua beneficiaretur, nec alter occuparet be-  
 neficia vel stipendia alterius, per quod tolleretur  
 materia depauperandi ecclesias & beneficia. Et pro-  
 pter hæc non consuevit prouideri alicui de benefi-  
 cio extra suam nationem consistenti, licet quãdoque  
 ex favore concedatur cum derogatione.

Subsequenter in huiusmodi literis dicitur, Ei de  
 aliquo beneficio ecclesiastico, &c. Hæc verba im-  
 portant, vt non possit eidem prouideri de pensio-  
 ne. c. quanuis. p. de præben. lib. vj. Quia pensio non  
 dicitur beneficium ecclesiasticum, ex quo in sola  
 27 temporalitate consistit, & † nullum habet ministe-  
 rium spirituale annexum: vt per Domi. in d. c. quã-  
 uis. Eodem modo propter illa verba non poterit  
 prouideri de hospitali, secundum glo. in c. si pauper  
 clericus. de præben. in vj. per tex. in cle. per literas.  
 28 eo. titu. nec † de eleemosynariis, vt ibi. imò etiam  
 si prædicta fuissent instituta de autoritate episco-  
 pi, & solita essent conferri in titulum beneficij, ad-  
 huc non caderent in huiusmodi gratiis expectati-  
 uis, vt dicit notabiliter Dec. Rotæ cclxv. inci. Nota  
 quòd vbi religiosus. in antiquis. vbi assignatur ra-  
 tio, Quia cum hospitalia & eleemosynæ sint ad  
 nutum amobilia, regulariter certè non veniunt no-  
 mine beneficij quantum ad clericum impetrantem,  
 posito quòd in titulum beneficij cõferantur. idem  
 sentit alia decisio ccccclxxxiiij. incip. Quidam in  
 ciuitate. in antiquis. & ista sunt notanda: quia li-

cer prædicta loca dicantur loca pia & religiosa, siue ecclesiastica, quando sunt de authoritate episcopi constituta. c. ad hæc. de religio. domi. tamen non includuntur in huiusmodi literis, per prædicta.

Similiter propter illa verba non potest obtinere † beneficium manuale, & ad nutum superioris remouibile, dato quòd ab olim consuetum esset clericis secularibus assignari: quia tale beneficium non potest propriè dici beneficium ecclesiasticum, cum non sit perpetuum, sed ( vt dixi) ad nutum superioris remouibile. arg. c. præcepta. lv. di. & eorum quæ notantur in c. veniens. de fil. pres. & ideo dixit Cal. consi. xxvi. in titu. de præben. quòd in reseruacionibus beneficiorum quas facit Papa, non includuntur beneficia manualia, quia reseruando beneficia videtur intelligere de beneficiis quæ perpetuò conferuntur. Ex quo infero quòd nec vicariam temporalem poterit obtinere prædicta ratione.

Item si vicaria esset aliàs † perpetua, sed modò vnita mensæ episcopali vel abbatiali, quia per talem vnionē illa perpetuitas transit in temporalitatē, vt ponūt domini de Rota dec. cclxxiij. incip. Fuit dubitatum. in nouis. cōsequenter non venit appellatione beneficij ecclesiastici. Post prædicta verba, De aliquo beneficio ecclesiastico, dicitur, Cum cura vel sine cura. Ista verba necessariò apponuntur, quia nisi sic diceretur, non veniret beneficium curatum. c. cum in illis. in prin. de præben. lib. vi.



Et licet aliqui voluerint dicere istud procedere quādo Papa mandat prouideri de vacaturo (quo casu non facit tantam gratiam, prout quando prouidet de vacāti) verius tamen est vt neutro casu includatur † curatum, de cura non habita mentione, vt per dominos de Rota dec. ccij. incip. Nota quòd quis non tenetur. in antiquis. Sed ista conclusio non habet locum quando beneficium curatum esset annexum præbendæ: quia tunc ratione annexionis de cura non est necessariò facienda mentio, arg. c. super eo. de præben. lib. vi. per rationem de qua ibi notatur. Subiicitur postmodum, Dummodo in cathedrali ecclesia non existat. Ista verba videtur apponi ad maiorem declarationem, quia etiam si non exprimerentur, non venirent beneficia ecclesiæ cathedralis, cum scribitur † prouideri in ciuitate vel diœcesi, secundum opinionem Compost. in c. capitulū sanctæ crucis. de rescrip. quod satis bene probatur in c. quanuis. de præben. lib. vi. licet ille text. videatur loqui in aliis terminis, videlicet cum aliqui prouideri mandatur de beneficio in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis: vt tunc sub illa generalitate non includatur ecclesia cathedralis propter illius honorem & præminentiam. Ideo dicunt aliqui secus esse quādo scribitur in terminis in quibus loquitur Compost. scilicet quando mandatur prouideri in ciuitate vel diœcesi: quia tunc verum est dicere secundum eos, quòd prouidendo in cathedrali, prouidetur in ciuitate: non sic est cum dicitur, in aliqua ecclesiarum, quasi illa dictio, † Aliqua, respiciat minores & inferiores ecclesias, iuxta



ta glo. in clemen. i. in ver. aut earū parte. de foro cō-  
pe. vbi dicit quòd dictio, Aliqua, verificatur in qua-  
libet re minima. prout etiam ponit Panor. in c. pa-  
storalis. in prin. de offi. dele. & Pet. de Anch. consi.  
clx. præsупponitur, & c. Old. tamen. consil. clxxxv.  
incipien. Thema tale est, Titius canonicus, & c. se-  
quitur primam opinionem, concludens quòd si  
quis impetrat gratiam à Papa de personatu, officio,  
vel dignitate pertinente ad collationem episcopi  
& capituli communiter vel diuissim, non includi-  
tur ecclesia cathedralis quo ad dignitates in ea exi-  
stentes, propter rationem de qua supra, & per il-  
lud quod dicitur in l. prator ait. §. quod autem. ff. de  
iniur. & c. sedes. de rescriptis.

Et tenendo prædictam opinionem Compost,  
& Oldr. oportet dicere quòd ista verba, Dummo-  
do, & c. exprimuntur ad maiorem expressionem, &  
causa tollendæ dubitationis resultantis ex contra-  
ria opinione Ioan. And. in d. c. quanuis. & clariùs in  
addi. Spec. in titu. de actione. §. super petitione. in  
additione magna ad finem. In quibus locis tenet  
quòd † quando scribitur ad collationem episcopi,  
includitur ecclesia cathedralis, quia ad episcopum <sup>34</sup>  
principalissimè spectat collatio beneficiorum in  
ecclesia cathedrali. c. cum ecclesia. de elect. Ergo  
principalius illius beneficia videntur includi, nisi  
nominatim excludantur, & propterea ( dicit ipse )  
in literis pauperum apponuntur illa verba, Dum-  
modo in cathedrali non existat. Et sic secundum  
eum illa verba ponuntur necessariò, & non ad  
maiores declarationem. Istud etiam videntur sen-

- tire domini de Rota. dec. cxij. incip. Nota quòd  
 35 vbi aliquis. in antiquis. vbi dicunt quòd † expe-  
 ctans ad collationem decani & capituli ecclesiæ  
 cathedralis, potest acceptare beneficium vacans  
 in ea. Idem tenet alia dec. ccxiiij. incip. Nota quòd  
 vbi. in antiquis. vbi dicitur quòd expectanti ad  
 collationem episcopi simpliciter prouideri potest  
 de beneficio & præbenda cathedrali: quia disposi-  
 tio. c. quanuis. debet restringi & teneri in suis ter-  
 minis, videlicet quando scribitur secundum for-  
 mam illius capituli, scilicet in aliqua ecclesiarum  
 ciuitatis vel diocesis, &c. Vt cunque sit aliàs in aliis  
 formis, in ista certum est excludi expressè benefi-  
 cia ecclesiæ cathedralis, per illa verba sæpius di-  
 cta, Dummodo, &c. quæ cum sint generaliter &  
 indefinitè prolata, excludunt omnia beneficia  
 quantumcunque modica existentia in ecclesia ca-  
 thedrali. c. si Romanorum. xix. di. & gl. in c. vt circa.  
 cum vul. Licet vna decisio Rotæ. cccix. incip. Nota  
 quod vbi sententia. in antiquis. dicat quòd dispo-  
 sitio dicti c. quanuis. sæpius allegati non habet lo-  
 36 cum in beneficiis modicis, sicut est vicaria, †  
 quam potest acceptare expectans in forma pau-  
 perum: licet illa existat in ecclesia cathedrali: &  
 similiter aliud beneficium modicum quod non est  
 de principalioribus in ecclesia. Assignatur ad hoc  
 duplex ratio. Prima, quia dispositio sæpe dicti  
 c. quanuis. est pœnalis, & ideo restringenda, re-  
 gu. odia. cum vulg. Secunda, quia illud ibi dispo-  
 nitur propter honorem & prærogatiuam eccle-  
 sia



siæ cathedralis, vt sub verbis generalibus non ve-  
 niat beneficium existens in ea. At in modicis be-  
 neficiis ecclesiæ cathedralis cessat illa ratio, quia  
 intitulati in eis non interfunt negotiis capitulari-  
 bus: consequenter isto casu non vindicat sibi  
 locum ratio dicti c. quanuis. nec sua dispositio: ad  
 quod facit illud tritum & vulgare videlicet, Quòd  
 † de modicis & minimis non curatur. l. scio. ff. 37  
 de restitutio. in integ. & in c. & si quæstiones.  
 de simon. & quod per illum text. dicunt notan-  
 ter docto. maximè Angel. in l. Senatus. §. Marcel-  
 lus. ff. de legat. i. videlicet si statutum prohibet a-  
 lienare rem immobilem in forensem, non habe-  
 bit locum in domuncula & parua casa. Qui text.  
 exclamatur pro singulari ad hoc per Romanum  
 singulari incipien. Hodie. Ex quibus videtur quòd  
 pauper expectans potest acceptare beneficium mo-  
 dicum in ecclesia cathedrali secundum, Dominos  
 de Rotà. Quod mihi videtur satis mirum, ex quo  
 generaliter & indefinitè excluduntur per illa ver-  
 ba beneficia ecclesiæ cathe. maximè cū ratio dicti  
 c. quanuis, & præmissorū non est illa cōsiderare, sci-  
 licet beneficium paruum vel magnum, sed honorè  
 & præminentiam ecclesiæ cathedralis. Quæ ratio  
 ita militat in beneficio modico existente in ec-  
 clesia cathedrali, sicut in magno. Quo casu pro-  
 pter † identitatem rationis licitum est extendere 38  
 constitutionem pœnalem & odiosam, præcipuè fa-  
 uore ecclesiarum, iux. glo. in c. sciant cuncti. in ver.  
 alios. de elec. lib. vi. quæ dicit quòd constitutio



- 39 † pœnalis dicitur esse fauorabilis, & extendenda fauore ecclesiarum. Idem dicit Domi. consil. xxxvij. in pe. col. & consi. cvj. in prima colum. Certum est autem quòd illa verba, Dummodo, &c. apponuntur fauore cathedralium ecclesiarum, ne in eis nisi personæ honorabiles obtineant beneficia, per quos honorantur ecclesiæ, & subleuantur: quæ per pauperes spoliantur & deprimuntur, iuxta glo. in c. cõstitutis. in ver. impotetia. de appel. Per quæ videtur dicendum quòd illa verba excludunt generaliter omnia beneficia existentia in ecclesia cathedrali. Istud tamen non pono pro constanti, propter dictam decisionem contrariam dominorum de Rota: quorum magna est autoritas apud omnes.
- 40 Et ex supradictis potest sumi ratio † & causa, quare pauperes expectantes excludantur à canonicatibus & aliis beneficiis existentibus in ecclesia cathedrali, & hîc clariùs eam declaro: videlicet quia ex quo † quis est pauper, præsumitur vilis persona.
- 41 Hinc est quòd tali minus creditur quàm alteri diuiti & potenti, iuxta illud, Quantum quisque suarum rerum seruat in arca, Tantum habet & fidei. & probatur in l. iij. ff. de testi. in §. sancimus. in authent. eod. titu. & in l. spadonem. §. si. ff. de excu. tut.
- 42 Vnde † sicut magnus honor est esse canonicum ecclesiæ cathedralis, vt dicit Inno. in c. fraternitatem, de sepultu. & retuli in superioribus: ita aliquid plus est esse beneficiatum in ecclesia cathedrali, quàm in aliis inferioribus extra illam, propter illius honorem & præminentiam. Et propterea arcetur pauperes expectantes à beneficiis & canonicatibus ecclesiæ

clesiæ cathedr. Ridiculū enim vulgo videretur videre pannosum clericum beneficiatum vel canonicum in cathedrali, iuxta illud quod dicit glos. in c. statutum. in ver. committantur. de rescript. lib. vj.

Demum post particulas præcedentes ponitur taxa, videlicet Cuius fructus, &c. Pro declaratione istius partis sciendum est quòd olim in huiusmodi literis pauperum non exprimebatur certa taxa: sed dicebatur de beneficio secundū suæ probitatis merita competēti, vt ponit Lap. allegatione lxxix. incip. Innocentius. Quæ verba importabant vt prouideretur expectanti de beneficio secundum qualitatem suæ personæ ad arbitriū exequutoris, vt per Panor. in c. fi. de præben. d. & clariùs per Butri. in c. cum dilectus. in ij. col. de iure parro. ad quod etiam facit bona glo. in c. in ver. absque penuria. de statu regul. lib. vj.

Hodie autem ista competentia taxata est ad certam summam, diuersimodè tamen secundū diuersitatem regionū, prout in regula de taxa in forma pauperum. Dicit tamen Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de concess. præben. in additione magna, quòd finis huiusmodi literarum videtur id ponere in arbitrio pauperis expectantis, scilicet quòd sibi volenti possit prouideri de minori valore. De quibus verbis dubitat ibi multum idem Ioan. And. quia etiam si dicta verba non apponerentur, posset eidem de minori summa prouideri. Nam quando † summa 43 ponitur ascensiuè, potest tūc etiam de minori prouideri: secus quādo ponitur taxatiuè, & prout vult glo. not. in c. quanuis. in ver. vsque ad certam. de



præben. lib. vj. & latiùs declarat Domi. cõsi. cxxxij. in vj. col. Consequenter expressio illorum verborum, videlicet quòd volenti possit de minori prouideri, videtur superuacua: quia expressio eorù quæ tacitè insunt, nihil operatur, iuxta iura vulg. Tandem huic obiectioni respondet præfatus Io. And. ibidem, & in c. cui de non. de præben. lib. vj. quem non expedit referre, quia hodie non apponuntur illa verba, & bene, propter supradicta.

- Ultimò, pro declaratione præmissorù circa istam formam & alias præcedentes, in quibus exprimitur
- 44 certa summa & valor, scièdum est † quòd valor beneficij non computatur respectu utilitatis quæ habetur in residendo, sed in apportatis in absentia, vt sentit notabiliter Oldra. cõsilio. cxvij. incip. Ex virtute gratiæ. ibi, dum dicit, Constat autem redditus appellari, qui percipiuntur ex corpore beneficij, &
- 45 debètur vnicique absentia. Subiicit etiam † quòd quotidianæ distributiones & anniuersalia non cõputantur in valore beneficij: nec augèt corpus præbendæ: ex quo dantur ratione operæ personalis, argu. tex. in l. i. in ii. respon. ff. si mens. fal. mod. dix. & in l. cù duobus. §. si inchoanda. ff. pro socio, ibi, Precium enim operæ, & c. Idem tenet Decisio Rotæ cxxxiiii. incipien. Quãdo impetratur. in nouis. Datur enim tantummodo iis qui intersunt, & ideo
- 46 † non sunt de corpore beneficii, nec sub illo comprehenduntur, ad quod facit quod legitur & notatur in cap. licet. de præben. & in cap. vnico. de cleri. non residentibus. libr. vi. Idem vult alia Decisio ccccviii. & dclxvi. in antiquis.



Et prædicta intelligo procedere etiam si in aliqua ecclesia ex statuto vel consuetudine nihil percipiāt absentes: quia pari modo valor debet considerari non in residendo, sed quantum aliàs perciperet absens, si statutum & consuetudo non extarent. Habet † enim præbenda suos redditus consuetos, licet 47 propter statutum vel consuetudinem non debeatur absenti. Et ita intelligo dictum Oldra. Puto tamen quòd vtilius & magis expediens expectāti est, quòd † valor beneficii computetur secundum taxationem decimæ, quàm secundum communem æstimationem: quia per industriam clericorum creuerunt redditus beneficiorum: quæ industria non debet esse illis damnosa. l. fi. C. de alluuiio. & notatur in cap. cum M. Fer. de constitut. & in cap. cum clerici. de pact. & ita solet in literis exprimi. 48

## SYMMARIVM.

- 1 *Decima forma expectatiuarũ ponitur pro pauperibus graduatis.*
- 2 *Beneficium quando dicatur seculare.*
- 3 *De iure communi omnia beneficia censentur esse secularia.*
- 4 *Vnum beneficium sufficit vni, quod non alteri.*
- 5 *In forma expectatiuarum pro graduatis non mādatur de idoneitate inquire.*
- 6 *Forma obseruetur, aliàs non valet promissio.*

- 1 **D**ecima † & vltima principalis forma quo ad gratias expectatiuas est p pauperibus graduatis: quæ differt in aliquibus à communi forma pauperum præcedenti. Primò, quia in ista post illa verba, Beneficiũ ecclesiasticum, & c. nõ ponitur, Ab olim clericis secularibus assignari consuetũ, prout ponitur in forma præcedenti, sed simpliciter dicitur, Consuetum clericis secularibus assignari: & hoc ea (vt reor) ratione, quia fauore graduatorum vult summus Pontifex vt intelligatur † beneficium seculare seu clericis secularibus assignari consuetum, quando per decennium pacificè & quietè fuit rectum per clericos seculares, per illud quod dicit Ioan. Andre. in c. fina. de consuetudi. lib. vj. vbi tenet sufficere decennalem præscriptionem in consuetudine secundum ius commune introductam: qualis potest dici ista de qua loquimur, concurrente maximè fauore
- 2 graduatorum (vt supra). Nam † de iure cõmuni omnia beneficia censentur esse secularia, ex eo quòd primæuus status beneficiorum fuit secularis. Hinc est quòd de beneficio seculari sit regulare, dummodo legitima præscriptio, quadragenaria scilicet, sit decursa: sed econuerso sufficit decennalis præscriptio, quasi velint docto. sufficere tali casu breuius tempus ad hoc vt res reuertatur ad naturam suam. c. ab exordio. xxxv. distin. cum vulga. Item propter fauorem pauperum graduatorum, vt sæpiùs dixi.
- 3 Sed in communi forma pauperum potest dici q̄ requiratur quadragenaria præscriptio, vt beneficiũ dicatur seculare, seu rectum à secularibus clericis: quod



quod denotat illa dictio, Ab olim, quæ ponitur in dicta forma communi, & omittitur in ista. Et hoc modo possunt concordari opiniones contrariæ doct. in d. c. cum de beneficio. & dominorum de Rota, de quibus Dec. xxxii. incipien. Fuit dubitatum. in nouis. & Deci. cccclxxxvii. in antiquis.

Differt insuper ista à præcedenti, quia maior taxa datur in ista quàm in præcedenti, ut puta in Alemania in communi forma pauperum datur ad beneficium cum cura xx. sine cura xv. marcharum argenti. In ista verò pro graduatis si cū cura, xxv. sine cura, xviii. mar. arg. Et similiter in aliis partibus augetur taxa pro pauperibus graduatis respectiuè ad taxam, quæ est in forma communi. Et istud introductum est non sine ratione, ut pinguius prouideatur graduatis in redditibus, iux. c. de multa. circa fi. de præben. Nam ut dicit glo. in c. cum adeò. de rescri. simplici clerico sufficit tale beneficium, † quod nõ sufficeret nobili, & similiter viro literato & graduato: & ideo dicit glo. in c. clericus. xxi. q. i. quòd sufficientia beneficij consideratur secundum qualitatem & dignitatem beneficiati. facit etiã bona gl. in c. unico. §. sanè. in ver. absque penuria. de stat. reg. lib. vi.

Eodem modo in aliis formis præcedentibus, in quibus datur ad largam, maior est taxa pro graduatis quàm pro aliis, ut apparet ex regula de taxis beneficiorum. Et est aduertendum, quòd olim nõ ponebatur summa in principio gratiæ in forma pauperum: imò dabatur gratia de omni beneficio cõpetenti, & postea in fine gratiæ dicebatur, Nostræ autem intencionis existit, ut sibi prouideatur de beneficio,



cuius fructus, &c. talem summā non excedūt. prout declarat Rota in antiquioribus, dec. vj. de præb.

- 5 Tertiò, & vltimò differt, † quia in ista p̄ graduatis non mandatur inquiri de idoneitate impetrantis, quasi iam semel censeatur approbatus, arg. tex. in l. vnica. & quod ibi no. per Bar. C. de athl. li. x. at in præcedenti ponitur illa clausula, si per solertem inquisitionem, &c. quæ facit conditionem, & dat
- 6 formam exequutori, quia † non seruata non valet prouisio, etiamsi pauper aliàs millies esset idoneus, & per exequutorem sciretur & pronūciaretur esse talis: quia exequutori vt exequutori, & certo modo, videlicet per inquisitionem solertē, de hoc constare debet, ita formaliter dicit Egid. cōcl. dclxviij. incipien. Clausula, allegans Pau. ita tenentem in clem. cum ei quem. i. resp. sup. ver. inquisitionis. de concess. præben.

Hactenus dictum est de decem principalioribus formis gratiarum expectatiuarum: alias non prosequor causa breuitatis. Dicendum est modò de mādatis de prouidendo: & de variis formis exequutorum: qui aliquando sunt prouisores, aliquando compulsores, & quandoque misti. De quibus sigillatim dicetur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Prima forma mandati de prouidendo ponitur. i. quando pro certa persona, & pro certo beneficio scribitur.*
- 2 *Mandatarius posterior quando præferatur expectanti*

*pectanti priori.*

*Clausula anteferri, quem habeat effectum.*

- 3 *Impetrans ante collationem expectantis præfertur, etiamsi in provisione sit clausula, dummodo tempore datæ presentium nõ sit alteri ius quæsitum.*
- 4 *Clausula dummodo tempore datæ presentium, &c. quem effectum habeat.*
- 5 *Clausula retrahentia, perinde ac si, &c. quid importet.*
- 6 *Duæ gratiæ expectatiuæ eiusdem datæ mutuò se impediunt.*
- 7 *Quando præferatur diligentior in processu & in fulminatione.*
- 8 *Habens nouã provisionẽ præfertur expectanti. Secundum mandatum faciat mentionem de primo.*
- 9 *Reseruationum diuersæ sunt species.*
- 10 *Effectus clausulæ, etiamsi sit generaliter vel specialiter reseruatum.*
- 11 *Reseruatio medio vacationis factæ in curia per obitum non comprehenditur sub clausula generali.*
- 12 *Nonobstãtia generaliter prolata an præiudicet.*
- 13 *Familiaritas conditionaliter nõ exprimitur per Cardinalem beneficia suorum familiarium impetrantem.*

14 *Reservatio generalis vsque ad certam summam quid importet.*

DE FORMIS MANDATORUM de prouidendo.

**R**ima † igitur forma mandati de prouidendo est, quando scribitur pro certa persona, & pro certo beneficio. exemplum in c. ex parte. i. de offic. deleg. ibi, dum dicit, Vt si auunculus suus archidiaconatum, quem habet in ecclesia illa, velit omnino dimittere, ipsum ei facias assignari. Et sic tale mandatum respicit fauorem certæ personæ, & comprehendit certum beneficium.

Circa hanc formam notandum est primò, quòd habens tale mandatum, † si in eo est clausula, Anteferri, præfertur expectanti qui est prior in data, etiamsi expectans tempore datæ talis mandati iam acceptauerit illud beneficiũ, dummodo sibi de illo nõ obtinuerit prouideri. & hoc propter clausulam, Anteferri, per quam posterior in data, præfertur priori habenti solum ius ad rem: quale est illud quod quæritur per solam acceptationem, vt probatur in cap. quodam. de præb. lib. vj. per quem text. ita tenuerunt dom. de Rota. decisio. viij. incip. Vnus Innocentianus. in titul. de concess. præb. in antiquioribus.

- 3 Ex quo inferitur quòd si apostolicus † expectans vacante beneficio illud acceptauit, & antequàm obtineat sibi de illo per exequutorẽ vel subexequutorẽ



rem prouideri, alius impetrat à Papa tale beneficiũ tanquàm vacans: certè præualet istius impetratio, etiã in suis literis sit clausula, Dummodo tempore datæ præsentium nõ sit alteri ius quæsitum. Nec potest dici surreptitia, ex eo quòd de iure expectantis, id est, de sua acceptatione non faciat mentionẽ, prout tenent dom. de Rota, decisio. cexliiii. incipien. Licet de more. in nouis. Ad hoc etiã facit doctrina Ioann. Andr. & doct. in cap. causam quæ. de rescript. Vbi dicunt † quòd dicta clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, præseruat habentes ius in re, sed derogat habentibus ius ad rem. Idem consulendo tenuit Cald. in titu. de rescript. consil. viij. ad finem. & Roma. consil. cclvj.

Notandum est secundò circa istam formam, † ¶ 5 habens tale mandatum de prouidendo, vt supra, licet illud sit conditionale, videlicet, Si per diligentem examinationem, &c. præfertur expectanti habenti gratiam puram, dummodo in huiusmodi noua prouisione sit clausula retrouactiua, Perinde ac si, &c. fiatque purificatio conditionis ante vacationem beneficij. Talis enim purificatio operatur, vt prouisio eidem postea facta per exequutorẽ, perinde habeatur ac si tempore datæ facta esset. ita firmat Rota. dec. cccclxxxij. incip. Si papa. in nouis. limitando isto modo dispositionem clem. i. de concess. præben. Quod ego intelligo procedere etiam si expectans prior in data iam fecerit acceptationẽ illius beneficij nõ sequuta prouisione tempore datæ noue prouisionis, & hoc propter clausulam, Anteferri, vt dixi in principio. Sed hoc non procede-

ret in duabus gratiis expectatiuis successiue ad eãdem collationem duobus concessis, quanuis posterior habeat clausulam, Anteferri, & alias de quibus supra, propter verba quæ in huiusmodi gratiis dicuntur, videlicet, Quibus omnibus præterquam auctoritate nostra in canonicos receptis, vel similia beneficia ibidem expectantibus, te volumus anteferri.

- 6 Idẽ dico † si duæ gratiæ expectatiuæ habent eandem datam: quia aliàs mutuò se impedirent. arg. l. duo sunt Titii. ff. de testamen. tut. & c. si quis iusto. de electio. lib. vj. Et ideo in tali casu si ambo expectantes concurrunt simul ad idem beneficium, ex quo habent eandẽ datam, & similes seu pares clausulas, statur dispositioni. c. duobus de rescrip. lib. vj. iun. decis. Rotæ. ccccij. incip. Nota si vnus. in antiquis. Vbi dicitur quòd † tunc præfertur diligẽtior in processu: sed si pares sunt, etiam in fulminatione processus recurritur ad prærogatiuas: de quibus latè dicitur in vltima parte huius operis circa literas gratiæ. Ratio autem differentiæ inter duas expectatiuas adinuicem concurrentes, & mandatum noue prouisionis quando concurrat cum expectante, ista est, videlicet † quia literæ expectantium habentes eãdem datam, sunt generales: nam habitualiter includunt plura beneficia, sed nullum certum: & ideo generi per genus non derogatur, sed recurritur ad ea quæ prædixi. At huiusmodi mandatum de prouidendo, respicit certum corpus beneficij iam vacantis: & sic est prouisio specialis, nil mirum ergo si generi, id est, literis expectatiuis, quæ sunt  
ge-



generales (vt dixi) per speciem derogatur, iuribus vulg. & quasi in terminis, in cap. quanuis tibi. de præbendis, libro sexto.

Secus dicerem quando concurrunt duo mandata de prouidendo, ambo specialia ad idem corpus beneficij: quia tunc præualet primū in data, etiam si respiceret tale beneficium cum vacabit, non obstante secundo quod est concessum ad illud idem beneficium iam vacans. Nam cum vtrunque respiciat idem beneficium, & sic vtrunque sit speciale, † debet præualere primū: nisi de primo fieret mentio in secundo, prout vult glo. not. & sequuntur doc. in d. c. quanuis. sup. alleg. Nec sufficeret si in secundo mandato diceretur, Etiam si sit generaliter vel specialiter reseruatum: quia talis clausula non est potens ad tollendum omnes reseruaciones, quarum † diuersæ sunt species. Quædam enim sunt generales, vt patet in extra. execrabilis. Ioan. xxij. Quædam sunt speciales quo ad certum corpus beneficij, non tamen pro certa persona, vt patet in c. cum olim. de re iud. & in c. si eo tempore. de elec. li. vi. Quædam aliæ sunt speciales super certo corpore beneficij, & in specie pro certa persona. vt in c. ex parte. i. de offi. deleg. & in c. dudum. de præben. lib. vi. Ex quibus apparet † quòd licet in tali mandato posteriori apponatur dicta clausula, Etiam si sit generaliter vel specialiter reseruatum, illa tamen nõ est apta tollere omnes reseruaciones. patet, quia non tollit reseruacionem generalem clausula in corpore iuris, vt quando beneficium vacat in curia, nisi de illa faceret mentionem specialem &



expressam. c. ij. de præben. li. vi. Et ideo cum impetrantur beneficia certo modo vacantia, & ponitur clausula, Et quòd vltimus veræ vacationis modus, etiam si ex illo quæuis reseruatio generalis, etiam in copore iuris clausa resultet, habeantur pro expressis. ibi † antè verbum habeantur, solent poni hæc verba, videlicet, Præterquàm per obitum apud sedem: & hoc ne Papa in impetratione huiusmodi decipiatur. Talis enim reseruatio non includitur in impetratione: nisi specialiter exprimatur, vt dixi. Licet aliàs in supplicationibus prouisionum per obitum signandis per Papam, nulla reseruatio expressa vel exprimenda consuevit cassari.

Pari modo non debet posse tollere reseruationẽ certi beneficii in fauorem certæ personæ reseruati, per sola illa verba generalia: quia per hoc in totum excluderetur reseruatius. Non præsumitur autem quòd Papa per illa verba generalia voluerit primo reseruatiuo intantum præiudicare, vt excludatur in totum, ex quo de illius speciali reseruatione non fuit informatus. arg. c. quanuis, & c. si propter tua. de rescrip. lib. vi. Et in hanc partem inclinat Domini. consilio xij. incip. Vtrum ille, & c. vbi allegat. Io. Mo. in extrauag. dudum bonæ. dicente, quòd huiusmodi † nonobstantia generaliter prolata, nunquam præiudicat alteri in specie super iure suo, nisi specialiter illud exprimat.

Concludo ergo quòd illa verba, Etiam si sit generaliter vel specialiter reseruatum, non præiudicant reseruatiuo habenti specialem reseruationem super certo beneficio: nisi de tali reseruatione dispositiuè

positiue fieret mentio. Secus si conditionaliter, per supradicta, pro quo facit quod in simili seruat signatura gratiæ. † Nam quando Cardinalis in sup-  
 13 plicatione commendæ de beneficio per obitum vacante sibi faciendæ, narrat defunctum familiarem suum continuam commensalem, additur clausula, Et quòd dispositiue dicatur, quòd fuit familiaris cõtinuus cõmensalis, dicti Cardinalis: non sufficit ergo ponere familiaritatem conditionaliter, per ea quæ conclusi in præcedentibus. Quæ cõclusio procedit & habet locum etiam si in secundo mandato seu noua prouisione esset clausula, Anteferri, non obstante eo quod dictum est supra in prin. huius formæ, videlicet quòd habens mandatum de prouidendo cum clausula, Anteferri, præfertur expectanti, qui solummodo fecit acceptationem prouisione non subsequuta. Quia in illo casu licet præiudicetur expectanti quo ad istud beneficium propter nouam prouisionem secundi impetrantis: tamen ex toto gratia sua non perimitur, sed remanet sibi ius saluum acceptandi aliud beneficium cadens in sua gratia.

Idem dico † in reseruatuo habente reseruatio-  
 14 nem generalem, puta dominio Venetorum ad certam summam: quia habens nouam prouisionẽ certi beneficii vacantis in dicto dominio, præcedet illum qui nondum fecit de tali beneficio sibi prouideri, per eandem rationem. l. illud. ff. ad leg. aqu. cum vulg. Quæ ratio cessat in reseruatuo habente reseruationẽ specialẽ super certo beneficio vacaturo, cui per nouã prouisionem de illo met beneficio

iam vacante nō præiudicatur: quia sic in totū & perpetuo durante illa vacatione remaneret exclusus: quod esset absurdum, & contra mentem Papæ, cuius intentio non fuit præiudicare habenti speciale reservationē super illo beneficio, ex quo de illa nō fuit facta mentio. argu. c. super eo. de offi. dele. & c. quavis. de rescrip. lib. vi. & per hanc rationem determinant similem quæstionem domini de Rota Decif. cxliii. incip. Licet de more. in nouis. Quæ ratio cessat quando beneficium est reservatum soli Papæ, & non in fauorem certæ personæ: valet enim tunc noua prouisio Papæ licet de tali reservatione non fiat mētio. prout tenet Rota decif. dccclxxvij. incip. Vtrum si Papa conferat. in antiquis.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Secunda forma mandati. i. quādo pro persona incerta sed de certo beneficio scribitur.*
- 2 *Electio certæ personæ, operatur quod sit electa industria eiusdem.*
- 3 *Vnio fit etiam de beneficio non vacante.*
- 4 *Vniones & reservationes sortiuntur effectum cum beneficia vacant.*
- 5 *Clausula anteferri, non extendit vim suā, nisi ad gratias sibi similes, non autem ad maiores.*
- 6 *Gratia vnionis differt à mādato de prouidendo.*
- 7 *Collatio nō impedit vnionē respectu proprietatis beneficij, sed suspenditur pro illo tempore eius effectus.*
- 8 *In mora non longi tēporis modicū est præiudiciū.*





Ecunda forma † principalis mādati  
 de prouidendo est, quando scribitur  
 pro persona incerta, sed super bene-  
 ficio certo. Et ista potiùs respicit fa-  
 uorē ecclesiæ, quàm personæ. Hinc  
 est quòd exequutor talis mandati  
 vices suas alteri committere non potest, nisi aliud  
 in literis dicatur. text. est & exemplum in c. is cui.  
 in ij. respon. de offi. deleg. lib. vi. Quia ( vt dicit ibi  
 text. ) in † eligendo personam idoneam, videtur <sup>2</sup>  
 fuisse electa industria personæ talis exequutoris. fa-  
 cit text. in c. fi. de offi. delega. Hoc etiam ponit De-  
 cis. Rotæ. cccxliij. incip. Fuit dubitatum vtrum  
 exeq. in nouis. Idem dico quando mandatur fieri  
 vno ecclesiæ vel alicui beneficio vacanti, aut  
 mensæ episcopali sede vacante: quia istis casibus  
 versatur principaliter fauor ecclesiæ, prout etiam  
 in exemplo proximè præcedenti. Sed hic cadit  
 dubium satis notabile. Pone quòd beneficium,  
 quod venit vniendum, nondum vacet tempore  
 quo fit mandatum vnionis, sed mandatur vniri  
 in euentum quo rector illius cedat vel decedat.

Dubitatur nunquid eo postmodum actualiter  
 vacante, si alius de eodem sic vacante obtinebat  
 sibi prouideri cum clausula, Anteferri, & cum  
 clausula non obstantiarum generali, debeat præfer-  
 ri in tali beneficio non obstante mandato vnio-  
 nis. Dico excludendo priùs vnum casum clarum,  
 videlicet quòd si Papa iam tale beneficiū vniuit &  
 annexuit, tunc habens mandatū nouæ prouisionis  
 excluditur, non obstante quòd in suis literis habeat

clausulā, Anteferri, quia illa (prout in superioribus dixi) præseruat habentes ius in re: quale potest dici esse illud quod fuit causatum ex dicta vnione: licet tempore vnionis beneficium illud nondum vacaret. † Nam vnio potest fieri de beneficio nondum vacante. c. & temporis qualitas. xvj. q. i. & notatur in c. i. ne sede vacan. Vnde illa verba, Cedente vel decedente rectore, licet sint ablatiui absoluti, qui aliās conditionem faciunt, vt in l. à testatore. ff. de condi. & demon. & per glo. in l. cum ab eo. ff. de contr. emp. tamen isto casu non stant conditionaliter, sed solum diem adiiciunt, quam certū est exituram. Nam certum est quod rector illius beneficii aut cedit aut decedet: & ita per hæc & alia motiua tenuit in simili quæstione Old. consi. ccxxij. incip. Factum tale est. Hinc inoleuit practica quando in vacantibus per obitum ponitur clausula, Et cum suspensione quarumcunque reservationum, vnionum, gratiarum expectatiuarū, & c. dicta clausula solet cassari. † Quia reservationes & vniones eo tunc cum beneficia vacāt, sortiuntur effectum: & ideo nō vult Papa per nouam prouisionem derogare vnioni iam facta per supradicta.

Sed casus dubitabilis est quando Papa non vnirit à principio, sed vniri mandauit beneficium vacaturum per cessum vel decessum: quo casu nondū dicitur ius in re quæsitum taliter impetranti, sed solummodo ius ad rem, quod videtur tolli per clausulam, Anteferri, appositam in noua prouisione, per eā quæ in superioribus dixi. Nihilominus hoc non obstante idem puto dicendum isto casu, quod dixi



in casu proximè præcedenti: quia † clausula, Ante-  
 ferti, apposita in noua prouisione, non extēdit vim  
 suam nisi ad gratias sibi similes, non autem ad ma-  
 iores. arg. eorū quæ habentur in c. sedes. de rescrip.  
 & in c. qui ad agendum. de procu. li. v. j. Sed sic est † 6  
 quòd gratia vnionis fiendæ est omnino dissimilis,  
 & maior quàm sit gratia mandati de prouidendo:  
 nam illa est perpetua, hæc temporalis: illa fauorabi-  
 lis, hæc odiosa. c. quanuis. de præb. lib. v. j. illa eccle-  
 siam seu beneficium per modum proprietatis ap-  
 plicans alteri ecclesiæ, vt augeatur cultus diuinus,  
 vel ob aliam iustam & rationabilem causam. c. eam  
 te. in fi. de æta. & qualita. & in c. vnico. x. q. ij. Hæc  
 autem per modum tituli, per quem potius prouide-  
 tur personæ quàm ecclesiæ. Constat autem inter  
 prædicta esse magnā differentiam, vt legitur & no-  
 tatur in c. eū qui. de eo qui mittitur in pos. lib. v. j.

Præterea aliter dicendo excluderetur in totum  
 ius vnionis, & sic militat ratio qua in simili vtun-  
 tur domini de Rota Decis. cccxliij. incip. Licet de  
 more. in nouis. Et in hanc sententiam videtur in-  
 clinare Oldr. in dicto consil. de quo supra. Posset ta-  
 men dici, fauendo isti qui habet nouam prouisio-  
 nem, ad hoc vt dicta clausula, Anteferti, aliquid o-  
 peretur, quòd vnio poterit nunc fieri, sed eius fina-  
 lis & totalis effectus suspenditur pro illo tempore  
 quo isti impetranti confertur beneficium, id est, du-  
 rante eius vita. Collatio † enim quæ fit impetran- 7  
 ti beneficium in titulum, etiam si fiat vigore reser-  
 uationis papalis, non impedit vnionem respectu  
 proprietatis beneficij: sed suspēditur pro illo tem-



pore eius effectus, prout firmat Rota decis. xix. inci. Nota quòd reseruatio. in antiquis. Et ista pars equitatem habet in se, videlicet vt vtraque gratia suo tempore sortiatur effectum, maximè cum habens nouam prouisionem possit breui mori, & sic in ¶ mora non longi temporis modicum est præiudicium. l. si debitori. ff. de iudi. Differtur enim (vt dixi) effectus vnionis ad tēpus, & non perpetuò. arg. l. cum ita. ff. de condi. & demon. Sed prima pars videtur verior in puncto iuris: & propterea ad omnem dubitationem tollendam cōsuevit apponi in tali mandato nouę prouisionis hæc clausula, Suspēdentes quascunque vniones, & c.

## S V M M A R I V M.

- 1 Tertia forma mādati ponitur, id est quādo scribitur pro incerta persona, de incerto beneficio. &
- 2 Literę facultatis sunt fauorabiles.
- 3 Ius naturale episcopi, est conferre beneficia suę ecclesię & diocesis.
- 4 Facilius res renascitur, quā de nouo nascatur.
- 5 Differentia inter literas facultatis & mandatū de prouidendo ponitur.
- 6 Prouisus vel receptus virtute literarū facultatis, censetur authoritate ordinarij receptus.
- 7 Idem ius debet esse de termino, quod de via que ducit ad terminum.
- 8 Prouisus authoritate apostolica præfertur nominato per literas facultatis, non tamen per eas prouiso priori.

- 9 *Papa per literas facultatis sibi manus nō ligat, nec potestatem abdicat.*
- 10 *Reges & alij laici in spiritualibus sunt nudi ministri Papæ: & illa non sunt fundata in ipsis, sed vt in ministris & agentibus nomine Papæ.*
- 11 *Is facit, cuius nomine fit.*
- 12 *Nominat<sup>o</sup> à nominato, causat ius preparatoriū. Quod ius queratur per præsentationē & electionem, ponitur.*
- 13 *Ad reseruata non possunt nominare principes, ius nominandi ex indulto habentes.*
- 14 *An nominatus à rege præferatur nominato per reginam.*
- 15 *Nominati per reges an præferantur apostolicis scriptoribus.*



**T**ertia forma † mandati de prouidendo est, quando scribitur pro incerta persona, & de incerto beneficio: de qua habetur in c. quanuis. ij. de præben. lib. vj. ibi dum dicit, Potestatem dedimus, beneficia sex clericorum tuorum cedentium vel decedentium auctoritate nostra personis idoneis conferendi. Similis forma ponitur in c. dudum. eo. tit. & lib. Pro cuius declaratione sciendum est quòd huiusmodi literæ vt plurimū conceduntur ordinariis super beneficiis reseruatis, vel aliàs legitimè ad curiā deuolutis. Quæ propriè appellantur † literæ facul- 2

tatis, & sunt fauorabiles, vt probat bonus text. in c. si cui. de præben. lib. vi. Nam per eas reducitur ordinarius ad ius suum primæuū & † naturale, cōferre scilicet beneficia suæ ecclesiæ, & diœcesis. facit rex. in c. ab exordio. xxxv. di. & in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. iuncta l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. ibi, non translatus, sed redditus, & c. Et ita per istam rationem tenet Pet. de Anch. consi. cxxxix. incip. ad exclusionem. pro quo etiam facit, quia facilius † res renascitur, quàm de nouo nascatur: vt probat bonus tex. in l. si testamentū. ff. de testa. Ex quibus patet quòd si scribitur sub prædicta forma, alii quàm ordinario collatori, dicetur mandatum de prouidendo, & † non literæ facultatis: inter quæ  
 5 longa est differentia.

Et primò, quia per literas facultatis non dicitur grauari ecclesia: & sic non habet locum dispositio. c. mandatum. cum sua materia. de rescrip. sed per mandatum de prouidendo bene grauatur, vt dicit glo. not. in c. cum aliquibus. in ver. concedimus facultatem. de rescrip. lib. vi.

Secundò differunt in alio, quia cum literæ facultatis dirigantur ordinario, prouisus † vel receptus virtute earum, censetur receptus autoritate ordinarii. Ex quo sequitur, quòd si quis impetrat huiusmodi literas à Papa pro se, vt ordinarius habeat facultatem conferre sibi beneficium aliàs fortè reseruatam vel deuolutam, cum dicatur recipi autoritate ordinarii, & non Papæ. per dictum c. cum aliquibus (vt dixi) fortè taliter impetrans non habet necesse facere mentionem de beneficiis, quæ obtinet,  
 6



net, iuxta dispositionem clem. si. de offi. ord. Cōtrarium tamen in hoc tenet Io. Mo. Arch. & Moder. in d. c. cum aliquibus. mouentur bona ratione, quæ etiã mihi placet, videlicet quia per tales literas remouetur impedimentum propter quod ordinarius conferre non poterat, & sic per eas præparatur via ad obtinendum beneficium: vnde idem † ius 7 debet esse de termino, quod de via quæ ducit ad terminum. l. oratio. ff. de spons. & in reg. cum quid. in vj. cum vulg. facit etiam bona glo. in c. si apostolica. in glo. pe. de præben. lib. vj. Dictum ergo circa istam secundam differentiam verum est in se, licet illatio non sit vera per supradicta.

Ex quo dicto infero, † quòd si prouisus auctoritate merè apostolica concurrat cum nominato per literas facultatis, certè apostolicus præfertur nominato. arg. c. hi qui. & c. si à sede. de præben. lib. vj. Quod absque dubio procedit, si vtraque prouisio reperiatur facta eadem die: tunc enim neutro eorū possidente, ille cui Papa prouidit, propter eiusdem maiorem prærogatiuam erit alteri præferendus, vt in dictis iuribus. Sed si nominato per literas facultatis facta sit prius prouisio, tunc præfertur apostolico postea prouiso, prout tenet Pet. de Anch. consi. ccxv. incip. Scripsit Papa. Aliàs si nominatus per talem facultatem concurrat ad præbendam vacantem cum impetrante apostolico, tunc impetrans apostolicus præfertur nominato: † quia Papa concedendo literas facultatis propter hoc non ligauit sibi manus, nec videtur à se potestatem conferendi abdicasse. c. dudum. de præb. li. vj. & ita tenet Rota

in antiquis. decis. lv. incip. Nota quòd vbi aliquis.

- Et ista sunt notanda ad nominatos per Reges Hispaniæ virtute indulti apostolici, vt non præferantur impetrantibus seu expectatibus apostolicis, nisi aliud caueatur in indulto regum, iuxta cuius tenorem & continentiam iudicandum est. c. porrò. & c. recepimus. de priuil. Ratio sumitur ex præmissis, & magis specificè ex hoc quod sequitur, videlicet quia in ista nominatione præfati † reges & alij habentes similia indulta, sunt delegati, imò potius nudi ministri Papæ, iuxta illud quod dicit Ioã. An. in c. ij. de præben. lib. vj. quoties Papa ex priuilegio transfert iura spiritualia in laicum, non execrat illa, nec sunt in laico vt fundata in ipso, sed vt in ministro & agēte nomine Papæ. ad quod facit bonus text. quem ibi ad hoc ponderat dominus Anto. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. Nec obstat si diceretur, ex quo sunt nudi ministri ( vt supra). ergo videtur quòd nominatus per eos causat ius à Papa, non ab ipsis nominantibus. arg. l. si quis Titio. ff. de leg. ij. Et sic potest dici nominatus per
- 11 Papam, † quia is facit, cuius nomine fit, seu cuius autoritate & mandato actus explicatur. c. mulieres. in fi. de senten. excom. quia ad hoc respondetur, quòd taliter nominatus consequitur ex tali nominatione saltem facultatem ad obtinendum plenum ius in beneficio, perficiendum facto & ministerio personæ ecclesiasticæ, scilicet exequutoris.
- 12 Vnde apparet quòd † aliquale ius præparatorium saltē causat nominatus à nominante, arg. l. oratio. ff. de spons. prout etiam dicitur in iure, quòd quæritur



ritur ex præsentatione patroni, quo mediâte peruenitur ad institutionē. Et similiter in electione, per quâ ante confirmationem quaritur ius prosequēdi electionē ad obtinendum plenū ius per confirmationē superioris, vt tenet glos. ord. in c. nosti. & ibi Inno. & in c. ex trāmissa. de elec. ponūt domini de Rota dec. ccccxcij. inci. Cū ad capitulum. in nouis. hoc modo intelligentes glo. in c. quanto. lxiiij. di.

An autē † reges vigore talis indulti possint nominare ad præbendas vel dignitates reseruatas, putato quòd non, nisi aliud exprimat in indulto: & hoc propter decretum appositum circa beneficia reseruata, ratione cuius videtur Papa voluisse habere pro illicito quicquid in cōtrarium fieret absque sua licentia speciali: arg. c. dilecto. ad finem. versi. nisi forte. de præben. & quæ notat Fel. & Moder. in c. cum accessissent. de constitut. Sciendum est tamen quòd in Curia non derogatur indulto dictorum Regū quo ad Canonicatus & præbendas graduatorum in ecclesiis cathedralibus & Metropolitanis Castellæ & Legionis, nisi ad eorundem regis & reginæ instantiam.

Sed quid si rex † habet indultum nominādi tot idoneas personas in tot ecclesiis, & regina habeat aliud indultum consimile? Pone quòd nominant quilibet eorum de per se ad eandem præbendam in genere, puta ad primam vacaturam in certa ecclesia: quis vel vter eorum præferatur? Dico quòd si in altero indulto teneatur, quòd nominati vel nominandi ab eo, nominatis & nominādis ab alio præferatur, tūc casus est clarus: & satis est quòd ita



principi placuit. §. sed quod principi. insti. de iure natu. gl. in l. relegati. ff. de pœ. aliàs cessantibus prædictis clausulis antelationum, prius nominatus per vnũ, præfertur alteri postea nominato in assequutione primæ præbendæ vacantis. prout sentit Rota decis. dccclxxxj. incip. Papa. in antiquis.

- 15 Sed an taliter † nominati per reges præferantur scriptoribus apostolicis, vel aliis officialibus? & in hoc non potest dari certa respõsio, quia inspiciendus esset tenor indulti & priuilegiorum, & iuxta illum iudicandum. d. c. accepimus. de fide instru. & c. porrò. de priui.

Pridie tamen fuit iudicatum in Rota pro nominato per Regem Hispaniæ contra scriptorem apostolicum, propter clausulas fortiores contentas in indulto concessõ regibus Hispaniæ per Alexã. Papam vj. in quo voluit quòd nominati per indultũ, præferantur omnibus aliis, exceptis decem familiaribus suæ sanctitatis in cancellaria describendis. Et licet idem Alex. concesserit scriptoribus apostolicis prærogatiuas descriptorum, non tamen censetur voluisse eos præferre nominatis per indultũ, argum. c. tibi qui. de rescrip. lib. vj. & c. super eo. de offic. deleg. cum similibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quarta forma mandati, id est quando datur executor post ordinarij negligentiam.*
- 2 *Ordinarij lapsõ termino non potest prouidere, quanuis res sit integra.*

- 3 *Ordinarius semel exclusus non potest ulterius variare.*
- 4 *Episcopus quādo excluditur à facultate iterum nominandi.*




Quarta forma † principalis est, quando datur exequutor ad providendum post negligentiam ordinarij, qui debet facere mandatum siue præceptum illi ad cuius collationem taliter scribitur, vt intra certum terminum competentem provideat impetranti: quo elapso, & illo in negligentia existente, extunc in ipsum exequutorem transfertur potestas providendi, vt est casus in c. si capitulo. de concess. præb. lib. vj. Ex hoc apparet quod exequutor datus sub prædicta forma, differt ab exequutore dato simpliciter ad providendum, in hoc, quia primus debet requirere prius ordinarium, antequam possit ipse providere, vt patet ex præmissis. Secundus potest per se absque aliqua requisitione ordinarij mandatum apostolicum exequi, vt sentit Innoc. & expressius tenet hoc Panorm. in c. super eo. de offic. delega.

An autem lapsa † termino re adhuc existente integra possit ordinarius purgare moram, si velit parere mādato (vt supra) sibi facto? Innoc. in c. proposuit. de concess. præbend. tenet quod non, arg. c. literas. eo. ti. & l. mancipiorum. ff. de opti. leg. pro quo facit, quia nō debet posse ordinarius lapsa iam termino ulterius variare in præiudicium exequutoris, cui honor est facere provisionem, & fungi

- in hoc vice Papæ, arg. c. præcipimus. xciiij. dist. hoc etiam videtur sequi Moder. in d. c. si capitulo. Quæ determinatio procedit maximè eo casu, quando exequutor lapsò termino pronuntiaret se solum de bere exequi, quia (vt dixi) † ordinarius semel exclusus non potest vltèrius variare, ad quod bene facit quod dicunt domini de Rota, decis. xxxv. incip.
- 4 Nota quòd vbi episcopus. in antiquis. Quòd † per nominationem semel factam de aliquo excluditur episcopus à facultate iterum nominandi, quanuis primò nominatus renuntiet nominationi de se factæ, arg. l. apud Aufidium. ff. de opti. leg.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quinta forma mādati de prouidendo, id est quādo mandatur exequutori prouidere in euentum alicuius conditionis.*
- 2 *Prouisus ante conditionis purificationem præferatur: quod duobus modis limitatur.*

- 1  Quinta † forma est, quando datur exequutor ad prouidendum in euentum alicuius conditionis, puta si ad id accesserit episcopi & capituli assensus, aut alia consimilis. Et tunc pari modo potestas huiusmodi exequutoris suspenditur in euentum illius conditionis, in tantum quòd si interim aliquis alius obtineat prouisionem purè à Papa, erit præferendus primo: vt probatur in c. si pro te. de rescript. libr. vj. per quem text. similem questionem determinat Oldr. consil. ccxxxiiij. incip. Credo



Credo de iure. Vbi dicit † quòd impetrans in forma speciali præfertur illi qui impetrauit in forma pauperum in beneficio vacante ante purificationem conditionum, de quibus in literis pauperum. Et ratio est secundum eum, quia in potestate illius videlicet superioris, ex cuius facto ius causabatur, fuit impedire illud ante purificatas conditiones. l. qui balneum. in ij. respon. & in l. qui potior. ff. qui pot. in pig. hab.

Prædictam tamen illationem quam feci supra in prin. istius formæ, in ver. intatum, &c. intelligo sanè, & declaro dupliciter. Primò vt procedat, nisi in literis primi conditionalibus esset clausula retrotractiua, videlicet perinde ac si die datæ præsentium præbendam eidem vel beneficium contulisset. Et isto casu sequuta purificatione conditionis primus debet præferri secundò purè impetranti: quia prouisio primi propter subsequutam purificationem, prouisio inquã ex post eidem per exequutorum facta, perinde habetur ac si tempore datæ facta fuisset, prout tenent domini de Rota. decisio. cccclxxxiii. incip. Si Papa. in nouis. Hoc etiam tenet Cardi. in d. clem. cum ei quem. de concess. præbè. ita limitado dispositionem illius text. propter verbum, Perinde, &c.

Secundò eam intelligo & declaro vt procedat nisi prius habens gratiam cõditionalem impetrasset certum corpus beneficij: quia tunc præfertur secundo impetranti illud idem beneficium ante euentum conditionis primi, quanuis iste secundus impetret illud purè, dummodo in sua impetratione

non fecerit mentionem de prima gratia illius primi, licet condicionali: ad quod facit bonus tex. in c. ex parte. i. de offi. deleg. vbi secundum communem lectionem vtraque gratia erat specialis, quia referebatur ad idem corpus beneficij: & tamen Papa ibi dicit, quod si memor fuisset se scripsisse pro primo, non concessisset gratiam secundo: & ita in terminis per illum tex. tenuit Dominic. consil. cvi. incip. Super primo dubio. quicquid dicat Car. in dicta clem. cum ei quem, quia primum est verius.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Sexta forma mandati ponitur.*
- 2 *Gratia legati per papam confirmata, dicitur papalis.*
- 3 *Legatus non potest dare ius ad vacaturum.*  
*Legatus non reseruat beneficium iuris patronatus laicorum.*
- 4 *Solus papa sanat nullitates à iure positivo provenientes.*  
*Sanat papa, quando ex certa scientia quod nullum est confirmat.*
- 5 *Mandatum legati expirat eo mortuo, si res est integra.*
- 6 *Mandatum legati non necessitat canonicos ad recipiendum aliquem contra statuta & privilegia ecclesie.*

Sexta



Sexta forma ꝑ est, quādo datur exequu-  
 tor ad prouidendum iuxta vel secundū  
 formam literarum legati, prout quādo  
 ꝑ gratia legati confirmatur per papam 2  
 in forma speciali: quo casu cēsetur gratia papalis. c.  
 si apostolica. de præb. lib. vi. Ex qua confirmatione  
 sequitur iste effectus, quòd si gratia legati est nulla,  
 vt quia simpliciter promississet primum vacaturū,  
 & non per viam seu modū reservationis, & sic nul-  
 liter: ꝑ cum legatus non possit dare ius ad vacatu- 3  
 rum, vt dicit glo. in c. si eum. de præben. lib. vi. per  
 c. dilectus filius. r. eodē titu. in antiquis. vel quia re-  
 seruasset in fauorem alicuius beneficij iuris patro-  
 natus laicorum, quòd facere non potest de iure cō-  
 muni. c. dilectus. de offi. leg. cum concor. his vel si-  
 milibus casibus gratia legati existente nulla, si Papa  
 ex certa scientia scribat sub forma præmissa, tunc  
 gratiam nullam firmam & validam facit: quia (vt  
 dixi) iam cēsetur gratia papalis. ipse enim ꝑ solus 4  
 potest sanare nullitates prouenientes à iure positi-  
 tiuo. c. i. de transac. cum ibi nota. Sanat autem siue  
 sanare intelligitur eo ipso quòd confirmat ex certa  
 scientia gratiam nullam, argumēto eorum quæ no-  
 tantur in c. ii. de schisma. & in l. quidam consulebāt  
 ff. de re iu.

Sequitur & alius effectus ex huiusmodi literis.  
 ꝑ Nam licet mandatum legati de prouidēdo super 5  
 certo beneficio vacāte, expiret ipso iure legato mo-  
 riente, re integra, vt per Egidiū conclusi. ccccxlvi.  
 incip. conclusio. & c. præseruatur tamen & non ex-  
 pirat, quando Papa scribit in forma præmissa. Parī




modo licet mādatum legati re integra expiret, nedum per eius mortem (prout dicit Egidius) sed etiā finito legationis officio, quādo ad collationem vacantis processum non extitit: non expirat tamen quando Papa confirmat talem gratiam scribendo vt supra, secundum glo. in dicto. cap. si apostolicę.

- 6 Tertius effectus est, nam † mandatum legati non potest necessitare canonicos ad recipiendum aliquem contra statuta ecclesię & ipsius priuilegia, vt per glo. not. in c. pro illorum. de pręben. & ponit Panor. in c. cum M. Fer. in glo. super ver. vltra numerum. in fi. de constitu. Illis tamen per literas Pape sub forma pręmissa derogatur per rationes de quibus supra.

S Y M M A R I V M.

- 1 Septima forma mandati ponitur.
- 2 Exequutor ad prouidendum de Canoniatu & prębenda, an de illis possit prouidere antequam vacent.
- 3 Papa non pręsumitur rumpere certum Canoniorum numerum.
- 4 Exequutor non confert, nec reseruat certum beneficium antequam vacet, bene tamen reseruat incertum.

- 1  Eptima † principalis forma est, quādo mandatur exequutori, vt illi pro quo scribitur, prouideat de canonicatu, & prębendam eidem conferat cum primū

mum eam vacare contigerit iuxta ea quæ habentur in c. abbatem. de rescrip. Pro cuius declaratione notandum est, quia secundum aliquos solet poni in huiusmodi mandato, ut provideat de canonicatu statim, prout ponit glo. quæ vititur his verbis in hac forma. in cap. si clericus. in ver. postea. de præben. lib. vi.

Vnde non immeritò potest dubitari, quid si in literis non exprimantur illa verba, De canonicatu statim, &c. † an exequutor possit conferre canonicarum impetranti antequam vacet.

Circa quod sunt variæ opinioniones, sed finaliter statum est stilo curiæ, qui habet, ut exequutor possit de canonicatu providere in tali casu, sed ita demum quando in literis adest clausula videlicet, Non obstante certo canonicorum numero, aliàs minimè, quia in dubio Papa † non præsumitur voluisse rumpere certum numerum in illa ecclesia, nisi aliud exprimat, sec. Compost. in c. eã te. de rescrip. Nihilominus Dominicus & Pet. de Anch. quos simpliciter refert & sequitur Francus in d. c. si capitulo. tenent procedere prædictam conclusionem de merito iure, quanuis stilius id non haberet. Mouentur ista ratione, quia quando in literis aliud non exprimitur, non videtur includi ecclesia habens certum numerum. c. pro illorum. de præben. Consequenter nõ potest exequutor tali casu providere de canonicatu in ecclesia numerata, ex quo literæ illam non includunt, argu. c. si. de præben.

Quid autem † econuerso, an exequutor possit conferre præbendam antequam vacet? Dico quod

certam conferre non potest, nec aliquem proces-  
sum super ea facere, vt prob. in c. ne captandæ. ver.  
quod si fecerit. de conces. præben. lib. vi. vbi pro-  
batur, quod si exequutor ad prouidendum, expe-  
ctanti de beneficio vacaturo certum beneficiũ nõ-  
dum vacans suæ prouisioni reseruet, inhibeatque,  
&c. talis reseruatio & processus inde sequutus non  
valent ex defectu potestatis ipsius exequutoris, qui  
non potest reseruationem facere super certo be-  
nificio nondum vacante. Et ideo huiusmodi sua re-  
seruatio tanquam nulla non afficit illud beneficiũ  
quo minùs eueniente vacatione possit ordinarius  
de illo disponere, vt est casus rotundus in d. c. ne  
captandæ, quem tex. ad hoc vltimũ dicit esse sing.  
Rom. consi. cccxxv. incip. Circa primum. in iij. col.  
Sed primum vacaturum bene potest in genere re-  
seruare: & secundum siue etiam vltterius, si hoc illi  
competit ex beneficio literarum: vt dicit text. in c.  
exequutor. de conces. præben. lib. vi. Ratio differẽ-  
tiæ inter prædicta, ista est, quia primo casu timeretur  
& subest votum captandæ mortis illius, cuius præ-  
benda seu beneficium sic in specie reseruatur: quæ  
ratio cessat in secundo casu, vt patet in dictis iuri-  
bus, & ponit Egidius in simili casu concl. dlxxxvij.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Octaua forma mandati ponitur. i. quando exe-  
quutor datur ad compellendum ordinarium vt  
provideat.*
- 2 *Inuestitura quæ fit de beneficio non præcedente  
collatione,*



collatione, habet vim collationis.

- 3 Inductio in possessionem beneficij, an operetur collationem.
- 4 In quibus differt exequutor ad providendum, ab exequutore ad compellendum.
- 5 Quando Papa dat exequutorem ad providendū, dicitur adimere potestatem conferendi ab ordinario, secus si ad compellendum solum.
- 6 Quando valeant gesta contra mandatum Papæ.
- 7 Decreti irritantis virtus ponitur.
- 8 Decretum irritans ligat etiam ignorantes, sed nõ quo ad pœnam.
- 9 Subexequutor an debeat esse qualificatus.
- 10 Nudum ministerium potest simplici presbytero aut clerico demandari.
- 11 Exequutores ad cõpellendum dicuntur nudi ministri, & exequutores meri.



Ctaua † forma est, per quam deputantur exequutores ad compellendum, puta quando datur exequutor vt compellat ordinarium ad faciendum quod sibi mandatur. Ad cuius euidenciam sciendum est quòd exequutor taliter deputatus non potest providere seu instituere, sed solummodo excommunicare obedire nolentes, vt dicit glo. & latiùs doct. in c. abbatem. de rescrip. Itẽ non potest in possessionem mittere, secundum gl. ibid. Ratio est, quia inducendo in possessionem, per

indirectum & in quandam consequentiam prouideret, iuxta illud quod notant Compo. & Io. An. in nouella. in c. transmissa. de ele. dicentes † quòd inuestitura quæ sit de beneficio nõ præcedente collatione, habet vim collationis: ad quod bene vim facit tex. in c. pro illorum. ibi, inuestiuit. de præben. Istud idem tenet Roma. consi. cccxxxvij. incip. Quo ad primum. Ratio horum est, quia ad positionem sequentis, ex præsumpta intentione illud agentis sequitur positio necessarij antecedentis. l. ad rem mobilem. iuncta. l. ad legatum. ff. de procur. Sed sic est † quòd inductio in possessionem canonici & præbendæ seu alterius beneficij, non potest canonicè fieri absque eo quòd præcedat canonica collatio & institutio. vt in regula prima, lib. vi. Ergo sequitur quòd talis exequutor ad cõpellendum, qui prouidere non potest (vt dixi) non potest etiam inducere in possessionem virtute sui mandati, nisi aliud in eo dicatur.

4 Et ex prædictis † patet vna differentia inter exequutorem ad prouidendum, & istum qui datur ad compellendum: nam iste prouidere non potest, nec in possessionem inducere, vt supra: sed ille bene potest.

Est & alia differentia: nam per solam præsentationem mandati de prouidendo, factam per exequutorem ad prouidendum capitulo & canonicis ad quos prouisio spectat, seu alteri ordinario collatori, afficitur præbenda, ita vt si alteri conferatur, non valeat collatio seu prouisio, quanuis exequutor non fecerit aliquam inhibitionem vel reservationem:



tionem: vt est casus in d.c. si capitulo. præallegato. Qui effectus non sequitur ex præsentatione literarum quam facit exequutor ad compellendum. vt probatur in c. si soli ordinario. de concess. præben. lib. vi. Et hoc modo concordantur illa duo iura, quæ prima facie videntur contraria. Ratio autem istius diuersi iuris ponitur per gl. in d.c. si capitulo. in ver. exequatur. videlicet quia eo casu quo † dat 5  
Papa exequutorem ad prouidendum, videtur ad se vel ad suum exequutorem aduocare dispositionem beneficij illius, & per consequens adimit illam ordinario. argu. c. vt nostrum. de appel. At quãdo dat exequutorem ad compellendum, cessat penitus prædicta ratio, & valet tunc collatio alteri per ordinarium facta non obstante mandato Papæ, vt ibi. ad quod bene facit glo. in cle. i. in ver. inhibentes. de iure patr. quæ dicit † valere gesta contra manda- 6  
tum Papæ per eum, qui aliàs circa illud habet iurisdictionem ex se, licet contrafaciens veniat puniendus, per iura præallegata.

Hoc tamen intelligo verum, nisi in mandato exequutoris ad compellendum Papa apposuisset decretum irritans: quia per hoc ligantur manus ordinarij etiam ante præsentationem talis mandati, vt notatur in d.c. si soli. in glo. super ver. contra ipsam. Videtur † enim superior apponendo decretum 7  
habere pro illicito omne quod in contrariũ fieret per inferiorẽ etiã ignorantẽ. c. dilecto. vers. nisi forte. de præben. & in c. pe. eo. tit. lib. vi. Facit ad hoc quod in simili dicitur, quod licet noua constitutio nõ liget nisi post duos menses à die publicationis, vt



in authē. vt facta no. cōstit. & per glo. in c. ij. in fine  
 de constitu. legitur & notatur in c. nouerit. de sent.  
 8 exc. tamen si noua constitutio habet † decretum  
 irritans, statim ligat etiam ignorantes, propter na-  
 turam decreti: & in hoc decretum ipsum non imi-  
 tatur naturam constitutionis cui apponitur: vt sen-  
 tit glos. in c. i. in ver. referri. de concess. prabend. lib.  
 vi. cum aliis per Philippum Fran. super data eius-  
 dem lib. quicquid in hoc dicat glo. in proœ. Cle-  
 mentinarum in verb. decætero.

Intelligo tamen sanè istud vltimum dictum, vi-  
 delicet vt propter naturam decreti appositi in con-  
 stitutione alteretur natura constitutionis, vt statim  
 liget etiam ignorantes, intelligo (inquam) procedere  
 quo ad nullitatem actus qui in cōtrarium ge-  
 ritur, sed non quo ad pœnam, quæ non ligat igno-  
 rantes, vt vult glo. not. in ver. exnunc. in clem. ij. de  
 hæreti. idem notat Lappus Abb. in cle. i. de elec. &  
 Pau. in proœ. Clemen.

Reperitur alia differentia, & sic tertia inter præ-  
 dictos exequutores: nam illi qui dantur ad prouidendum,  
 debent esse qualificati, prout requirit c. statutum.  
 de rescri. lib. vi. quia vt plurimum tales exequutores  
 dantur cum clausula videlicet, Vocato dicto. A. & aliis  
 qui fuerint euocandi, & c. maxime quando beneficium  
 super quo scribitur, est iam plenum: quo casu sunt veri  
 iudices: quia debet procedere vocata parte, & cum  
 causa cognitione. c. exhibita. de iudi. Consequenter  
 in talibus exequutoribus habet locum dispositio  
 dicti c. statutum, tam quo ad personas quàm quo ad  
 loca, prout expressè

preſſe firmat deciſ. Rotæ in nouis. cccclxx. incip. ex hoc & propter primum. Idem † procedit in ſub- 9  
 exequutore, cui non poteſt committi aliquid quod  
 requirat cauſæ cognitionem, cum poteſtate aſſu-  
 mendi officium iudicis, niſi ſit qualificatus, vt ſu-  
 pra, prout ponit alia deciſ. xcix. incip. Nota quòd  
 exequutor, in antiquis. Nudum † autem miniſte- 10  
 rium ſimplici preſbytero aut clerico poteſt demã-  
 dari, ſecundum dominos vbi ſupra, arg. l. ſtatu li-  
 bera. §. ſi. ff. de ſtatu libe. At ceſſant prædicta in  
 exequutoribus qui dantur ad compellendum: † 11  
 quia tales ſunt nudi miniſtri & meri exequutores  
 in compellendo ordinarium, & per hoc poteſt di-  
 ci, quòd in eis non vendicat ſibi locum diſpoſi-  
 tio dicti c. ſtatutum. Et hoc modo intelligo vnam  
 deciſ. in nouis. cccclxix. incip. Si in forma, quan-  
 uis præfata deciſ. videatur innuere idem in exe-  
 quutoribus ad prouidendum: quod ſatis poſſet  
 procedere in exequutore ſimpliciter dato ad pro-  
 uidendum de beneficio iam vacante, & per nemi-  
 nem occupato: aliàs ſi haberet aſſumere partes  
 iudicis, tunc procederet quod ſuperius dixi. Et  
 hoc modo poſſunt reduci ad concordiam præfate  
 deciſiones.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Nona forma mandati. i. exequutorum qui dicuntur miſti.*
- 2 *Exequutor miſtus nihil facit ante literarum præſentationem.*
- 3 *Apellatur ab exequutore miſto, non à mero.*



- 4 *Compositum ex duobus simplicibus assumit naturam simplicis dignioris.*  
 5 *Exequutor mistus debet esse qualificatus.*

**I** **N**ona forma † est exequutorum qui dicuntur misti, videlicet partim ad providendū, & partim ad compellendum, prout quando datur exequutor qui illum pro quo scribitur, in canonicum recipi faciat per ordinarium vel capitulum: & de præbenda si qua vacat, alioqui de vacatura provideat. Iste exequutor ideo dicitur mistus, quia in aliquo participat de exequutore ad providendum, & in aliquo participat de exequutore ad compellendum. Nam sicut exequutor ad providendum nihil facere potest ante præsentationem literarum, vt notat Ioan. Andre. in c. duobus. de rescrip. lib. vi. cum multis aliis iuribus, quæ allegat dec. Rotæ in nouis. cccclix. incipien. Circa tertium: eodem modo † exequutor mistus non potest exequi gratiam, nec aliquem processum fulminare ante præsentationem literarum, vt probat tex. iuncta glo. & ibi Arch. in c. tibi qui. co. ti. & libr. qui textus ponit formam exequutoris misti.

Secundò conuenit cum illo, quia sicut datus ad providendum debet esse qualificatus, vt superius dixi in forma præcedenti, ita & iste mistus, quia non habet nudum ministerium, vt prædixi. facit ad hoc bonum simile. † Nam licet à mero exequutore sententiæ non appelletur regulariter. l. ab exequu-



exequutore. ff. de appel. tamen à misto bene appellatur, eò quòd tunc nò habet nudum ministerium, sed procedit ad exequutionem cum aliquali causæ cognitione, iux. nota. in c. quo ad consultationem. de re iud. & in l. ab exequutione. C. quorum appel. non recip.

Præterea † compositum ex duobus simplicibus 4  
assumit naturam simplicis dignioris, vt probatur in  
c. per tuas. de arbit. & patet ex notatis per glo. fi. in  
c. vnico de iure patr. lib. vi. vbi dicit quòd laicus pa-  
tronus propter ecclesiam seu clericũ compatronũ  
habet sex menses ad præsentandum. facit c. quod in  
dubiis. de consecr. eccle. vel alt. ex quibus patet † 5  
quòd exequutor mistus debet esse qualificatus sicut  
executor ad providendum.

Participat tamen etiam cum exequutore ad com-  
pellendum: nam sicut per solam præsentationem  
literarum factam exequutori ad compellendum,  
non afficitur præbenda, nisi concurrat aliquid eo-  
rum quæ statim subiiciant, ita & in isto misto re-  
quiritur vnum de quatuor, vt inducatur affectio,  
videlicet quòd ordinario collatori intimetur per  
istum exequutorem, quòd vult præbendam seu be-  
neficium conferre: aut quòd illud sibi reseruet, seu  
quòd illi interdicit illius collationẽ, siue quòd de-  
cretum interponatur, vt est casus in c. tibi qui. de  
rescript. lib. vi. cum ibi notatis.

## SUMMARIUM.

I Exequutores gratiarum deputare possunt subexe-  
quutores.

- 2 *Delegati principis possunt subdelegare.*
- 3 *Subexequutor debet esse clericus.*
- 4 *Laicus non potest esse subexequutor.*
- 5 *Solus papa dat laico puro potestatem providendi de beneficiis.*
- 6 *De iure communi non potest deputari subexequutor incertus, bene tamen de stilo & consuetudine.*



- Decimo & ultimo, pro declaratione præmissorum dubitari potest de aliquibus, & primo vtrum exequutores huiusmodi gratiarum possint committere executionem aliis, faciendo eos subexequutores, de quibus, item sub
- 1 qua forma. Ad primum dico † quod possunt facere subexequutores, quia habent iurisdictionem delegatam: nam eorum materia ponitur in tit. de offici. deleg. vt patet in c. si super gratia, & in c. is cui. de offici. deleg. lib. vi. Ex quo datur intelligi, quod sunt delegati, per illud quod dicit glo. in c. i. eo.
  - 2 titu. & lib. & in c. tibi qui. de refer. vnde ex quo † sunt delegati principis, possunt subdelegare. l. à iudice. C. de iudi. & in c. cum causam. de appel.

- 3 Qui autem & quales possunt esse subexequutores in vim clausulæ Caterum, dico † quod debent esse clerici: & licet vna deci. xcix. inci. Nota quod exequutor. in anti. videatur requirere quod sint presbyteri seu curati, tamen secundum stilum curiæ satis est quod sint simplices clerici, prout attestatur

statutur alia decisio. cclxix. inci. Si in forma. in no-  
uif. Ex quo infero quòd purus laicus † non potest 4  
prouidere tanquam subexequutor in vim clausulæ,  
Cæterum, quia laicis de rebus spiritualibus nulla  
est attributa facultas. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de  
const. c. decernimus. de iud. & in c. fi. de reb. eccl.  
non ali. Solus † enim Papa & non alius potest dare 5  
puro laico potestatem prouidendi de beneficio,  
per illud quod notatur in §. verum. xxxij. di.

Ad vltimum, sub qua forma deputantur sub-  
exequutores. Respondeo quòd in hoc stilus di-  
screpat à iure, quia † de iure communi exequu- 6  
tor non potest subdelegare executionem gene-  
raliter omnibus qui fuerint requisiti: quod pro-  
cedit, siue dicamus huiusmodi subexequutores es-  
se iudices, siue procuratores, seu defensores aut  
exequutores: quia omni casu non valet talis ge-  
neralis subdelegatio, prout expressè firmat Lapp.  
allegat. cxxvij. incip. Anastasius canonicus. Idem  
tenet Domi. consi. lxxv. incip. In causa magistri,  
&c. De stilo tamen & consuetudine aliter serua-  
tur, quia mandatur generaliter Abbatibus, Præpo-  
sitis, Arch. &c. qui quidem stilus præualet iuri cõ-  
muni, iux. iura vulga.

Dictum est hæcenus de variis formis literarum  
beneficialium circa gratias expectatiuas, & man-  
data de prouidendo: dicendum est modo de se-  
cunda parte principali huius operis, videlicet, De  
Qual. & stat. Beneficiatorum.



- 1 *Multæ & variæ sunt qualitates beneficiorum ecclesiasticorum.*  
*Qui dicit beneficium esse simplex, non habet probare quòd non sit curatum.*
- 2 *Nullum beneficium habet curam, nisi habeat populum vel clerum.*
- 3 *Simplicia seruitoria beneficia quæ dicantur.*
- 4 *Præstimonia quæ dicantur.*
- 5 *De præstimoniis an sit mentio facienda, & an illa sint beneficia.*
- 6 *Pluralitas beneficiorum simplicium an sit de iure permissa.*
- 7 *Beneficia quæ requirunt residentiam, sunt incompatibilia.*
- 8 *Quando pluralitas simplicium residentiam requirentium sit prohibita, & quando non.*
- 9 *Incompatibilitas circa beneficia dupliciter consideratur.*

DE QUALITATE ET STATU  
beneficiorum.



- 1 **V**t sciri possit quæ & qualia beneficia includantur in huiusmodi literis beneficialibus : item quæ sint compatibilia & quæ non : Sciendum est † multas & varias esse qualitates ecclesiasticorum beneficiorum : nam quædam

dam sunt simplicia, prout sunt illa quæ non habent  
 populum vel clerum, & hoc de iure cõmuni. Hinc  
 est quòd asserenti beneficio curam non immine-  
 re, non incumbit probatio talis negatiuæ: quia de  
 iure ita est, † quòd nullum beneficium habet cu-  
 ram, nisi habeat populum vel clerum, vt dicit E-  
 gidius conclus. dclxxvj. incip. Si impetrans. Ho-  
 rum autem simplicium quædam sunt merè simpli-  
 cia, alia simplicia † feruitoria, prout quando ha-  
 bent aliquod onus annexum, puta dicere missam,  
 vel iuuare presbyterum curatum in canendo, &  
 aliis similibus, arg. c. significatum. de præbend. vbi  
 dicitur quòd præbendæ erat onus annexum, quòd  
 eam obtinens teneretur quotidie celebrare mis-  
 sam de sancta Maria. Faciunt not. in cl. i. de offi. vic.  
 Nonnulla † appellantur præstimoniam, quæ & ipsa  
 sunt beneficia ecclesiastica, prout tenet Ioan. And.  
 in c. postulasti. de rescript. ad quod facit bonus tex.  
 in c. fin. in princip. de concess. præb. lib. vj.

Ex quo inferitur, quòd † de illis etiam debet fieri  
 mentio in impetrationibus beneficiorum, sicut de  
 beneficiis, vt per Ioan. Cal. in c. in nostra. de rescri.  
 & per Pau. in cle. ij. de offic. ordin. Licet contrariū  
 teneat idem Ioan. Andr. in c. vnico. de rer. permu.  
 lib. vj. dicens quòd præstimoniam non sunt benefi-  
 cia ecclesiastica, sed quædam stipendia, de quibus  
 non est necesse facere mentionem in rescripto be-  
 neficiali. Idem sentit Oldr. consi. cxxxix. aliàs clxij.  
 in titu. de rescript. Reperio tamen quòd hanc con-  
 trarietatem reducit ad concordiam Domin. consi.  
 lxxxix. inci. vacante Archidiaconatu. in fi. vbi dicit

considerandam esse naturam præstimoniorum: nã si præstimonium datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale, ita quòd intitulatus in eo arctatur ad seruitium ecclesiasticum, dummodo illud sit tale quod non possit expediri per laicum, tunc istis concurrentibus dicitur beneficium ecclesiasticum, & de eo debet fieri mentio specialis, sicut de aliis beneficiis. c. ad aures. & cap. si proponente. de rescript. cap. non potest. & cap. si motu proprio. de præbend. in vj. Aut consistit in sola temporalitate, & nullum seruitium spirituale habet annexum, & tunc procedit prima opinio.

- 6 Dubitatur modo, † an pluralitas horum simplicium sit permiffa de iure: quod est vtile scire ad multa, præcipuè propter clausulam, Volumus autem, quæ apponitur in literis expectatiuis propter beneficia incompatibilia. In hoc dubio doctores reperiuntur varij: nam aliqui tenent quòd sit prohibita: quia cum de iure communi beneficium etiam minimũ requirat residentiam. c. conquerente. de cleri. non residen. & † beneficia quæ requirunt residentiam, sint incõparibilia: ergo sequitur quod pluralitas etiã simplicium est prohibita de iure, nisi obtineatur dispensatio. & ideo dicit glo. in c. dudũ. in ver. retinere. de electio. quòd qui habet plura beneficia, quòrum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato retinere aliud, sed dispensatio reddit licitum, quod erat illicitum. Verior tamen videtur esse distinctio domini Anto. de Butri. in clem. gratiæ. de rescript. quam refert & sequitur Domi.



Domi. in c. gratia. eo. tit. lib. vj. videlicet, Quòd † 8  
 aut beneficia requirunt residentiam de iure com-  
 muni, consuetudine, vel statuto: & tunc pluralitas  
 talium est prohibita. Aut ius, consuetudo, vel statu-  
 tum disponunt quòd non requirant residentiam,  
 & in his pluralitas est permiffa, etiã si redditus sint  
 pingues, dummodo in altero deferuiatur per fuffi-  
 cientem substitutum in onere si quod habet, afsi-  
 gnata sibi congrua de redditibus ratione. c. eam te.  
 de æta. & qualit. Aut statutum vel consuetudo ni-  
 hil disponunt de residentia: & tunc quia ( vt dixi )  
 de iure communi beneficium etiam minimum re-  
 quirat residentiam, pluralitas cenferur prohibita  
 de iure, nisi adfit dispensatio, vt suprã: vel nisi sunt  
 talia beneficia, quæ non conferuntur in titulum,  
 sed in stipendium, puta pro sustentatione pauperũ  
 clericorũ: in quibus non requiritur aliqua residen-  
 tia. Hinc est quòd clerici coniugati possunt illa re-  
 tinere, vt est casus multũ not. in c. si qui verò sunt  
 clerici. xxxij. di. & ideo de talibus beneficiis nõ est  
 necesse in impetratione facere menciónem, vt vult  
 vna decis. in antiquis ccxxxij. quam refert Io. Milis.  
 in ver. gratiam beneficij impetrans. Ex quibus ap-  
 parer, quòd habere plura simplicia in titulum sine  
 dispensatione, regulariter est prohibitum de iure,  
 nisi cautum esset expressè, quòd non requirant re-  
 sidentiam, vt suprã. Et ne videatur hoc mirum,  
 quòd simplicia etiam beneficia sint incompatibi-  
 lia de iure, cũ vsus & experientia se habeat in con-  
 trarium, ideo sciendum est quòd † incompatibilitas 9  
 potest duobus modis considerari. Vno modo di-

cuntur illa beneficia incompatibilia, quæ simul licite & sine peccato absque dispensatione teneri non possunt: & hoc modo plura simplicia in titulum dicuntur incompatibilia, vt superius dixi, dummodo alterum per se sufficiat, iuxta dictum Hieronymi transumptiue in c. i. xliiij. di. dum inquit, Tibi dico (ô sacerdos) de altari viuere, non luxuriari permittitur. aliàs est genus negotiationis, & turpissimum vitium auaritię: quod detestatur idem Hieronymus in epistola ad Rusticũ, transumptiue autem in c. diaconi. xciiij. dist. dum dicit, Ex quo in ecclesijs, sicut in Romano imperio creuit auaritia, periit lex de sacerdote, & visio de propheta.

Sed curiales hæc non bene seruant, imò multi de patrimonio Iesu Christi ditati retrocedunt, vt dicit tex. in c. cum ex eo. de electio. lib. vj. & omnes sumus in eadem damnatione. Circa tamen sublimes & literatas personas huiusmodi pluralitas facile esset toleranda, per illud quod dicit tex. in c. de multa. in fi. de præben.

Alio modo & secundo casu illa dicuntur beneficia incompatibilia, per quorum vnus assequutione aliud vacat, dicto c. de multa. Vbi disponitur quòd quicumque habens beneficium curatum, vel dignitatem, aut personatum etiam non curatum, si recipit secundum tale, vacat primum ipso iure. Et idem est, si recipiat alterum de his prohibitis simul cum alio. Vnde si habens personatum recipit dignitatem vel beneficium curatum, aut econuerso, vacat primum, vt ibi. & in c. i. de consuetu. libr. vj. vbi additur idem de officiis perpetuis, vt quis  
non



ET STATV BENEFICIATORVM. 123  
non possit retinere plura simul sine dispensatione:  
& de tali incompatibilitate intelligitur illa clau-  
sula, Volumus autem, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Circa incompatibilitatem consideratur quatuor tempora.*  
*Canonicatus & Capellania in eadē ecclesia non sunt incompatibilia, cum sint difformia.*
- 2 *Per assequutionem secūdi simplicis beneficij sub eodem tecto non vacat primum ipso iure.*
- 3 *In literis fiat mentio de Canonicatu & præbenda.*
- 4 *Papa in dubio præsumitur conformare se cum dispositione iuris communis.*
- 5 *Sufficit facere mentionem de præbenda.*



Ircā istam incōpatibilitatem † con-  
siderantur quatuor tempora, prout  
elegantè prosequitur Cardi. consil.  
iiij. incipien. Domina, &c. vt ibi la-  
tius per eum: vbi etiam concludit q̄  
canonicatus & capellania non sunt incompatibilia  
de iure in eadem ecclesia, accipiēdo incompati-  
bilitatem secundo modo: & ideo habens capella-  
niam si consequatur canonicatū ibidem, per † asse-  
quutionē alterius primum non vacat ipso iure, cū  
sint difformia. faciunt notata per docto. in d.c.i. de  
consuetu. & in c. cum iam dudum. de præbend. Pu-  
to tamen ego quòd cadunt sub prima incompa-



tibilitate: quia negari non potest quin canonicus præbendatus dicatur beneficiatus, vt colligitur ex vna decis. in nouis. ccccxlvi. incipien. Si legatus. Et ideo si habet sufficientem præbendam, tali sufficiētia, de qua per glo. & docto. in c. cum adeo. de rescrip. & in c. de monachis. de præbend. non poterit absque dispensatione retinere eā licitè & sine peccato vnà cum alio beneficio.

- 3 Hinc dicunt docto. quòd canonicus † impetrans beneficium facta mentione canonicatus tantùm & non præbendæ, nulliter impetrat: quia potest esse quòd sit canonicus non præbendatus: ideo supplicatio sua non informat plenè Papam, qui forte nō concessisset aliud beneficium obtinenti præbendam, si de præbenda fuisset expressum, cum sint incompatibilia primo modo, vt supra dictum est.
- 4 pa † autem in dubio præsumitur conformare se cū dispositione iuris communis. c. causam quæ. de rescrip. & in c. proposuit. de concess. præbend. & istam conclusionem firmat Panor. & Moder. in c. cum adeo. de rescrip. & Decis. Rotæ. ccccxlvi. incip. quidā habens. in nouis. Quod verum est & procedit secū dum Compilatores ibidem de Canonicatibus & præbendis distinctis. Secus in nō distinctis, & præsertim in præbendis consequutiuis, quas quis consequitur eo ipso q̄ Canonicatum adipiscitur c. si. de concess. præben. libr. vj. Idem de portionibus præbendalibus: in quibus casibus præbendæ cēsentur annexæ canonicatib⁹, & sunt de iuribus & pertinentiis ipsorum, de quibus necessarium non est facere mentionē, argu. c. super eo. de præben. li. vi.

Quid

Quid autem † econtra, vtrum sufficit facere mē-  
tionem de præbenda, & tacere canonicatum? Do-  
mini de Rota antiquitus tenuerunt quòd sic, vt po-  
nit decis. cccccxlviij. incip. Vtrū canonicus. & alia  
in antiquioribus. in ti. de præben. secunda in ordi-  
ne. quia. isto casu cessat ratio retrahens Papam à  
concessione, quæ militat in casu præcedenti.

## S V M M A R I V M.

- I Cura consideratur dupliciter, largè videlicet & strictè, quæ declarantur.
- 2 Beneficium quod dicatur Curatum.
- 3 Beneficium quod aliàs fuit curatum, non dicitur incompatible, si actu non habet parochianos.
- 4 Actus sepeliendi non facit dici ecclesiam curatam, nec actus baptizandi.
- 5 Actus baptizandi quandoque licitè per laicum exercetur.
- 6 Cura etiam fori pœnitentialis non per laicos sed clericos potest præscribi.
- 7 Quæ requirantur vt beneficium dicatur curatū.
- 8 Fratres mendicantes non possunt dici curati.
- 9 Exercens curam nomine alieno non dicitur curatus.
- 10 Per mortem vicarij perpetui ecclesia dicitur vacare.
- 11 Si duo instituantur in ecclesia parochiali, neuter censetur curatus.





**C**irca secundam qualitatem beneficiorū quæ sunt curata, sciendum est, quod cura † potest considerari dupliciter, videlicet largè & strictè, vt ponit Inno. in c. cum satis. de offi. archi. Largè cura dicitur potestas fori contentiosi, prout est suspendere, excommunicare, absoluerè, visitare, & alia huiusmodi, quæ tēdūt ad correctionem morum. c. dudum ecclesia. de elec. & ibi bona glo. Hanc curam possunt habere Archidiaconi, & alij inferiores praelati. c. i. de offi. arch. & per doc. in c. cum contingat. de foro compe. Strictè cura dicitur potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali: & hæc in nullo potest esse, nisi sit sacerdos. cap. in nouo. xxj. di. & in c. omnis. de pœni. & re.

- 2 Dicitur † ergo beneficium curatum illud de quo constitutum est quod habeat potestatem fori pœnitentialis, dato quod actu non exerceat curam, vt quia recesserunt parochiani, prout formaliter dicit Car. consi. xlvij. incip. Quidam nobilis. Licet in hoc vltimo contrarium teneat Fede. de Senis cōsi. cxxxv. incip. Casus talis est. vbi dicit quod licet
- 3 olim † beneficium fuerit curatum, ex quo tamen modo non est, vt quia actu nō habet parochianos, non dicitur incompatible, ita vt per assequutionem illius vacet aliud curatum: allegat Host. in c. quia nonnulli. de cleri. non residen. & quod notat Ioan. An. in cap. licet canon. de elect. libr. vi. Nilominus vtraque opinio diuersis respectibus potest esse vera. Prima, quo ad hoc vt de tali cura fiat mentio in impetratione. Secunda, vt non dicatur in-



incōpatibile cum alio curato, de quo latiùs per doc. in cap. de multa. de præben.

Illud etiam notandum est quod ibidem subiicit Federi. videlicet quòd † actus sepeliendi non facit 4 dici ecclesiam curatam: nam sine cura potest habere cœmeterium ex consuetudine vel concessione episcopi. allegat Archi. enim. c. i. de sepultu. & Hostien. in d. c. quia nonnulli. Similiter per actum baptizandi nō intelligitur quis habere curam, ex quo nō habet certam parochiã: quod etiam tenet Paul. in cle. vni. de bapt. & sequitur Cardi. in iii j. q. quia † 5 actus baptizãdi licitè quãdoque exercetur per laicū: vt in §. verū. xxxij. distin. & tamen laicus nō est capax curæ, nec etiã mulier, siue loquamur quo ad forum pœnitentiale, siue quo ad contentiosum. c. omnis. & cap. noua. de pœniten. & remis. Imò tales personæ non possunt præscribere curam, quia præscriptio non procedit sine possessione: tales † autè 6 sunt incapaces possidendi spiritualia. c. causam que. de præscrip. cum vulga. Sed per alios, qui sunt capaces possidendi huiusmodi iura, potest præscribi cura fori etiam pœnitẽtialis, vt ponit Cardi. in cle. ij. §. fina. de religio. domi. & in d. c. cum satis. de offi. arch. quod est notandum.

Patet igitur ex præmissis beneficium † dici cura- 7 tum, quando habet certam parochiam, seu aliquãdo habuit cum potestate fori pœnitẽtialis, quæ cōsistit circa ea quæ præmissi. Ex quo datur intelligi quod nō sufficit potestas fori pœnitẽtialis sine certa parochia, ad hoc vt quis dicatur curatus: aliàs quilibet sacerdos ex quo habet potestaté ligãdi & soluendi,

diceretur curatus, quod esset absurdum: & hoc sentit glo. not. in cle. dudum. in ver. impendant. de sepultu. dicens quòd licet † fratres prædicatores & minores possint ex priuilegio illius constitutionis & clem. exiui. exercere ea quæ sunt fori pœnitentialis, non tamen per hoc sunt censendi curati. Et ratio est secundum glo. (quam rationem ego pondero) quia nec ipsi astricti sunt ad exercitium curæ, nec fideles sunt astricti vt in foro pœnitentiali ad eos recurrant. ad idem bona glo. in clem. i. in ver. presbyteri. de priui. quam dicit sing. Panor. in c. significasti. de fo. compe. & in c. omnis. de pœnit. & remis.

9 Requiritur & aliud vltra parochiam & parochianos vt quis dicatur curatus, videlicet quod † exerceat curā nomine suo, & non alieno, vt ponit Pet. de Anch. & Imo. in clem. vn. de offi. vica. & latè per doct. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præben. in quibus locis tractatur etiā † an perpetuus vicarius dicatur curatus, ita vt talis vicaria perpetua censeatur incompatibilis cum alio curato. de quo latiùs in dictis iuribus. Hoc solum non prætermittam, quòd per mortem vicarij perpetui in ecclesia parochiali dicitur vacare ecclesia, & potest impetrari vt vacans, quia licet non careat principali prælato, vacat tamen ex eo quia secundario prælato viduata est, prout concludit Egidius conclusi. dccij. incip. Supposito quòd episcopus, & c.

Requiritur & tertium vt quis dicatur curatus, q̄ tanquam prælatus suo nomine singulariter ad regimen parochialis ecclesiæ & populi assumatur: & ideo



ideo cōsuluit egregiè Oldra. consi. lxxvij. inci. Quaestio talis est, & c. quòd si † duo instituātur in eccle-  
 sia parochiali, ita quòd quilibet ipsorum consuevit  
 audire confelsiones, & cætera facere quæ spectant  
 ad curam animarum, nullus seu neuter eorum cen-  
 setur curatus, nec in eis habet locum dispositio c.  
 licèt canon. de elect. lib vj. nec cap. de multa. quod  
 probat per multas rationes. bene facit tex. in c. si-  
 cut vna. xxj. quæ. ij. ibi. sed vnum tantummodo ha-  
 beat sacerdotem. Aliàs in vna ecclesia & sic in vno  
 corpore essent duo capita, quod est monstrum. c.  
 quia plerique. de offi. ord. cum aliis pulchris ratio-  
 nibus, vt ibi per Old.

Visum est ex parte subiecti quæ requiratur vt be-  
 neficium dicatur curatum. videndum est modò de  
 requisitis circa personas huiusmodi beneficia ob-  
 tinentes, seu obtinere volentes: nam maior idonei-  
 tas requiritur in curatis quàm in simplicibus, cum  
 sit ars artium regimen animarum. c. pe. de ætate &  
 qualit. præficiendorum. Et ideo requiritur.

## SVMMARIVM.

- 1 Quæ requirantur vt quis possit obtinere benefi-  
 cium curatum.
- 2 Aetas ad curatum est xxv. annorum.
- 3 Parochialis in titulum minori xviij. an. sed in cõ-  
 mendam vsque ad eundem annum, & dein-  
 de in titulum datur.  
 Parochiales quibus personis soleant commẽ-  
 dari.



- 4 *Episcopi quando non dispensent circa curata.*  
 5 *Solius Papæ est contra concilia dispensare.*  
 6 *Ex magna causa episcopi dispensant cōtra concilia.*

- I **R**imò † quòd sit legitimus : aliàs solus Papa dispensat cum illegitimo , vt possit obtinere beneficium curatum : consequenter id episcopis est interdictum. Episcopi enim dispensant cum illegitimis solùm vt possint obtinere simplicia , vt leg. & nota. in c. i. de fil. presb. lib. vj. dummodo parentes eorum ibidem non ministrent. Et ideo quando quis petit à Papa quòd possit tenere beneficiũ in ecclesia in qua genitor suus fuit , & est vel erit beneficiatus , secũ dispensatur , sed solent in signatura addi hæc verba , videlicet , Dummodo simul non ministrent.
- 2 Secundò requiritur quòd sit in ætate † legitima , scilicet xxv. annorum. c. cum in cunctis. de elec. & not. in c. si eo tempo. de rescrip. lib. vj.
- 3 Hinc est quòd de stilo curiæ non datur † parochialis in titulum minori xvij. annorum , sed in cõmendam , vsque ad decimumoctauum , & deinde in titulum. Regulariter autem parochiales non commendantur nisi episcopis , vel prelatis , aut valde qualificatis. Aliquando tamen commendantur regularibus personis , sed vna tantum & non duæ , similiter nec locus canonicalis aut portio.
- 4 Et in præmissis episcopi † dispensare nõ possunt quacunque causa subsistente , secundum Io. Mo. in c. cupientes. §. denique. de elec. lib. vj. & Io. An. in c. vni-

c. vnico de æta. & qual. eo. lib. Rationem assignat  
 Philippus ibi, quia absurdum esset quòd episcopus  
 contra tam solenne concilium, de quo in d. c. cum  
 in cunctis. posset dispensare: nam illud est † solius  
 Papæ, dispensare scilicet contra concilia. c. signifi-  
 casti. de ele. non autem inferioris, etiam si sit lega-  
 rus de latere, vt nota. in c. dilec. de præben. & per  
 Io. An. in add. Spec. in tit. de dispensa. §. consequen-  
 ter. in prin. licèt Arch. in c. licèt canon. de elec. lib.  
 vj. teneat cōtrarium. pro quo facit vna deci. ccxlij.  
 inci. In religioso. in nouis. Vbi dicit quòd ex magna  
 † causa vtilitatis vel necessitatis dispensant episco-  
 pi contra concilia generalia. c. tali. & c. exigente. i.  
 q. vij. Et per hoc infertur ibi quòd ex magna causa  
 potest episcopus dispensare cum monacho assu-  
 mendo ad ecclesiam parochialem, licèt illud sit ex-  
 pressè prohibiturum per concilium Lateran. vt in c.  
 ij. de stat. mona. Sed quanuis hæc vltima opinio  
 posset procedere de iure, arg. l. si hominem. ff. mād.  
 & quod per illam legem in hoc proposito scribit  
 Panor. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. & latè  
 per dominum And. Siculum in repeti. rubricæ, C.  
 qui admitti. & per Fel. i. c. in. de cōstitu. primam ta-  
 men tenet curia, vt nota. in d. iur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ætas quæ requiratur in obtinētibus simplicia  
beneficia.*
- 2 *Episcopi dispensant cum maiori xx. annorum ad  
dignitates sine cura & personatus.*

- 3 *Papa consuevit dispensare ad vnum curatū cum non qualificato constituto in xix. anno & ad duo in etate legitima, & cum nobilibus in minori etate.*
- 4 *In Francia Papa dispensat ad curata, vt hic.*
- 5 *Curatus ad sacerdotium intra annum promoueat, aliās priuatur.*
- 6 *Per assequutionem secundi curati vacat primū curatum.*
- 7 *Declaratio extrauagantis, Execrabilis, & c. de multa. ponitur.*
- 8 *Beneficium simplex requirens residentiam dicitur incompatible cum curato, non tamen vacat ipso iure, sed debet priuari nisi resideat.*
- 9 *Vt sit locus extrauaganti Execrabilis, quæ requirantur.*
- 10 *Archidiaconatus dicitur personatus sonans in nomen dignitatis.*
- 11 *Conuocans capitulum an habeat iurisdictionem contra vocatos venire nolentes.*
- 12 *Pacifica possessio requiritur vt locū habeat extrauagans Execrabilis, & c. de multa*
- 13 *Quis dicatur stetisse in pacifica possessione.*
- 14 *Pacifica possessio quæ requiratur.*
- 15 *Beneficia consecrati in episcopum quando non vacent.*





Viusmodi autē idoneitas respectu †  
 ætatis nō requiritur in obtinētibz  
 simplicia beneficia: quia in illis ma-  
 ior septem annis idoneus reputatur  
 etiā ad canonicatū ecclesiæ cathe-  
 dralis. c. si eo tēpore. de rescrip. libr. vj. & not. gl. in  
 specie. in c. ex eo. de ele. eo. lib. Idē ponit Rota dec.  
 cciiij. incip. Nota q̄ maior. in antiquis. licet per vnā  
 regulā Cancellariæ factā per Gregoriū, xj. caueatur  
 aliter, videlicet q̄ præbēdæ ecclesiæ cathedralis nō  
 nisi habentibus xiiij. annos conferantur: quo casu  
 annus cœptus non habetur pro completo, vt ponit  
 alia decis. cccxxiiij. incipiens, Supposita. in nouis.  
 & Egidius concl. dccxxviij. quæ idem dicit.

Solet tamen dispensari ad canonicatus & præbē-  
 das in cathedralibus etiā metropolitanis & in col-  
 legiatis ecclesiis cum cōstitutis in viij. anno, regu-  
 lis contrariis non obstantibus.

Non prætermitto vnum, quod videtur satis mirū  
 circa istam idoneitatem in curatis respectu ætatis:  
 quia in hoc † episcopi dispensare nō possunt vt su-  
 pra, & tamen dispensant vt minores xxv. annis, dū-  
 modo peregerint vigesimum annum, possint ob-  
 tinere personatus vel dignitates sine cura. cap. i. de  
 æta. & qualita. lib. vj. nisi dicatur hoc ideo esse, quia  
 non requiritur tāta idoneitas in dignitatibus, quā-  
 ta in beneficiis curatis, cum sit ars artium regimen  
 animarum, vt supra in alio proposito dixi.

Consuevit tamen Papa † dispensare super defe-  
 ctu ætatis pro non qualificato ad vnum curatum in  
 xix. anno, & de secundo in ætate legitima. Sed pro

nobilibus vel aliàs qualificatis ad vnum curatum in xvij. anno, de secundo in xx. & de tertio in ætate legitima. Cum talibus enim dispensatur ad tria incompatibilia. argu. c. de multa. in fi. de præbend. cum aliis minimè, nisi ex singulari gratia. In Francia † tamen pro omnibus & etiam pro non qualificato ad vnum curatum, in xij. de secundo in xv. anno, & de tertio in ætate legitima.

5 Tertio requiritur † quòd sit sacerdos, vel quòd intra annum ad sacerdotiũ promoueat, aliàs lapsò anno integraliter, & cessante iusto impedimento si promotus non fuerit, remanet priuatus ipso iure, nec in hoc episcopi dispensare possunt, nisi ratione studij. Hæc probantur in c. licèt canon. & c. commissà. iunct. c. cum ex eo. de elect. in vj.

6 Quarto requiritur quòd non habeat aliud curatum seu aliud incompatible: aliàs per † ademptionem pacificam secundi vacat primum ipso iure, per constitut. Execrabilis. Ioan. xxij. & per cap. de multa. de præbend. Sed in hoc plus disponitur  
7 per constit. execrabilis. quia † per illam qui consequitur secundum incompatible, tenetur renuntiare primo absque morè dispendio, verbo & facto in manibus ordinarij sub testimonio publico, aliàs efficitur inhabilis ad ordines ecclesiasticos sacros, & ad ecclesiastica beneficia (vt ibi) & debet intelligi de tali incompatibilitate, quæ inducit priuationem ipso iure, prout est in duobus curatis, aut in curato & dignitate vel personatu etiam sine cura vel officio perpetuo, iuxta dispositionem dictorum iurium & c. i. de consuetu. lib. vj.



Secus dico in alia dissimili incompatibilitate, puta ꝛ si habens vnum curatum adipiscatur beneficium simplex requirens personalem residentiam ex priuilegio vel statuto siue consuetudine: nam licet tale etiam beneficium sit incompatibile cum vno curato vel aliquo alio de prædictis, vt notat Innoc. in c. ex tuæ. de cler. non resid. & clarius in c. si eod. titu. & Ioan. An. in clem. gratiæ. in glos. ii. j. de rescrip. nihilominus per adeptionem secundi talis non vacat primū ipso iure. Nam licet possit priuari tali beneficio requirente residentiam, nisi in eo resideat, non tamen ipso iure priuatus est aliquo illorum, vt ponit decis. clxxxiii. j. incipien. Nota quod habens in antiquis. & ratio est, quia dispositio dictorum iurium, maximè constitu. execrabilis. pœnalis est, & debet solū in terminis suis teneri.

Item & secundò ad hoc vt sit locus ꝛ dictæ constitutioni execrabilis. & pœnis in ea contentis, circa dignitates & beneficia incompatibilia, requiritur, quod illa sint curata strietè vel saltem largè, secundum quod ponitur Inno. in c. cum satis. de offi. archi. & supra declarauit, videlicet quod habeant curam fori pœnitentialis vel contentiosi, prout inuit d. constitutio ad fi.

Et ideo tenui in quæstione occurrente in facto, quod obtinens personatum ꝛ qui sonat in nomen dignitatis de iure cõmuni, prout est Archidiaconatus, vt po. decis. clxxii. j. incip. De thesauraria. in nouis. si retinet illum absque dispensatione cum beneficio curato, certè non incurrit pœnas dictæ constitutionis execrabilis. dummodo talis dignitas non



habeat curam strictè vel largè. Vnde habet locum  
 isto casu dispositio c. de multa. sæpius allegati. Di-  
 cebam istud procedere etiam si obtinens talem di-  
 11 gnitatem haberet conuocare capitulum: † quia  
 per hoc non diceretur habere aliquam iurisdic-  
 tionem fori contentiosi, cum non possit punire  
 in aliquo non venientes ad capitulum. Hæc est e-  
 nim pœna canonicorum qui fuerunt vocati, si con-  
 temnunt venire, quia faciunt se alienos quo ad il-  
 lum actum pro illa vice, in tantum quòd valet quòd  
 faciunt reliqui capitulantes, vt dicit Inno. in c. i. de  
 ma. & obe.

Tertiò, ad hoc vt sit locus dictis iuribus, requi-  
 12 ritur † quòd vtriusque incompatibilis habeatur pa-  
 cifica possessio. Secus ergo si non esset pacifica ex  
 aliquo impedimento. c. commissa. de electio. lib. vi.  
 & licèt varient doct. & glo. quæ dicatur pacifica  
 possessio, vt in d. c. commissa. & etiam quædam de-  
 cif. Rotæ. videl. lxi. incip. Sufficit impetranti. &  
 xxxvi. inci. Nota quòd vbi aliquis. in antiquis.  
 tamen quo ad hoc approbata est opi. Archi. & gl.  
 in d. c. commissa. vt non sit locus c. de multa, &  
 similibus iuribus: nisi quando secunda assequutio  
 est pacifica nedum de factò, sed etiam de iure,  
 puta si statim & incontinenti non fuit turbata &  
 01 litigiosa, prout di. Egidius conclusio. ccccxcvi.  
 incip. Non est locus, & c. & ideo glo. in d. c. com-  
 missa. dicit quòd si possessionem aliquandiu obti-  
 nuit sine litigio, hac constitutione arctatur. Dicitur  
 13 autem aliquandiu stetisse in † pacifica possessione,  
 qui possedit pacificè per vnum mensem, vel ad  
 plus

plus per duos, sec. docto. ibi. Facit ad hoc quod not. Ioan. Andr. in c. ex parte abbatissæ. de priuileg. Vbi dicit quòd dictio, diu, refertur secùdum stylum curiæ ad xl. dies.

Quartò & vltimò, ad hoc vt sit locus dict. iuribus, requiritur quòd habeat pacificam possessionem † nedum beneficij, id est exercitij curæ, sed <sup>14</sup> etiam fructuum, vel maioris partis eorum. Non enim sufficit pacifica possessio solius curæ, & minoris partis fructuum: quia licet illud sufficiat quo ad ordinum promotionem, non tamen sufficit quo ad incursum pœnarum dictorũ iurium, nec quo ad inducendam vacationem primi curati ipso iure, prout tenent communiter doct. in d. c. de multa. & glo. not. per illum tex. in c. si tibi concessio, de præbend. lib. vi. Vbi vult, † quòd beneficia promoti ad <sup>15</sup> episcopatum, non vacant etiam post consecrationem & adeptam possessionem, si fructus episcopatus aliquo tempore debentur alteri ex aliqua causa. Idem seq. Roma. consil. cccxxxiii. j. incip. Circa primum. & alio consil. cccxlv. in pen. col. illam etiam gl. exclamat ad hoc propositum, & Dom. consil. lxxvii. j. incip. Formantur, &c. Ex hoc infero quòd promotus ad episcopatum titularem non perdit priora beneficia, per supradicta.

Dixi breuiter de requisitis quo ad personas huiusmodi curata beneficia obtinentes, seu obtinere volentes. Dicendum restat de modo & forma impetrandi.

- 1 *Qualitas curæ exprimat in impetratione.*
- 2 *An & quando appellatione beneficiorum veniant curata.*
- 3 *Indultum cardinalium includit beneficia suorum familiarium etiam curata.  
Episcopi quando non dicantur familiares cardinalium.*
- 4 *Procurator ad impetrandum vel acceptandum acceptat etiam curata.*
- 5 *Curata veniunt in literis motu proprio concessis.*
- 6 *Cura an exprimi possit per equipollens.*
- 7 *Quando aliquid est datum pro forma, equipollens non sufficit.*
- 8 *Electus acceptando declarat votum suum.*
- 9 *Forma verborum baptismi non potest alterari.*
- 10 *Distinguitur an equipollens satisfaciat.*
- 11 *Verba gratiæ solum comprehendunt quod necessario inferunt.*
- 12 *Capitulum præscribit iurisdictionem corrigendi singulos de capitulo, excludendo episcopum.*

DE MODO ET FORMA  
impetrandi.

1 **D**ebet ergo in impetratione talium exprimi † qualitas curæ, aliàs curatum nõ includitur. c. cum in illis. in princip. de præb. lib. vi. vbi dicitur quòd si mandatur prouideri de dignitatibus vel aliis beneficiis eccle-



ecclesiasticis, curata non includit, ex quo non exprimitur de curatis. & hoc idem obtinet in impetratione iam vacantium, per regulam Cancellariæ disponentem quòd aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ: & hoc ex defectu intentionis concedentis, qui fortè gratiam non cõcessisset, si qualitas curæ fuisset expressa, ex quo in curatis requiritur maior idoneitas, quàm in aliis beneficiis, vt ibi.

Prædicta tamen procedūt in literis ambiciosis cõcessis ad petitionē supplicātis: in quibus non veniūt curata, de cura non habita mentione, vt supra.

Secus est in literis non restringibilibus, sed ampliandis, vt puta quando fit gratia in alium deriuatiua, quæ est fauorabilis & amplianda. c. dudum. & c. si cui. de præb. lib. vi. Tali casu & aliis similibus †<sup>2</sup> appellatione beneficiorum veniunt non solum simplicia, sed etiam curata, licèt de cura non sit facta mentio, secūdum doct. in d. c. cum in illis. Quod fundatur duplici ratione, videlicet tum propter gratiam principis, quæ tali casu fauorabilis est & amplianda, ex quo in ea cessat ambitio. Tum etiã quia de propria significatione appellatione beneficij venit beneficium cum cura, præterquàm in literis restringibilibus, sec. Inn. in c. si. de præbend. Ex quo infero tria quæ sunt notanda.

Primum, † quòd in indulto Cardinalium de<sup>3</sup> conferendis beneficiis suorum familiarium includuntur omnia beneficia etiam curata, vt pō. Feder. conf. lxxij. incip. Factum tale est, &c. Et nota quòd † episcopi non sunt familiares Cardinalium<sup>4</sup> quo ad indultum prædictum: licèt in supplica-

tione super beneficiis episcoporum consuevit poni hæc clausula, & quod exprimi possit si dictus N. episcopus fuerit familiaris continuus commensalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus erat.

- 5 Secundum, quod † procurator habens mandatum ad acceptandum vel ad impetrandum beneficia, poterit acceptare beneficia etiam curata, sec. Imol. in c. accedens. in iij. col. de præben. quia tale mandatum non est odiosum, sed fauorabile.
- 6 Tertiū, quod † si literæ conceduntur motu proprio, tunc veniunt etiam curata, licet de cura non fiat in literis mentio, vt sentit glo. & seq. Lap. in d. c. cum in illis. per bonam rationem, vt ibi per Philip. quicquid dicat Dom. ibidem.

Sed circa expresionē curæ in impetratione dubitatur de aliquibus. Et primò † vtrum sufficit exprimere curam per æquipollēs: quod videtur, quia regulariter non refert quid ex æquipollētibus fiat. l. præses. cum ibi no. C. de senten. cum similibus. E-contra videtur quòd non, quia vbi requiritur certa expresio pro forma (prout in hoc casu impetrationis curatorum, vt supra) tunc non sufficit illud exprimere per æquipollens, imò tali casu longe differt quid ex æquipollentibus fiat, vt di. Bal. in l. si institorem seruum. ff. si cer. pet. Et ideo tenuit collector decisionum decis. dccclxliij. incip. Canonici. in antiquis. quòd si compromissarij habent in forma mandati, vt scrutentur vota omnium & singulorum, & ipsi inuenientes maiorem partem concordem in quendam de capitulo, ipsum eligunt eo non scrutato: certè nō dicitur seruata forma compromissi:



promissis: ideo electio non valet, quia ꝛ licet ille ac- 8  
 ceptando declarat votum suum, vt ponit glo. in c.  
 cum in iure. de elec. tamen non dicitur formaliter  
 scrutatus. Similiter dixit Inno. & seq. doc. in c. i. de  
 baptis. quod non sufficit dicere, Baptizo te in no-  
 mine Trinitatis, quia ꝛ illa verba, videlicet, Bapti- 9  
 zo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, sunt  
 de forma. Faciunt multa similia, quæ cumulauit do-  
 minus Feli. in c. cum dilecta. in ver. amplia. xi. de  
 rescrip. Cum ergo (vt dixi) expressio curæ requira-  
 tur pro forma in impetratione curatorum. d. c. cum  
 in illis. videtur quod non sufficit illam exprimere  
 per æquipollens. Istam quæstionem videtur termi-  
 nate vna decisio ( licet de prædictis motiuis non  
 faciat mentionem) in ordine xiiij. inci. Vtrum cum  
 quis impetrat. in ti. de præben. in antiquioribus, di-  
 stinguendo, quod ꝛ aut æquipollens expressum est 10  
 tale, quod de necessitate & infallibiliter infert cu-  
 ram, prout si exprimitur, quod tenetur audire con-  
 fessiones, conferre ecclesiastica sacramenta, & alia  
 huiusmodi: & isto casu talis expressio sufficit, ex  
 quo talia verba æquipollentia inferunt veritatem  
 facti infallibiliter. Secus si exprimeretur æquipol-  
 lens necessariò curam non cõcludens, prout quod  
 beneficium vel ecclesia habet cõmeteriũ vel fon-  
 tem baptismalem: quia talia non inferunt curam  
 necessariò, vt superius dixi. Cõsequenter non pro-  
 bat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque  
 natales. & c. in præsentia. de proba. Et istam partem  
 pulcherrimis rationibus sequitur cõsulendo Card.  
 consil. xxx. incip. Quidam à presbytero. vbi tenet



quòd impetrans dignitatem curatam, non sufficit quòd curæ faciat mentionem per æquipollens, puta quòd habet collegium. Quia † verba gratiæ beneficiæ cõcessæ ad instantiam impetrantis, solum cõprehendunt illud quod necessariò ex vi verborum inferunt, vt est cas. in c. non potest. in fi. de præben. lib. vj. vbi si impetrans beneficium adiecit clausulam, Non obstante alio beneficio, &c. operatur solum sublationem subreptionis, non autem dispensationem. Sed possibile est quòd ecclesia sit collegiata & curata, & quòd dignitas principalis ibi nõ sit curata, vt quia ex speciali dispositione instituentis vel alio iure potest curæ parochiæ & collegij ad alium pertinere, vt probat. ex nota. in c. statutum. de elec. lib. vj. & in c. irrefragabili. §. excessus. de offic. ordi. Vbi probatur quòd † capitulũ potest præscribere iurisdictionẽ corrigendi singulos de capitulo excludendo episcopum, ita quòd non sit locus præuentioni, secundum Ioan. And. ibi.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dabilis est dignitas principalis in ecclesia, quæ nullam habet iurisdictionem.
  - 2 Si dictum sit beneficium esse curatum, quod reperitur simplex, an literæ sint subreptitiæ.
  - 3 Ex quo Papa concessit de maiori, fortius concessisset de minori.
  - 4 Error respectu qualitatis demonstratiuæ nõ nocet, si aliàs constat de persona vel corpore.
- 5 Quæ

- 5 Quæ dicantur imprimere subreptionē, ponuntur.  
 6 Expressio dignitatis quæ est officium, non reddit gratiam subreptitiam.  
 7 Aliud est aliquid exprimere gratia taxationis, & aliud gratia demonstrationis.  
 8 De curato præbendæ annexo an sit faciendâ mentio.  
 9 Super annexo non requiritur dispensatio, nec quòd de eo fiat mentio in impetratione.



Præterea est dare † dignitatem principaliorem in ecclesia, prout est Archidiaconatus, quæ tamē nullam habet iurisdictionem, vt probat optimè Card. in d. consi. Ex quibus concludo, quòd non sufficit facere mentionem de cura per æquipollens, nisi illud sit tale quod de necessitate & infallibiliter infert curam, per supradicta.

Secundò principaliter dubitatur de tali quæstione. † Vnus supplicat Papæ vt sibi prouideat de certo beneficio, cui asserit curam animarū imminere. Papa mādāt illi de eo prouideri, narrando in literis secundum asserita in supplicatione, illi scilicet beneficio imminere curam animarum, reperitur postea quòd est beneficium simplex, nullam habens curam. Vtrum gratia cēseatur subreptitia propter falsam qualitatem expressam? Istud dubium ponit Rota, Deci. ccccclxij. incipien. Papæ supplicat. in anti- quis. Et cōcludit quòd talis expressio curæ nō no-



3 cet impetranti: quia ex † quo Papa concessit de qualitate maiori, scilicet curata, multo fortius concessisset de minori, vt in reg. cui conceditur. licet postea in fine decis. opponat de c. cui de non. de præbend. lib. vj. vbi probatur quòd in beneficiis concessionibus non valet argumentum de maiori ad minus.

4 Sed hoc non obstante ego teneo primam partem, quia hic est error in demonstratione tantum respectu qualitatis: constat autem quòd † error respectu qualitatis demonstratiuæ, si aliàs constat de corpore vel persona cum qua vel in quam disponitur, non vitiat dispositionem. l. falsa demonstratio. ff. de condi. & demon. & in c. tua. de spons.

5 Præterea facit alia ratio, nam illa dicuntur † imprimere subreptionem, quæ si fuissent expressa, vel non tacita, retraxissent Principem à gratia concedenda, vel saltem non ita de facili inclinassent eum ad concedendum. c. super literis. & c. postulasti. de rescript. Sed sic est quòd tali casu fuit expressa talis qualitas, & suppressa alia vera, quæ si fuissent expressæ, Papa nihilominus verisimiliter literas dedisset, cū maior idoneitas requiratur in curato, quàm in simplici: ergo sequitur quòd quæ reputauit idoneum ad curatum, multo fortius idem reputasset quo ad simplex. Et per has consimilisque rationes idem tenuit alia decis. in impetrante dignitatem, 6 exprimendo † quòd sit dignitas, & re vera sit officium. Nihilominus talis expressio non reddit gratiam nec impetrationem subreptitiam. ita ponderat Decis. xix. sub tit. de præben. in antiquioribus. & alia



& alia decis. ccccclxxxij. incip. Quidam obtinuit. in antiquis. Non obstat contrarium de. c. cui de non. quia illud procedit † quando maius exprimi- 7  
tur causa taxationis gratiæ: secus quando causa demonstrationis, secundum doc. ibi. & ponit Domi. consi. cxj. incip. Dominus noster.

Tertiò & ultimò circa prædictam materiam dubitatur, utrum † habens beneficium curatum annexum præbendæ & canonicatui in cathedrali (nò dico capellæ, quia non datur unio ad indigniorem) teneatur in impetratione alterius curati facere mentionem de illo curato annexo? Et certè tenendo illud quod di. glo. in clem. i. de præbend. quòd impetrans non tenetur exprimere qualitatem beneficiorum quæ obtinet, tunc quæstio non haberet dubium.


Sed casu quo etiam de qualitibus obtentorum mentio fieri deberet, adhuc illud non haberet locum isto casu: quia † sicut super annexo non requiritur 9  
dispensatio, quanuis illud sit curatum, imò de iure communi licitè potest teneri cum alio curato. c. super eo. de præben. li. vj. & po. Lappus alleg. xxxvj. incip. Vtrum absque dispensatione. ita & pariformiter non est necessaria expressio talis qualitatis in impetratione alterius beneficij: sed sufficit exprimere principale, cui annexum est tale curatum, sec. Domi. in d. c. super eo. & in d. consi.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus queritur tribus modis.
- 2 Episcopi auctoritas est necessaria ad constituen-

dum ius patronatus.

- 3 Per dationem bonorum ecclesie constructa & consecrata ius patronatus non acquiritur.
- 4 Non potest concedi ius patronatus in ecclesia iam consecrata, nisi per Papam.
- 5 In dotatione, fundatione, vel constructione non requiritur quod expresse reseruetur ius patronatus.
- 6 Per readificationem ecclesie an acquiratur ius patronatus.
- 7 Ecclesia readificata quando censeatur eadem cum prima, & quando non.
- 8 An beneficia iuris patronatus cadant in gratiis expectatiuis.
- 9 Iuri patronatus laicorum an per Papam derogetur.
- 10 Beneficia iuris patronatus laicorum non censentur reseruata, licet vacent in curia.  
Vacare in curia vel apud sedem, idem est.
- 11 In permutationibus beneficiorum iuris patronatus laicorum, fiat de eo iure patronatus mentio.

I  Equitur videre de tertia qualitate beneficiorum, quæ sunt iuris patronatus. † Quod ius quaeritur principaliter tribus modis, videlicet dotatione, constructione, & fundatione, accedente tamen auctoritate episcopi, quæ † est necessaria ad creandum

ius



ius patronatus tam in clerico quàm in laïco. c. considerandum. xvj. q. vij. & in c. nobis. de iur. patr. Ad illum enim pertinet examinare locum erectionis ecclesiæ, & ipsius dotem. Item disponere qualiter sit regenda & gubernanda. §. illud. in aut. de monach. & in c. nullus. de iur. patr. iun. clem. j. eo. tit. Concessit autem ecclesia tale ius laïcis, vt illi per hoc inuitarentur ad dotandas & construendas ecclesias, vt in d. iuribus.

Ex quo inferitur, † quòd si post constructam & 3  
consecratam ecclesiam daret quis illi dotē, per hoc  
non efficeretur patronus: quia esset imponere seruitutem rei sacre, quod est prohibitum. l. seruitutes. §. fin. ff. de seruitu. Quod enim humani iuris esse desinit, seruitutem non recipit. l. caueri. ff. commu. prædi. Et hoc tenet expresse glo. in c. pia mentis. xvj. q. vij. Idem tenuit Domi. consi. xxxij. incip. In Christi nomine, amen. Per examinationem prædictorum, & c. dicens quòd episcopus seu alius prælatus † citra Papam non potest concedere laïco ius patronatus in ecclesia iam consecrata, neque in capella ipsius. pro quo fa. tex. opt. in c. hoc consultissimo. de reb. eccle. non ali. lib. vj. vbi disponitur quòd concessio iuris patronatus in ecclesia iam consecrata, facta per prælatos laïcis absque sedis apostolicæ licentia speciali, sit nulla ipso iure: nec ex tali concessione ius aliquod acquiritur habile ad præscriptionem.

Dubitatur modo circa prædicta de aliquibus. Et primò † vtrū requiratur † in dotatione, constru- 5  
ctione, vel fundatione expresse reseruetur ius pa-



tronatus. Calde. confi. v. in tit. de iur. patr. refert alios tenere, quòd nisi ædificans ecclesiam referuet sibi expressè ius patronatus, non remanet patronatus. Quod ego non puto verum: quia casus est in contrarium in c. significauit. de testi. per quem tenet ibi Car. & seq. Pano. quòd ex fundatione ecclesie acquiratur ius patronatus, licet fundator hoc ius expressè non reseruauerit, & transit ad hæredes, licet fundator hoc non dixerit. fa. etiam bona glo. in c. cum dilectus. & ibi per doct. de consuetu.

6 Secundò dubitatur utrū † ex reædificatione ecclesie destructe acquiratur ius patronatus. Hoc dubium tangit Inno. in rubri. de iur. pat. & glo. magistra. in c. quoniam. eo. ti. In quibus locis cõcluditur quòd ad hunc effectum causandum duo requiruntur. Primò licentia episcopi. Secundò quòd illa ecclesia sit omnino destructa, ita quòd de nouo ædificans, à fundamētis redincipiat: quia tunc perinde est ac si de nouo construxisset. arg. c. consuluit. de Iudæ. & fac. bona gl. in ver. innouata. in c. de fabrica. de consecr. di. i. quæ dicit † quòd ecclesia reædificata in eodem loco à fundamentis non est eadem cum prima, sed diuersa, licet quo ad consecrationem (si ibi remansit altare) censeatur eadem ad euitandam iterationem sacramenti consecrationis. Si ergo est alia à prima, certè reædificans acquirit ius patronatus, & hoc seq. Domi. confi. cxvij. incip. Iesu Christi, &c. in quæstione, &c. vbi etiam subiicit quòd licentia de ecclesia ædificanda non sufficit illi qui reædificat, vnde non erit patronus reædificatæ, vt ibi per eum per bonas rationes.

Tertiò


Tertio ꝑ an sit locus expectatiuis in beneficiis 8  
 quæ sunt iuris patronatus. Et breuiter dico quòd  
 non, nisi in literis aliud exprimat: quia non est  
 verisimile nec præsumendum, quòd Papa tantum  
 præiudiciũ voluerit facere patronis in iure præsen  
 tandi, nisi illis deroget expressè, per illud quod di.  
 glo. in c. ij. in ver. collatio. de præben. lib. vj. dum  
 inquit, sapius repetitur receptum in curia, Papam  
 non conferre beneficia etiam vacantia apud sedem,  
 si illa sunt de iure patronatus, & præcipuè laïcorum,  
 quod est iudubitatum in iure patronatus ꝑ 9  
 Regum, cui nunquam derogatur, etiam si bene  
 ficia apud sedem vacarent per obitum: quod est  
 in solis regibus speciale. Ratio huius ponitur per  
 aliam glo. in c. cum dilectus. de iur. patr. Ne scilicet  
 laïci retrahantur à cõstructione, dotatione, & fun  
 datione ecclesiarum. Contra quam rationem Papa  
 verisimiliter non veniret in specie: ergo multomi  
 nus præsumitur velle venire per verba generalia,  
 quæ ponuntur in gratis expectatiuis. arg. c. cum in  
 generali. de offi. vic. li. vj. & l. item apud Labeonẽ.  
 §. hoc edictũ. ff. de iniur. Et per hanc rationẽ tenuit  
 Lappus alleg. xcvj. quòd ꝑ huiusmodi beneficia iu- 10  
 ris patronatus non censentur reseruata, licet vacent  
 (intellige aliter quàm per obitum, vt statim dicã)  
 in curia Romana, vel apud sedem, quod idem est,  
 vt no. glo. in c. statutum. de præb. lib. vj. & hoc nisi  
 (vt dixi) expressè Papa deroget iuri patronat<sup>o</sup> præ  
 dictorum, quod potest, vt di. gl. in cle. ij. in ver. apo  
 stolicis. de præb. Consuevit autem in talibus benefi  
 ciis vacantibus per obitum apud sedem, derogari



etiam in totum, licet sint de iure patronatus laicorum ex fundatione vel dotatione: secus quando vacat ibidem aliter quam per obitum. Infert etiam ibidem Lappus, quod † permutationes quæ fiunt in curia de talibus beneficiis, non valent non facta mentione iuris patronatus, ut supra. Idem tenet Egidius concl. clxxxj. incip. In eo quod tenui, &c.

## S V M M A R I V M.

- 1 Per quæ verba videatur facta mentio de iure patronatus laicorum.
- 2 Clericus presentans iure patrimonij, per omnia censetur laicus.
- 3 Quando laicus & clericus habent ius patronatus simul

1  Ed dubium est, † an per illa verba, quæ in literis apponi consueverunt, videatur de tali iure sufficienter facta mentio, videlicet dum dicitur, Ad cuiuscunque seu quorumcunque collationem, presentationem, vel quavis aliam dispositionem, &c. Dico quod non, quia verbum presentationis non includit isto casu presentationem laicorum patronorum, ex defectu intentionis Papæ: qui quotiens scribit pro aliquo beneficiando, non habet mentem nec intentionem quod ei conferatur ecclesia, in qua laicus habet ius patronatus: nisi aliud exprimat, ut supra. & po. Ioan. And. in c. dilectus, de offi. leg. Illa ergo verba, Ad presentationem, &c.



&c.includunt præsentationem clericorum patronorum habentium ius patronatus ratione ecclesiæ: secus fortè si ratione patrimonij, per illud quod diglo.in ver.præsentare.in clem.si. de iur.patrona. † 2 quòd clericus præsentans iure patrimonij, per omnia censeatur vt laicus.

Quid autem si ius patronatus † in aliqua ecclesia 3 partim pertineat ad laicum, partim ad clericum ratione ecclesiæ: an sub illis verbis, Ad præsentationem quorumcunque, &c.includatur tunc tale ius: & an si vacet in curia, censeatur reservatum? Potest dici quòd sic, quia tali casu pars clerici trahit ad se partem laici: & sic in totum censeatur ius patronatus ecclesiasticum. arg. c. per tuas. & c. contingit. de arbit. & quod dicit Bar. in l. præcipimus. §. codè obseruando. C. de app. & Panor. in c. iiii. in v. col. de præscript. Tandem reperi vnã deci. quæ tenet hanc cõclusionem expressè. in ordine meo. cclxvj. inci. Nota quòd Papa. in antiquis. fac. cap. quod in dubiis. de consecr. eccl. vel alt. & ideo consuevit in nouis prouisionibus iuri patronatus laicorũ & clericorum mistim in totum derogari.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quando laicus habet solum ius præsentandi, non ius patronatus, an sit de hoc facienda mentio in impetratione.*
- 2 *Ius patronatus in alium certis modis hic descriptis transfertur.*
- 3 *Aliud est habere ius patronatus, & aliud habere ius præsentandi.*

- 4 *Valet gratia non faciens mentionē quòd ius præsentandi pertinet ad laicum.*
- 5 *Legatus confert beneficia in quibus laicus habet præsentandi ius.*
- 6 *Casus in quibus de iure patronatus laicorum non est facienda mentio.*
- 7 *In præsentando & conferendo plus attenditur possessio quàm proprietas.*
- 8 *Dispensatus ut cū episcopatu retineat sua beneficia quæ sunt iuris patronatus laicorū retinet.*

**I** Vartò principaliter circa prædicta dubitatur, † quid si aliqui laici nō sunt patroni, sed habēt tantūm ius præsentādi ex consuetudine vel præscriptione, siue aliis modis, de quibus statim dicam, an valeat gratia apostolica super aliquo consimili beneficio, nō facta mentione de iure præsentandi, quod aliquibus competit ad illud beneficium? Sed prius pro euidētia istius notabilis dubij præmittendum est, quòd licèt ius patronatus acquiratur à principio tribus modis, ex quibus causatur ius patronatus, ut supra, tamē postq̄ † est iam acquisitū per aliquē de dictis modis, tunc transfertur in alium certis aliis modis.

2 Primò successione. c. considerādum. xvj. q. vij. & in c. quoniam. de iur. patrona.

Secundò donatione. cap. ex insinuatione. eo. tit. iun. cap. j. lib. vj.

Tertiò permutatione. c. nemini. xvj. q. vij.

Quartò venditione, per quam transit cum vniuersi-



ueritate. c. cum secundum. & in c. ex literis. de iur. patr. Quos modos ponit gl. in c. piæ mentis. xvj. q. vij. & Inn. in Rubr. de iur. patr. Tamen vltra prædictos sunt adhuc alij duo, videlicet consuetudine, siue præscriptione, item priuilegio: per quos etiam modos acquiritur ius præsentandi: non tamen per illos aut alios prædictos quaritur ius patronatus: nec per istos modos efficitur quis patronus, vt vult Dom. Gemini. conf. xlv. incip. consuetudo. in ij. col. & sentit Cald. conf. xix. inci. Concessum est. in tit. de iur. patr. Vbi dicit † quòd patronus potest do- 3  
nare solum ius præsentandi, retèto sibi iure patronatus quo ad alia, alleg. Vincè. in d. cap. ex insinuatione. Et sic innuit, quòd aliud est esse patronum, aliud habere tantum ius præsentandi.

Vnde redeundo ad principale quæsitum, dico qd † 4  
valet gratia apostolica licèt non faciat mentionem de tali iure præsentandi: quanuis tale ius præsentandi competat laico ex aliquo de dictis modis, & hoc quia cessat tunc ratio super qua fundatur illa conclusio, qua disponitur per gratiam apostolicam nõ præiudicari patronis laicis: nisi de eis & dicto eorum iure fiat mentio, ne scilicet retrahantur à fundatione, constructione, & dotatione ecclesiarum, vt supra dixi. & hoc in terminis firmat Car. consi. lxxix. incip. Vacante quadam parochiali. in ij. col. alleg. Fed. de Senis consil. lxxij. Vbi plus dicit, quòd † 5  
etiam legatus potest cõferre talia beneficia, in quibus laici habent ius tantum præsentandi: quod non potest quando habent ius patronatus. c. dilectus. de offi. leg. cum similibus.



Prædictis (vt puto) rationibus consuevit Papa in impetratione beneficiorum patronalium parciùs derogare patronis laicis, qui habent ius patronatus aliquo de primis tribus modis, quàm aliis habentibus tantùm ius præsentandi. Nam isti derogant in totum, illis pro medietate tantùm. Licèt aliquando aliquo fauore derogetur illis ex duabus tertius: nisi sit ius patronatus vnus tantùm, quia non derogatur illi in totũ, neque pro medietate derogari potest. Et hoc modo intelligo & restringo glo. in cap. ij. de præben. lib. vj.

Patèt igitur ex præmissis duo casus in quibus valet gratia apostolica de tali iure non facta mentione, vel ad plus sufficit mentio generalis, qualis est illa quæ communiter ponitur in gratiis expectatiuis, videlicet, Et alterius cuiuscunque collationem, præsentationem, &c.

Est alius & sic tertius casus, † vt si aliqui sunt veri patroni aliquo de tribus primis modis, sed nõ sunt in quasi possessione iuris præsentandi, sed quidam alii: quia tunc nec de istis habentibus ius tantum præsentandi debet necessariò fieri mentio per proximè dicta, nec etiam de illis qui sunt veri patroni: ex quo per literas apostolicas eis non fit præiudiciũ quo ad præsentationem, quam non ipsi, licèt aliàs sint veri patroni, sed illi quasi possessores habèt facere, vt no. Inno. in c. cum ecclesia. de caus. pos. & prop. & prob. in c. consultationibus. de iur. patr. vbi probatur cũ ibi nota. quòd in præsentando plus † attenditur possessio quàm proprietas. Et idem est in iure conferendi, vt di. decis. Rotæ. ccccclvij. incip.

cip. Quidam impetrauit. & alia ccccclv. incip. Vtrū  
sicut. in antiquis. Vbi tenent quòd valet collatio fa-  
cta ab eo qui est in quasi possessione istius iuris, li-  
cèt postea detegatur de non iure ipsius. Et ita istum  
tertium casum firmat Card. in consil. lxxix. in ver-  
sufficit enim.

Quartus & vltimus pro nunc ponitur per domi-  
nos de Rota. deci. cccxxxi. incip. Supposito facto. in  
nouis. † Vbi dicunt valere dispensationē Papæ dis- 8  
pensantis cum promoti ad episcopatum, quòd re-  
tineat sua beneficia: & comprehendit etiam bene-  
ficia iuris patronatus laicorum, quanuis de tali iure  
in dispensatione non sit facta mētio. Potissima eo-  
rum ratio hæc est, videlicet quia non tractatur de  
præiudicio patroni, ex quo tempore dispēsationis  
nondum vacat effectualiter beneficium, consequē-  
ter nondum competit patrono ius presentandi. ar-  
gum. l. nam & si. §. post defectum. ff. de iniust. testa.  
cum aliis rationibus, vt ibi per eos. Et ista ratio &  
conclusio multū facit contra illud quod dicit Lap-  
pus, alleg. xcv j. quam superiùs retuli.

## S V M M A R I V M.

- 1 *In translatione iuris patronatus quis consensus  
requiratur, quādo illa permutationis causa fit.*
- 2 *Regulariter beneficiorum permutationes fiūt de  
authoritate episcopi.*
- 3 *In permutatione beneficiorum iuris patronatus  
patronorum non requiritur consensus.*



- 4 *In permutatione beneficiorum interuenit vacatio, non tamen patronis libera.*
- 5 *In prouisionibus ad sedem apostolicam deuolutis non derogatur iuri patronatus. De eo tamen iure fieri debet mentio.*
- 6 *Derogatur fundationi beneficiorum.*



I

Vintò, pro complemento istius qualitatatis beneficiorum, quia superiùs dixi quòd inter alios modos † quibus transfertur ius patronatus in alium, est permutatio. c. nemini. xvi. q. vij. quæritur de duobus. Primò, vtrum in tali permutatione sit necessarius consensus & licentia episcopi. Secundò, quid de consensu patroni.

Circa primum dicendum est, quòd aut permutatio fit inter duos patronos habentes quilibet de per se ius patronatus in diuersis ecclesiis: & tunc non possunt illa permutare sine autoritate episcopi, casus est secundù vnum intellectum qui videtur placere ibi Panor. in c. querimoniã. de iur. patr.

- Aut fit permutatio inter ipsos beneficiatos: & tunc idem, vt vult gl. in d. c. nemini. Quia regulariter † permutationes beneficiorum fieri debent de autoritate episcopi, vt si videt vnum esse magis vtile in alia ecclesia, quàm sit ille qui eam possidet, & econuerso, possit eos permutare. c. quæsitum. de rer. permu. Sed primum dictum intelligo verum, quando fit permutatio inter priuatos, id est, ipsos beneficiatos: secus si cum monasterio vel ecclesia, cui



cui laicus potest donare, & etiam ex causa permutationis concedere ius patronatus sine cōsensu episcopi. c. vnico & ibi hoc not. Philip. de iur. patr. lib. vi. allegat Federic. ita tenentem consil. ccxxv. incip. Si opinio.

Circa secundum, † an in permutatione quæ fit 3  
inter beneficiatos de auctoritate episcopi ( vt dixi )  
requiratur consensus patroni, dico quòd non: quia  
tunc demum patroni requiruntur ad præsentan-  
dum & præstandum consensum, quando datur li-  
bera vacatio beneficij, & talis, per quam ipsi pos-  
sint quemcunque voluerint ( dum tamen idoneū )  
præsentare. c. decernimus. xvi. q. vij. & in c. quòd  
autem. de iur. pat. Sed sic est † quòd quando bene- 4  
ficio vacat ex causa permutationis: licet tunc de-  
tur vacatio, vt prob. in c. i. de rer. permut. lib. vi. non  
tamen datur libera vacatio, quòd patroni possint  
quem voluerint præsentare. Nam permutantibus  
solummodo & non aliis, sunt talia beneficia neces-  
sario conferenda. cle. i. de rer. permut.

Hinc est, quòd † in prouisionibus beneficiorū, 5  
quorum collatio est deuoluta ad sedem apostolicā,  
nō derogatur iuri patronatus, cum patroni ea vice  
se impedire non habeāt: & sic non est necesse dero-  
gare. Debet tamen de iure patronatus fieri mentio.  
Et hanc conclusionem quam pluribus aliis rationi-  
bus tenet Pet. de Anch. quem refert & seq. Dom.  
consil. l. incip. In Christi nomine quæritur an  
episcopus.

Vltimò, non omitto vnum, quod seruat curia  
in talibus beneficiis, quia † solet derogari funda- 6

tioni beneficiorum, etiamsi in illa caueatur expresse, quòd obtinens tale beneficium teneatur apud illud residere personaliter, & intra annum ad sacerdotium promoueri, ac quòd cum illo non possit aliud obtinere. Secus quando petitur fundationis derogatio quo àd omnes eius partes etiam non expressas vel exprimentas: quia illa non datur. Possunt enim esse tales, quòd illis papa non derogaret. Et ista sufficiant quo ad istam qualitatem beneficiorum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ dignitates includantur in expectatiuis literis ac nouis prouisionibus.*
- 2 *Dignitas quid sit.*
- 3 *Archidiaconatus sonat in nomen dignitatis, etiamsi nullam habeat iurisdictionem.*
- 4 *Personatus est honor sine administratione.*
- 5 *Appellatione personatus in materia larga venit dignitas, secus in materia stricta.*
- 6 *Literæ ad personatum, non comprehendunt dignitatem.*
- 7 *Officium quid sit.*
- 8 *An priores mendicantium dicantur habere dignitatem, aut personatum, vel officium.*
- 9 *Appellatione prælatorum veniunt priores mendicantium.*
- 10 *Prior conuentualis est prælatus, nec potest esse procurator sine licentia superioris.*
- 11 *Priori-*



- 11 Prioribus mendicantium causa possunt delegari à sede apostolica.
- 12 Vicarius episcopi in dignitate dicitur cōstitutus.
- 13 Vicerector debet honorari & sedere vt rector.
- 14 Archidiaconus non præcedat vicarium episcopi, & contra hoc non valet consuetudo.
- 15 Vicario generali episcopi possunt à sede apostolica causa committi.
- 16 Quo ad officia & dignitates ecclesiarū plus attenditur consuetudo quàm ius commune.



Ranseo nūc ad dignitates, ad effectū vt sciri possit an & quādo & quæ dignitates includātur in literis expectatiuis, & in nouis prouisionibus. Et primò vidēdū est quid sit dignitas, & in quo differat à personatu, & officio. Secūdo de variis qualitatibus ipsarū dignitatū. Tertiò an & quādo veniāt in literis beneficialibus. Circa primū dicit Domini. in c. i. de cōsue. lib. vi. quod dignitas habet se ad personatū & officiū, tanquā genus ad speciem. Nam dignitas est nomen generalissimū aptum denotare omnē habentē aliquem gradū præeminētiæ. alleg. gl. in c. denique. iij. di. Sed in hoc clarius loquitur Old. consi. cl. incip. In ecclesia Valentina. vbi dicit quod si ista nomina propriè sumantur, neutrum est alterum, & longè inter se differunt: quia dignitas est quædam præeminentia cum administratione vel iurisdictione. l. honor. ff. de munerib. & hono. Et hoc modo episcopatus & abbatia sonant in



- dignitatem, vt not. docto. in c. ij. de præben. lib. vi.
- 3 similiter † Archidiaconatus sonat in nomen dignitatis, quia examinat promouendos, & alia exercet quæ magnam continent administrationem. c. ad nōs. & per tot. de offi. archi. plus dicit Inno. in c. de multa. quòd Archidiaconus ratione nominis sonat in dignitatem, etiam si nullam habeat iurisdictionem, ratione consuetudinis. Personatus † autem minùs dicit quàm dignitas: quia est quidam honor sine administratione: inter quæ est magna differentia, vt prob. in. l. ad rempubl. ff. de mun. & honori. & isto respectu dignitas & personatus sunt diuersa, & propterea diuersis nominibus nuncupantur. l. si idem. C. de codicil. Sed quando dignitas sumitur largè, tunc ista ambo sunt synonyma & conuertibilia alterum in altero, prout genus & species. Et ideo iura, que videntur aliquando exprimere & ponere ista vt diuersa & separata, potiùs faciunt hoc ad tollendas cauillationes, quàm ad finem vt denotent differentiam esse inter ista: nisi prout differt genus à specie, sec. Guil. de monte Laud. in extrauag. Execrabilis. Io. xxij. sup. ver. personatus.
- 5 Ex quibus infero † quòd in materia larga appellatione personatus venit dignitas, puta in terminis. c. si pluribus. de præbend. li. vi. & c. tua nobis. de ver. sign. cum similibus. Secus in materia stricta, in qua verba strictè & propriè debent accipi. l. i. §. is qui nauem. ff. de exerci. cum vulga. Consequenter statutum loquens de personatu non complectitur
- 6 dignitatem, per dictam rationem. Idem † puto in literis ad beneficia, vt si quis impetrat personatum,

tum, nō possit sibi prouideri de dignitate cum administratione vel iurisdictione. argu. c. quamuis. de præben. lib. vi. & not. in c. cum in illis. eod. titu.

Officium † verò dicitur administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione & absque prærogatiua seu præminencia, sec. doct. in d. c. de multa. prout sunt syndici procuratores, Castellani, & sacristæ, vt per Rotam decis. clxxij. incipien. De thesauraria. in nouis. Vbi est bona decisio circa prædicta.

Sed antequam veniam ad secundum, dubitatur de aliquibus. Et primò vtrum † Gardianus fratrum minorum, & priores mendicantium, dicantur habere dignitatem, aut personatum, vel potius officium. Et certè dici potest quòd habent dignitatem propriè sumendo, ex eo quia habent præminenciam cum administratione, & etiam iurisdictionem in illos de conuentu, iux. nota. in c. edoceri. de rescr. & in cle. i. eo. ti. Hinc est † quòd appellatione prælatorum veniunt isti tales. vt est glo. not. in cle. dudum. in ver. non habentur. de sepultu. & ibi Card. in. §. statuimus. dicit se consuluisse † quòd Prior cõuentualis est prælatus, ad eò quòd potest esse procurator sine licentia superioris, iux. illud quod di. gl. i. in cle. religiosus. de procu. ad idem sa. gl. in cle. i. in ver. prælatum. de electio. & bonus tex. in c. quorundam. in ver. solium prælaturæ. eod. titu. lib. vi.

Ex quo infero vnum satis notandum, quòd ex quo tales dicuntur habere dignitatem (vt supra) † certè possunt eis delegari causæ à sede apostolica, iux. c. statutum. de rescrip. in. vi. quod tenet & fir-



mat expressè Domi. in c. nullus. de elec. eod. lib. què refert & seq. Feli. in c. in super. de testi. & ibi legendo latius dixi.

- 12 Secundò dubitatur an † vicarius episcopi dicatur habere dignitatem. Et breuiter dico quòd dicitur in dignitate constitutus, arg. c. præcipimus. xciiij. di. vbi probatur quòd locumtenens debet honorari sicut principalis cuius vices gerit, per quem tex. dicit Roma. sing. suo. ecclx. incip. Bartholus, &c. † quòd vicerector debet sedere & honorari vt rector: & similiter gaudet aliis prærogatiuis rectoris, sec. Bar. in l. si filius. ff. de legationib. Imò consuluit Abbas Panor. confi. xx. & xxi. incip. Casus, super quo consilium petitur, talis est, &c.
- 14 † non valere consuetudinem, quòd Archidiaconus præcedat vicarium episcopi: quia caret ratione, & non potest induci, nisi ex quadam ambitione, per d. c. præcipimus. Quod dictum refert & seq. Feli. in Rubr. de ma. & obediens.
- 15 Ex quibus infero quòd † vicario episcopi generali possunt committi causæ, iuxt. disposit. d. c. statutum. quia est constitutus in dignitate. Secus in vicario foraneo, vt leg. & nota. in clem. & si principalis. de rescr.
- 16 Vltimò circa prædicta notandum est † quòd quoad officia & dignitates ecclesiarum plus attenditur consuetudo, quàm ius commune, vt di. glo. in c. ad hæc, de excels. præla. & Card. consil. lxxij. incipien. In ecclesia Bellunen.



## SUMMARIUM.

- 1 Dignitas, personatus, seu beneficium quando dicatur electiuum.
- 2 Papa si mandat conferri beneficium ad electionem capituli spectans, quod beneficium comprehendatur.
- 3 In literis beneficialibus verba debent accipi in proprio significato, nisi urgeat vitanda absurditas.
- 4 Verba gratia beneficialis ad instantiam, ea includunt quae vi verborum inferunt.
- 5 Sub expressione modorum non venit modus electionis.
- 6 Appellatione beneficij electiui in literis beneficialibus non venit Canonica.
- 7 In receptione Canonici sufficit cōsensus illorum de collegio in capitulo praestitus.
- 8 Canonica quando dicatur electiua.
- 9 Consuetudo & legitima praescriptio dant statum beneficio.
- 10 Dignitates inferiores de iure communi non sunt electiuae.
- 11 Quando simpliciter mandatur prouideri de dignitate, venit dignitas etiam electiua.
- 12 Aliud est prouideri in ecclesia, & aliud prouideri de ecclesia.



D secundum principale quaesitum, videlicet de qualitatibus dignitatum, dico quod quaedam sunt electiua, quaedam non. Et idem dico esse in personaribus, & etiam aliis beneficiis, Sed

- 1 prius dicendum est de electiuis. Dicitur † ergo dignitas, personatus, seu beneficium electiuum, quando occurrente illius vacatione proceditur ad electionem secundum formam capituli, quia propter de electio.
- 2 Ex quo infero † quod si Papa mandat prouideri de beneficio spectante ad electionem capituli, intelligitur de beneficio electiuo, modo praedicto & sic de electiuo proprie sumpto, scilicet in quo debet seruari praedicta forma de iure vel consuetudine, prout sentit Cardi. consil. ciiij. incipien. Casus super quo, &c. Ratio est (vt colligitur ex verbis ipsius) quia † vocabula debent accipi in proprio significato, maxime in literis beneficialibus: nisi absurditas vitanda in contrarium vrgeat. l. non aliter. ff. de lega. iiij. & in c. praeterea. vbi bona glo. de ver. sig. Cum ergo mandatur prouideri de beneficio seu dignitate electiua, intelligendum est de tali, in quo vel in qua fit electio proprie sumpta. talis est autem ea sola, quae fit seruata forma dicti capituli, quia propter. qui tex. dat formam electioni: quia non seruata non dicitur proprie electio celebrata: quia forma est quae dat esse rei, qua non seruata non dicitur illa res, sed alia. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. Consequenter tale beneficium in cuius vacantis electione non seruatur illa forma,



forma, non venit nec includitur in tali mandato: quia † verba gratiæ beneficialis concessæ ad instantiam impetrantis, solum illud beneficium includunt, & eum solum effectum operantur, quod seu quem ex vi verborum necessario inferunt. Talis enim gratia est restringenda & propriè intelligenda propter ambitionem, vt dicit formaliter Card. consil. xxx. incipien. Quidam. A. presbyter. & retuli superiùs in alio proposito circa expressionē curæ.

Infero aliud & secundum, quòd in terminis cum in illis. §. i. de præb. lib. vi. & clem. i. eod. tit. in quibus dicitur † quòd expressis aliquibus modis in mandato de prouidendo, puta ad prouisionem vel præsentationem, & c. etiamsi addatur, Vel quamuis aliam dispositionem, non venit modus electionis. Ad hoc ergo vt sit locus dictis iuribus, id est, vt non veniat beneficiũ electiuum, requiritur quòd illud sit tale, in cuius electione debet seruari forma sæpe dicti capituli, quia propter. vt dixit expressè Gui. de monte Laud. in cle. i. de præb. & sequitur Card. in d. consilio. ciij.

Tertiò infero quòd † appellatione beneficij electiui in literis beneficialibus non venit canonialis (& ista tertia illatio est exemplum primæ illationis) quia in canonis non seruatur forma d. c. quia propter. sec. glo. & doc. ibi. Et ideo dicit Egidius conclu. lxxix. incip. Palatium, & c. quòd non reperitur præbendas & canonicatus cathedrales esse electiuos. Hinc est quòd licet receptio canonicorum spectet ad collegium, tamen non est necessè quòd tunc seruetur dispositio c. in Genesi. de elec.



quia ille tex. loquitur de electione prælati. Confe-  
 7 quenter † sufficit in receptione canonici quòd il-  
 li de collegio personaliter consentiant, dummo-  
 do consensus præstentur in capitulo, prout tenuit  
 Lappus Abbas in repeti. c. Iacobus. de simo. & glo.  
 ij. in c. sicut. de elect. lib. vi. Hæc tamen intelligen-  
 8 da sunt sanè, nisi de † consuetudine esset in tali ec-  
 clesia inductum, vt forma dicti capituli, quia pro-  
 pter. obseruari debeat in electionibus canonicatui  
 & præbendarum: quia tunc appellatione beneficij  
 electiui in talibus literis veniret canonica. Consue-  
 9 tudo † enim & legitima præscriptio dant statum  
 beneficio, vt proba. in c. cum de beneficio. de præ-  
 ben. libr. vi. & ponit Pet. de Anch. consi. clxij. incip.  
 In quaestione ecclesiæ, & c. Idè dico de inferiori-  
 bus dignitatibus, vt dicantur electiux ad hoc vt ve-  
 niant & includantur in literis, quando exprimitur  
 modus electionis, aliàs minimè (vt supra) ita demū  
 scilicet, quando de consuetudine illarum ecclesia-  
 rum in quibus existunt, seruaretur sæpe dicta forma  
 in electionibus earum. Hoc ideo dico, quia de iure  
 10 † communi non dicuntur electiux, cum in electio-  
 nibus earum non sit seruanda forma dic. c. quia pro-  
 pter, ex quo per obitum illas obtinentium eccle-  
 siæ non dicuntur viduatæ: quia non sunt sponsi ec-  
 clesiarum propriè, sed quasi sponsi, vt d. glo. in c.  
 per venerabilem. in ver. adulterinis. qui fil. sint le-  
 git. Et quòd dictæ dignitates de iure non dicantur  
 electiux, nec seruetur in eis forma sæpe d. c. quia  
 propter. tenet glos. in d. c. sicut. & maior pars domi-  
 norum de Rota decisione cclxxxix. incipien. Maior  
 pars

pars minorum. in nouis.

Cōcludo ergo quòd si in literis solùm exprimitur modus electiuus, vt si mandatur prouideri de dignitate vel beneficio electiuo: tunc non venit Canonica, nec alia dignitas collatiua: nisi in electionibus earum de consuetudine seruetur forma d. c. quia propter. Secus quando exprimuntur etiam alij modi, prout fit communiter in huiusmodi literis ad beneficia: quia tunc virtute aliorum verborum venit canonica, & etiam dignitas collatiua. Similiter quando in literis nullus modus exprimitur, sed simpliciter † mandatur prouideri de dignitate prima, quæ vacabit: tunc venit dignitas collatiua & etiam electiua, vt tenet glos. in clem. i. in ver. quanuis. de præbend. & ponunt doctor. in d. c. cum in illis. §. i. Nec obstat si diceretur contra prædicta, ex quo dignitas episcopalis & principalior in ecclesia collegiata sunt electiuæ (vt constat) ergo per rationes, de quibus supra, debent includi in literis ad dignitates electiuas. Sed ad hoc respondeo breuiter, quòd superius dicta procedunt quando mandatur prouideri de dignitate electiua in ecclesia cathedrali vel collegiata: quo casu non includitur ecclesia cathedralis nec principalis dignitas in collegiata, licet sint electiuæ: quia † tunc non esset prouidere in ecclesia, sed de ecclesia, iuxta glos. in clemen. i. in ver. in certa. de præbend. ponit Egid. conclusione decvj. incip. Supposito. & Cardi. consi. xxx.

- 1 Si mandatur prouideri de beneficio, non includitur dignitas.
- 2 In dispensationibus pro defectum natalium patientibus non datur ad dignitates maiores nec principales, nisi pro qualificatis.
- 3 Mandatum vicarij super conferendis beneficiis includit etiam dignitates.
- 4 Quando mandatur prouideri de beneficio, an possit prouideri de præbenda.
- 5 Privilegium de percipiendis fructibus beneficiorum, includit præbendas & maiora beneficia.
- 6 In dispositione generali non includuntur beneficia ecclesie cathedralis, bene tamen ecclesie collegiate.
- 7 Papa facilius grauat vnum quam plures.
- 8 Minora beneficia possunt esse de consuetudine electiua.
- 9 An sufficiat facere mentionem de electione per equipollens.
- 10 Plura requiruntur ad esse collegij.
- 11 Verba quæ supponunt aliquid, nihil disponunt.



1

Ircæ tertium principale quæsitum, videlicet an & quædo in literis beneficialibus includantur dignitates: Dico ꝑ quod si mandatur prouideri de beneficio, non poterit prouideri de dignitate:



dignitate : quia in tali casu nomen beneficij debet sumi strictè, cum sit materia ambitiosa & restringibilis. c. quanuis. de præbend. lib. vj.

Hinc est quòd in † dispensationibus ad quæcun-<sup>2</sup> que pro patiente defectum natalium, non datur ad dignitates maiores nec principales. Et ideo solet cassari clausula, Et de speciali ad vitā, nisi pro qualificato, aut aliàs ex fauore.

Secus quando nomen beneficij exprimitur in gratia, cuius effectus deriuatur in alium : quia tunc includuntur etiam dignitates, prout sentit vna deci. in antiquio. sub titu. de offi. vic. secunda in ordine. Vbi dicit † quòd si episcopus dedit potestatem vi-<sup>3</sup> cario conferendi beneficia, poterit conferre etiam dignitates non reseruatas: licet de dignitatibus nihil specialiter sit expressum. Hoc enim casu nomen beneficij sumitur largè, cum non sit materia odiosa, sed fauorabilis. c. dudum. & c. si cui. de præbend. lib. vj. & sic per istam rationem sentit Rota, quòd in primo casu non includitur dignitas.

Vtrum autem in primo casu, videlicet † quādo<sup>4</sup> mandatur prouideri de beneficio, possit prouideri de præbenda? Arch. in c. cui de non sacerdotali. de præben. lib. vj. tenuit quòd non, arg. d. c. quanuis. propter materiam odiosam & restringibile. Idem tenet Io. An. in c. fi. eo. ti. in antiquis. Sed Florianus ibi est in cōtraria sententia: cuius opinio potest saluari in duobus casibus. Primo quādo nomen beneficij profertur in materia larga, prout superius exemplificaui. Similiter in terminis c. tua nobis. de ver. sig. Videlicet † quando conceditur priuilegium de §

percipiendis fructibus beneficiorum: quia præben-  
 das & maiora beneficia includit, vt ibi. Secūdo pos-  
 6 set procedere etiā in materia stricta, † quādo man-  
 datur prouideri de beneficio in ecclesia cathedrali,  
 poterit tunc prouideri de præbēda. Secus si in man-  
 dato non fit mētio de ecclesia cathedrali: quia tūc  
 propter honorem & excellētiā illius in manda-  
 to generali ad beneficia non includuntur præben-  
 dæ, nec alia beneficia ecclesię cathedralis: nisi quā-  
 do (vt dixi) fit de ea specifica mentio, vt prob. in c.  
 quanuis. §. quanquam. de præben. li. vj. Et ideo te-  
 net Cancellaria, quòd vbi est dispensatum cum il-  
 legitimo, quòd possit tenere beneficia cum cura,  
 & sine cura, etiam si ad ea quis per electionem as-  
 sumatur, non includuntur beneficia ecclesię ca-  
 thedralis: nisi de ea fiat mentio, secundum Rotam  
 deci. xlv. incip. Nota quòd sec. aliquos, & hoc mo-  
 do potest procedere opinio Arch. & Ioan. An. licet  
 indistinctē loquantur.

Quam opinionē limito etiam non procedere in  
 præbendis ecclesię collegiatæ: quia illæ includun-  
 tur in mandato generali ad beneficia: nam in ea ces-  
 sat ratio honoris & excellentiæ, quæ militat in ec-  
 clesia cathedrali. Et ita propriè loquitur præfata  
 decif. cxxxij. in antiq. incip. Nota quòd illi, & c. v-  
 bi dicitur, quòd illi cui mandatur prouideri de be-  
 neficio, poterit prouideri de præbenda in ecclesia  
 collegiata, posito quòd ad eam quis eligatur, vt  
 ibi. Et licet supradicta distinctio (per quam redu-  
 cuntur ad concordiam præfata opiniones contra-  
 riæ) videatur esse satis iuridica, & procedere ex mē-  
 te



te iuris: tamen stilus & consuetudo curiæ videtur indistinctè amplecti opinionem Arch. in d. c. cui de non. De stilo enim curiæ quando datur gratia ad largam, dicitur expressè in ea, quòd possit acceptare canonicatum & præbendam in cathedrali vel collegiata ecclesia. Per quod datur intelligi quod aliàs, id est, si illud non exprimeretur in literis, non veniret præbenda etiam in collegiata: aliàs illa verba frustra & superfluè exprimerentur, contra c. si Papa. cum vulga. quod latius declaravi in sexta forma literarum expectatiuarum, vnde minimè sunt mutanda, & c. l. minimè. ff. de legibus.

Non omitto tamen vnum quod sentit præfata decis. cxxxij. dum vult quòd in mandato ad beneficium includatur præbenda etiam electiua. Et fortè intellexit etiam eo casu, quòd aliqui modi sunt expressi, licet non electiui. Et sic sentit quòd dispositio c. cum in illis. §. illis. de præbend. lib. vj. & cle. i. cod. tit. non habet locum in præbendis, & minoribus beneficiis electiuis, quod expressius tenet Cald. asserens se bis ita consuluisse, consil. xij. in tit. de præb. cõtrarium tenuit Guil. de monte Laud. in d. cle. i. quem seq. Dom. in c. cù in illis. † quia Papa 7 facilius grauat vnum quàm plures. Et quia ratio illius tex. est vniuersalis, videlicet propter materiam ambitiosam & restringendam.

Quam opinionè ego intelligo procedere quando præbendæ & minora beneficia in aliquo loco essent electiua de cõsuetudine antiqua: quia tunc expressis aliquibus modis nõ includerètur, sec. Io. An. in addit. Spec. in tit. de acti. & peti. §. super petitio-



nibus. ad fi. ver. per literas quoque. aliàs procederet  
 8 opinio Cald. quia † de iure præbendæ & minora be-  
 neficia sunt collatiua, & non electiua, & sic circun-  
 scripta consuetudine non haberet in eis locum dis-  
 positio d. c. cum in illis. §. i. vt dixi superiùs in tertia  
 illarione secundi quæsit.

Ultimò, pro complemèto præmissorum, quia di-  
 ctum est sepiùs de dignitatibus & beneficiis electi-  
 uis, item an & quando includantur in literis bene-  
 ficialibus, facta vel non facta mentione modi ele-  
 9 ctiui, quæritur opportunè † vtum sufficiat facere  
 mentionem de electione per æquipollens. Dico  
 quòd non, vt ponit decis. Rotæ, decclxxvii. incip.  
 Præmissa igitur. in antiquis. vbi dicitur quòd ad hoc  
 vt dicatur facta mentio de dignitate electiua, non  
 sufficit quòd sit facta mentio de collegio, nisi ex-  
 primatur quòd est electiua. quia non sequitur, stãt  
 plures cū priore in tali ecclesia, ergo prioratus est  
 electiuus. Fortè enim spectat ad electionē alterius.  
 Pro quo vltra illam decisionē fa. quod no. Arch. in  
 c. monasterium. xvj. q. i. vbi dicit non esse bonam  
 10 consequentiam, videlicet, in tali ecclesia stant mul-  
 ti clerici, ergo est ibi collegiū. Plura † enim requi-  
 runtur vt dicatur collegium, de quibus per Innoc.  
 & alios in cap. cum dilecta. de excels. prælat. conse-  
 quenter non probat hoc esse, &c. Ex quibus appa-  
 ret non sufficere quòd fiat mentio electionis per  
 æquipollens, nisi illud esset tale quòd argueret ne-  
 cessitatem & veritatem facti infallibiliter, vt dixi  
 in superioribus in alio proposito de mentione cu-  
 ræ per æquipollens.

Simi-

Similiter non sufficit quòd de electione fiat mentio in parte gratiæ exequutiua tātum. cle. j. ad. fi. de præben. † quia verba quæ supponunt aliquid, nihil<sup>II</sup> disponunt, vt ibi. & plenè per Felinum in cap. licet. de offic. ordi.

¶ Dixi in parte præcedenti de qualitatibus beneficiorum & dignitatum, & an, & quando includantur in literis Beneficialibus, cum multis quæstionibus necessariis & opportunis: dicendum est modò de tertia parte principali, videlicet De variis modis vacationis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Verbum, *Vacare*, multiplicem recipit à iure expositionem.
- 2 Beneficium vel ecclesia quando dicatur *Vacare*.
- 3 *Vacatio* alia est de iure, alia est de facto.
- 4 Ecclesia dicitur *vacans*, quando *vacat* de iure, sed non de facto.
- 5 *Impetrans* non tenetur modum vacationis exprimere.
- 6 Si fit simpliciter mentio de vacatione beneficij, includitur omnis modus *vacandi*.
- 7 *Impetrans* malè impetrat, si beneficium alio modo quàm expresse *vacat*.
- 8 Cautè impetratur, si certus *vacandi* modus non exprimitur.
- 9 In impetratione *canonicatus* certus vacationis modus exprimitur.

- 10 Per resignationem ex causa permutationis vera inducitur vacatio.
- 11 Collatio fit de beneficio vacante.
- 12 Per renuntiationem possessio amittitur.
- 13 In beneficiis permutatis necessaria est noua collatio.
- 14 Si permutatio non perficitur, opus est tamen noua collatione.
- 15 Beneficio priuandus potest renuntiare, non tamen causa permutationis.
- 16 Mandatum super certo beneficio beneficium afficit.
- 17 Impetrans beneficium in fauorem alterius reseruatum specialiter, non praefertur reseruatio.
- 18 Impetrans in euentum priuationis, prouidetur de beneficio causa permutationis per priuandum resignato.
- 19 Clausula quod resignatio priuandi cedat in fauorem impetrantis, quando apponatur.
- 20 Expectantes apostolici non possunt acceptare beneficia ex causa permutationis vacantia.
- 21 Omnis recessus a iure communi est odiosus & restringendus.
- 22 Obtinens dignitatem quando eam in prauiudicium expectantis resignare non possit.
- 23 Dispositio non dicitur generalis, quando tantum in vna specie potest verificari, quamuis generaliter



raliter loquatur.

- 24 Permutatio facta in fraudem expectantis, non operatur effectum suum.
- 25 Ascendere potius cupimus, quàm descendere.
- 26 Sola fructuum inæqualitas non facit sufficientem fraudis præsumptionem.
- 27 Per simplicem resignationem & illius admissionem beneficium vacat tam quo ad proprietatem, quàm quo ad possessionem.

## DE VARIIS MODIS vacationis.



**I**N hac parte subiiciam quot & quibus modis contingit vacare beneficia, & etiam varios modos prouisionum, quod vtile est scire ad cognoscendum validitatem vel inualiditatem impetrationum & prouisionum papalium.

Pro euidencia primæ partis præmittenda sunt duo. Primum est, quod † verbum, Vacare, multiplicem recipit à iure expositionem, vt declarat Roma. cōsil. ccl. incip. Omnipotentis, &c. in casu propositæ cōsultationis, &c. Aliquando enim Vacare exponitur, id est, cessare. l. qui tertia. ff. de ædi. edict. Aliquando dicitur vacas, id est inutile. l. Quintus Cæcilius. ff. de positi. Sed propriè quo ad propositum nostrum † dicitur ecclesia seu beneficium vacans, quod est vacuum seu non plenum. Hoc autem potest contingere dupliciter. Primò, quia † vacat

- de iure & de facto, quia mortuus est praelatus seu rector, & nemo in possessione reperitur. quo casu vacat de iure quo ad titulū, & de facto quo ad possessionem. Secundò † dicitur vacans, quando vacat de iure, sed non de facto: vt quando mortuo praelato siue rectore, aliquis reperitur in possessione saltem coloratè. c. cum nostris. de concess. præben. & in c. licet episcopus.
- 5 Secundò præmitto † quòd impetrans non tenetur de iure exprimere modum vacationis, secundum Ioan. de Fantu, prout refert Dom. & seq. Francus in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. Idem tenet Lappus alleg. vj. incip. In hac sexta. pro quo fa. gl. in cle. i. in ver. quauis. de præb. quæ dicit non esse necesse exprimere modum per quem prouideretur beneficio.
- 6 Et † ideo si fit simpliciter mentio de vacatione beneficij, includitur omnis modus prouidendi, ergo debet etiam includi omnis modus vacandi: vt dicit alia gl. in c. si propter. in ver. vacabunt. de rescrip. lib. vj. & c. cupientes in prin. de ele. eod. lib. & hoc de iure. Verùm quia de stilo & consuetudine curiæ solet exprimi certus vacationis modus, ideo subiiciunt multos modos quibus contingit vacare beneficia: vt impetrans sciat per quem modum vacat beneficiū quod vult impetrare. † Nam si vacet alio modo quàm expresso per impetratē, malè impetrat, c. susceptum. de rescrip. lib. vj.
- 8 Et ideo † cauti impetrantes in prouisionibus nõ exprimunt certum modum vacandi, sed impetrant certo modo vacan. quod solet cõcedi præterquàm de canonicatu & præbenda certo modo vacantibus: † tunc



† tunc enim non datur, si non nominetur Canonici-  
9  
cus: quia posset capere quemcunque canonicatum  
in illa ecclesia. Et idem de aliis beneficiis, de quorū  
corpore non constat, puta simplicibus. Sed quia (vt  
prædixi) vt plurimum consuevit exprimi certus va-  
cationis modus, ideo de illis latius subiiciam.

Primò igitur incipiendo ab actibus voluntariis,  
occurrit modus vacationis per renunciationem. Et  
hoc dupliciter, videlicet ex causa permutationis, &  
per simplicem resignationem.

Primò casu, † quando resignatur beneficium ex 10  
causa permutationis, inducitur vera vacatio & pos-  
sessionis & proprietatis, id est tituli, vt prob. in cap.  
vnico. de rer. perm. lib. vj. Ponderando illa verba,  
æquitatē præferentes in hac parte rigori. Idem not.  
in c. inter cetera. super verbo debeat. de præb. aliàs  
non esset possibile quòd fieret per superiorem in-  
uicem permutatibus aliqua collatio, † cum illa fiat 11  
de beneficio vacante. c. i. & c. nulla. de concess. præ-  
ben. & hoc expressè firmat Cald. cõsi. iij. incip. An  
renunciã. in tit. de renunc. vbi assignat rationem,  
quia possessio † animo perditur, ergo per renuncia 12  
tionem amittitur, vt not. Inno. in cap. veniens. in i.  
glo. de renun. cum aliis, vt per eum.

Ex quo infertur quòd cum tali casu inducatur ve-  
ra vacatio, vt supra, sequitur † quòd in permutatio- 13  
ne necessaria est noua collatio ipsis permutantibus:  
quod expressè firmat decisio Rotæ cccxcvij. in-  
cip. Nota resignatio. cum sequenti. in antiquis. Imò  
dico plus, † q̄ si permutatio non perficitur inter 14  
permutare volentes, opus est similiter noua colla-



tionem, id est, quod illi qui iam resignarunt sua beneficia ex causa permutationis, reuertantur ad ea auctoritate superioris, non autem auctoritate propria, ne incurrant poenam capituli cum qui, de præb. li. vj. prout tenet Io. An. in c. si beneficia. eo. ritu. & lib. quicquid dicat ibi Archi. Licet pro Archidiacono multum faciat ille tex. dum dicit, liberè reuertantur. Et sic innuit quod per se sua sponte possint ad suum quilibet redire beneficiū. Sed ista opinio concordatur isto modo, quia in beneficiis iam occupatis seruatur opinio Ioan. Andr. in vacatibus verò de iure & de facto procedit opinio Archidiaconi, prout attestatur vna decis. xxij. incip. Fuit dubitatum. in nouis. Tutius tamen est quod utroque casu interueniat auctoritas superioris, qui propter non sequutam permutationem dat unicuique eorum licentiam ad suum beneficiū reuertendi absque alia collatione seu cōcessione exequutoris super reductione in pristinam possessionem: & talis licentia habetur pro collatione, ut ponit eleganter Rota decis. dccclxij. in antiquis.

Et per supradicta dici potest, quod si Papa mandet prouideri alicui de certo beneficio, si vacat, vel cum primum vacabit: certè si beneficiatus resignet illud beneficium ex causa etiam permutationis, poterit nihilominus prouideri de illo taliter impetrati: quia reuera vacat quo ad titulum & possessionem, per superius dicta, quod videtur sentire Domini. cōsil. cv. in ij. col. vbi dicit in casu simili, quod licet pendente lite super priuatione beneficii ob aliquod crimen, possit ille qui venit priuandus, tale benefi-

neficium renūciare, vt sentit glo. not. in c. ij. in ver.  
 finita. ibi dum dicit, cedat vel decedat, vt lit. pen. li.  
 vj. non tamen hoc facere poterit ex causa permu-  
 tationis: imò si fecerit resignationem ex causa per-  
 mutationis, poterit de illo prouideri illi qui impe-  
 trauit in euentum priuationis. Quod ego intelli-  
 go verum quādo fuit scriptum in terminis de qui-  
 bus supra, videlicet, super certo beneficio, tum quia  
 per resignationem inducitur vera vacatio, vt sæ-  
 pius dixi, tum etiam quia per tale mandatum † su- 16  
 per certo beneficio, videtur illud iam esse affectum  
 in fauorem impetrantis, & illi per hoc quæsitum  
 ius saltem ad rem, quod ei auferri non debet ex fa-  
 cto beneficiati, per illud quod in simili di. glo. no-  
 ta. in c. quauis tibi. in ver. in genere. de præbend.  
 lib. vj. † quòd per secundum mādatum speciale fa- 17  
 ctum super aliquo beneficio vacante, non præiu-  
 dicatur primo continenti reservationem illiusmet  
 beneficij in fauorem alterius: quia tam primum  
 quàm secundum potest dici speciale: & ideo præ-  
 ualet primum, nisi de primo in secundo fiat men-  
 tio specialis, quasi sentiat glo. quòd propter refer-  
 uationem factam in fauorem primi censeatur af-  
 fectum etiam antequàm vacet. & illam glo. dicit  
 notabilem Domi. consil. c. iij. in i. col.

Secus dico quando beneficium esset aliàs reserva-  
 tum, sed non in fauorem certæ personæ: quia tunc  
 valet prouisio de tali reservatione non habita mē-  
 tione, vt vult decis. Rotæ dccclxxvij. incip. Vtrū si  
 Papa. in antiquis. Vnū tamen obstat cōtra determi-  
 nationem Domi. quam superius retuli, dum vult



- 18 † quòd si priuandus resignet ex causa permutatio-  
nis, potest nihilominus de beneficio taliter resigna-  
to prouideri illi qui impetrauit in euentum priua-  
tionis. Obstat (inquam) tex. cū sua materia in c. si-  
sceptum. de rescrip. li. vj. vbi dicitur, quòd expresso  
vno modo vacationis, puta in euentum priuationis  
non venit alius, vt puta ex causa permutationis. Et  
propter hoc in talibus impetrationibus per priua-  
tionem solet hæc clausula adiici, Et cum decreto †  
19 quòd resignatio cedat in fauorē impetrantis, quod  
solet concedi post primam priuationis sententiam,  
antè minimè. Et ita debet intelligi dictum Domi.  
aliàs non bene diceret.

- Ex prædictis colligitur casus in quo beneficium  
vacans ex causa permutationis potest conferri al-  
teri quàm permutanti, vt patet supra in ver. & per  
supradicta. Nec obstat tex. in c. i. de rer. permut. lib.  
20 vj. per quem disponitur quòd † expectātes aposto-  
lici non possunt acceptare beneficia vacantia ex  
causa permutationis, nec de illis sibi facere proui-  
deri. Quod procedit etiam si expectās haberet gra-  
tiam motu proprio, nihilominus non potest impe-  
dire permutare volentes, vt vult Domi. consil. ciiij.  
in pe. col. quia dico quòd cū ille tex. disponat illud  
ex quadam æquitate contra strictas regulas iuris, vt  
patet ibi. dum dicitur, Æquitatem præferentes in  
hac parte rigori, & c. certè tenendus est in propriis  
terminis in quibus loquitur: quia † omnis recessus  
21 à iure est odiosus & restringendus. c. i. de fi. presb.  
li. vj. Vnde cum ille text. loquatur de expectātibus  
beneficia incerta, non debet habere locum in re-  
seruatiuo



seruatio habente gratiam ad certum corpus beneficij cum primùm vacabit, cum iste plus iuris habeat, quàm ille qui expectat in genere.

Ex hoc infero vnum valde notandum, quòd expectans dignitatem in certa ecclesia, quam primò ibidem vacare contigerit, si non sit in illa ecclesia nisi vnica dignitas post pontificalem, certè illà obtinens † non poterit resignare simpliciter, vel ex <sup>22</sup> causa permutationis in præiudicium expectantis, præsupposito quòd talis dignitas aliàs includatur in gratia expectantis: quia tunc militat eadem ratio in tali expectante, licèt generaliter, quæ est in reseruatiuo specialiter, patet per tex. in c. ex parte. i. de offic. deleg. cū ibi nota. vbi probatur sec. doct. † quòd <sup>23</sup> dispositio non dicitur generalis, quando potest verificari in vna specie tantùm, quanuis generaliter loquatur. Quòd intelligo sanè quando dispositio loquens generaliter potest verificari in vna specie tantùm, ita quòd non in alia, prout posui exemplū de expectate dignitatem primò vacaturam in certa ecclesia, in qua non est nisi vna post pontificalem: tunc procedit quod dixi per rationem de qua supra, & per illud quod in simili dicit Bal. in l. quisquis. C. quor. app. non rec. & Canonistæ in c. cum omnes. de constitut.

Secus dicerem quando dispositio venit verificanda in vna specie de multis & diuersis speciebus, dūmodo nō certitudinaliter in aliqua earum, sed quæ priùs occurrerit. Tunc enim procedit dispositio d. c. vnici. de rer. permut. lib. vj. Nam isto secundo casu potius dicitur dispositio generalis quàm specia-

lis, ex quo habitualiter comprehendit multas species, licet effectualiter veniat verificanda in vna tantum. quicquid in hoc dicat Bar. in l. si domino. ff. de lega. i. quem seq. Ab. Panor. in c. pastoralis. §. quoniam. de rescrip.

Limitatur aliter & secundò dispositio d. c. vnici cū superius dictis, videlicet vt non sit locus expectantibus, † quando vacant beneficia ex causa permutationis. Illud est verū, nisi permutatio fieret fraudulenter ad excludendum expectantem, qui expectabat beneficiū pingue verisimiliter de proximo vacaturum. Tunc enim si obtinens beneficium tenue illud resignet, & ex causa permutationis cōsequatur pingue, eo ipso probata est fraus per expectantem, qui potest illud pingue vel aliud, si prius ipsum vacare contigerit, petere & habere, vt est casus formalis in c. si. de renun. li. vj. fa. c. quia verisimile. de præsump. vbi probatur quòd non est verisimile vt fiat permutatio beneficij pinguis cum tenui. Et ratio est, quia † temporibus nostris augeri cupimus, non minui, & ascendere potiùs quàm descendere, vt di. glo. in c. cum accessissent in. ver. cōfirmatum. de constitut. eadem verba ponit vna decis. ecc. incip. Si mandetur alicui prouideri, in nouis. alleg. c. quanto. & c. licet. de transla. prælatorum. Stantibus ergo huiusmodi circumstantiis præsumenda fraudis, succurritur expectanti ( vt supra) aliàs † sola inæqualitas reddituum in beneficiis permutatis non facit sufficientem fraudis præsumptionem, sec. Io. Mo. & Io. An. quos ibi seq. moder. in d. cap. vnico. de rer. permuta. in sexto. quod etiam tenet decis.



Rotæ cxxix. incipiens, Nota quòd non vitiatur. in antiquis. arg. l. dolus. C. de rescin. vend.

Secundus casus per eundem modum vacationis est, † quando vacat beneficium ex causa simplicis resignationis: prout quando quis sponte & liberè resignat in manibus superioris habentis potestatem admittendi resignationem. Quo casu quantum ad resignantem vacat beneficium tam quo ad proprietatem, quàm quo ad possessionem. Sed non vacat statim quo ad superiorem, nisi ille acceptet resignationem, quia potest resignantem etiam inuitum ex causa in beneficio retinere. c. admonet. & c. quod in dubiis. cum ibi not. de renuncia. Istud tamen quod dixi quo ad resignantem vacare beneficium tam respectu proprietatis, id est, tituli, quàm etiam quantum ad possessionem, intelligo sanè de possessione iuris, quia illam perdit resignas, vt not. Innoc. in d. c. quod in dubiis. Nam potest postea de facto incumbere in possessione: & si tali possessione spoliaretur, veniret restituendus, vt ponit Innoc. in c. super hoc. de renuncia. & dec. Rotæ lvij. quæ incipit, Licèt reus, in nouis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Resignatio fieri debet sponte, non per metum,
- 2 Voluntas coacta est voluntas.
- 3 Actus meticulosi de iure canonico regulariter tenent, possunt tamen elidi.
- 4 Vbi requiritur libera voluntas, coacta voluntas non dicitur voluntas.



- 5 *Resignatio fiat liberè. i. sine pactione, conditione, vel modo.*
- 6 *Propositum in mente retentum non operatur conditionem vel modum.*
- 7 *Resignans vt conferatur certæ personæ, cessante aliâ fraude non est illicitum.*
- 8 *Expressio eorum quæ tacitè insunt, etiam in spiritualibus nihil operatur.*
- 9 *Superior admittit resignationem simpliciter reiecta omni conditione & modo.*
- 10 *Renunciatio simoniaca non tenet, etiam in præiudicium renunciantis.*
- 11 *Collatio alteri quàm compermutantibus facta, quare non valeat.*
- 12 *Ordinarius confert beneficium alteri, quàm illi cui in fauorem est resignatio facta.*
- 13 *Quis intelligatur superior, vt possit resignationem recipere.*
- 14 *Resignatio debet fieri in manibus episcopi in cuius diocesi situm est beneficium.*
- 15 *Qui præscripsit collationem, non per hoc censetur præscripsisse destitutionem, seu resignationis receptionem.*
- 16 *Potestas admittendi resignationes debet specialiter concedi.*
- 17 *Exequutor ad prouidendum non potest resignationes recipere.*

- 18 Auditor non recipit resignationes beneficiorum de quibus coram eo agitur, bene tamen cessationem litis & causae.
- 19 Resignatio beneficii facta in manibus vicarij non habentis ad hoc speciale mandatum, non valet.
- 20 Per admissionem resignationis clericus ab ecclesia alienatur.
- 21 Vicarius specialis in beneficalibus nihil validum facit.
- 22 Dispositio c. susceptum. de rescr. in vi. non habet locum in collationibus ordinariorum.
- 23 Habens potestatem recipiendi resignationem, nõ confert, nisi specialiter sit mandatum.
- 24 Vicarius presentatos per patronos sine speciali mandato instituit.
- 25 Instituire presentatos est necessitatis, & expeditur per modum iustitiae.
- 26 Nullum tempus ad instituendum est prefixum, bene tamen ad presentandum.



Odò pro declaratione huius secundi casus sciendum est primò, quòd resignatio † debet fieri sponte, aliàs si fiat per metum, non tenet ipso iure, vt vult decis. ccij. incip. Nota quòd resignatio. in antiquis. vbi alleg. nota. in c. super hoc. de renun. Quod est satis mirũ, & non trãsit

- 2 sine dubio, quia † voluntas coacta voluntas est. l. si mulier. §. si. ff. quod met. caus. not. gl. per illū tex. in c. meritò. xv. q. i. Vnde ex quo in resignatione facta per metum adest voluntas, deberet tenere merito iure, quanuis propter metum adhibitum possit
- 3 rescindi, maximè cū † de iure canonico actus meticulous regulariter teneant, licet possint rescindi, vel per exceptionem elidi, vt nota. in c. cum dilectus. quod met. cau. & ita in terminis tenet alia decis. in nouis. ccclxxxiii. j. incipiens. Fuit dubitatum. nisi saluando primam decisio. Rotæ dicatur, quod cum resignatio debeat fieri liberè (vt statim dicam) si fit per metum, non dicitur voluntariè nec liberè
- 4 facta: quia † illud quod dicitur, voluntas coacta voluntas est, non habet locum vbicunque requiritur libera voluntas, p̄t̄ur in matrimonio. c. veniens. & c. cum locum. de spons. quod expressè firmat glo. in d. c. meritò. & ita posset dici in resignatione, vt si fiat per metum, nō teneat ipso iure. Et ita saluo primam decisionem, sed fortè in puncto iuris secunda est verior.
5. Secundò requiritur quod resignatio † fiat liberè, hoc est, sine aliqua pactione, cōditione, vel modo. c. cum pridem. de pac. no. gl. in c. cum vniuersorū. de rer. permut. & in c. ex parte. de off. delega.

Ex quo infero secundum aliquos, quod volens renunciare beneficio suo in fauorem alterius, non potest deducere in pactum, quod resignat cum hoc vt conferatur illi, vt videtur tenere Panor. post glo. in d. c. ex parte. Debet ergo purè & liberè resignare in manibus superioris, licet gerat in animo vt  
confe-



conferatur certæ personæ, non renunciaturus aliàs,  
 † quasi propositum in mente retentum non ope- 6  
 retur conditionem vel modum. l. si repetendi. C. de  
 condi. ob. caus. cum vulga.

Possit tamen probabiliter dici † quòd licitè pos- 7  
 sit resignans verbis exprimere illud quod in men-  
 te gerit, dicendo, resigno in fauorem talis, tum  
 quia isto casu cessat omnis pactio, cōditio, siue mo-  
 dus: tum etiam quia † expressio eorum, quæ tacitè 8  
 insunt, nihil operatur etiam in spiritualibus, vt vult  
 glo. ij. in c. significasti. de elect. & in c. ij. eod. tit. lib.  
 vi. Et per has rationes tenet Domi. in c. vnico de  
 rer. permutat. lib. vi. quòd permutates adinuicè sua  
 beneficia possunt petere à superiore hanc permu-  
 tationem, & exprimere quòd renunciant permu-  
 tationis causa, vt probat. in clem. i. eod. titu. quia  
 (vt dixi) licet eis exprimere quod in mēte gerūt: &  
 in effectu pro hoc videtur esse casus in d. c. ex parte.  
 vbi Papa non scripsisset sub illa forma, si cōtinuisset  
 simoniã, videlicet dū dicit, Literas impetrauit, vt si  
 auūculus suus Archidiaconatū quē habebat, vellent  
 omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari, & c.  
 nec obstat verbū, omnino, quod exponit ibi glos.  
 id est, sine aliqua pactioe, conditione, vel modo:  
 quia intelligo ego de pactioe, cōditione, vel modo  
 aliàs illicito, & cōtinente simoniã, prout sentit glos.  
 in d. c. vnico. dū exponēs verbū liberè, dicit, Vt si-  
 monia vitetur. alleg. c. cū pridē. de pact. At resigna-  
 re in fauorē certæ personæ vt cōferatur illi, nō cōti-  
 net aliquod illicitū, dū modo cesset fraus & simonia:  
 ergo non debet censeri prohibitum per supradicta.

- 9 Puto tamē ꝑ quòd superior possit admittere resignationem simpliciter reiecta omni conditione & modo: quia per resignationem resignans amittit titulum beneficij, & multò fortius possessionem iuris, quæ facilius perditur. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. pos. prout dixi superius. In facultate autem superioris est acceptare resignationem simpliciter, vel cum modo, cum totum hoc dependeat à potestate ipsius. c. quæsitum. de rer. permut. Hinc
- 10 est ꝑ quòd licet renunciatio simoniaca non teneat etiam in præiudicium renunciantis, vt vult glos. in c. super hoc. in ver. pecuniæ. de renunc. & po. decis. Rotæ ccxxxvj. incipien. Nota quòd resignatio. in antiquis. potest tamē superior eam simpliciter admittere, & tertio illud beneficium conferre, prout sentit Domi. consi. cxxv. in ij. col. & ita teneo, excepta resignatione, quæ fit ex causa permutationis.
- 11 Quo ꝑ casu non valet si fiat alteri collatio, nisi ipsi permutantibus, vt in clem. vnico. de rer. permuta. & ratio illius clem. est sec. Stef. & Card. ibi. quia talis renunciatio intelligitur fieri sub modo: ideo nõ habet effectum, nisi adimpleatur modus, id est, sequatur permutatio. Et licet istamet ratio videatur militare eo etiam casu quo fit resignatio per modum, de quo superius, videlicet vt alteri conferatur: dico tamen quòd dispositio illius clem. non debet extendi, sed teneri tantum in terminis in quibus loquitur: quia venit limitatiuè ad ius antiquum, quo beneficia resignata ex causa permutationis poterat aliis quàm permutantibus conferri, adeò quòd de illo iure necessaria erat gratiosa prouisio, vt nõ valeret



Ieret collatio alteri facta. c. inter cetera. de praben.  
 & in c. cum vniuersorum. de rer. permuta. & ideo  
 extra casum d. clem. standum est in aliis casibus iu-  
 ribus antiquis. Cōsequenter si ordinarius in primo  
 casu conferat beneficium † alteri, & non illi in cu- 12  
 ius fauorē fuit resignatum, nemini iniuriā facit, cū  
 vtatur iure suo. c. cum ecclesia. de elec. cum vul.

Tertiò ad validitatem resignationis requiritur  
 quòd fiat in manibus superioris, vt in d. c. admo-  
 ner. iun. c. in dubiis. Ille autem intelligitur † supe- 13  
 rior in hoc casu, qui possēt illum inuitum destitue-  
 re, vt di. glo. in clē. vnica, in ver. manibus. de renun.  
 & ideo possibile est quòd resignatio fiat in mani-  
 bus vnius, & collatio ad alium pertineat iure suo.

Ex quo sequitur quòd licet quis possit conferre  
 beneficium sitū in diœcesi alterius episcopi ex pri-  
 uilegio vel consuetudine præscripta: non ideo ta-  
 men poterit resignationem illius recipere, vt sentit  
 glo. & ibi clarè hoc firmat Cardi. in clemen. vni de  
 rer. permut. in vij. quæstio. Consequenter † debet 14  
 fieri resignatio in manibus episcopi, in cuius diœ-  
 cesi situm est beneficium quod resignatur, & non  
 in manibus habentis illius collationē ex priuilegio  
 vel præscriptione. Licet † enim præscripserit col- 15  
 lationem, non sequitur ergo & destitutionem, seu  
 resignationis receptionem, quia tantum præscri-  
 ptum quantum possessum, & non plus. c. si. de offi.  
 arch. & c. auditis. & c. cum olim. de præscri. Et ita in  
 terminis tenet decis. Rotæ cccxcviij. incip. Si ali-  
 quis episcopus. in nouis. Hinc dicit alia deci. ccviiij.  
 incip. Nota quòd si cui. in antiquis. quòd habens



potestatem conferendi beneficia vacantia, ex concessione superioris non potest admittere resignationem beneficiorum. Et propterea † opus est quod istud specialiter concedatur & expressè, videlicet vt possit resignationes beneficiorum recipere, & resignata conferre, vt prob. tex. apertus in c. dudum. in princip. de præben. lib. vj.

Hinc secundo dicit alia decis. ccccxxxi. incip. 17 Quæritur vtrum. in antiquis. quod † exequutores gratiarum dati ad prouidendum non possunt admittere resignationes beneficiorum, vt de beneficiis sic resignatis prouideant. & hoc per rationes de quibus supra.

Hinc tertio dicit alia decis. dccvij. in antiquis. 18 quod † auditor sacri palatii non potest recipere resignationem beneficii, de quo coram eo litigatur, sine speciali mandato Papæ: licet possit recipere cessionem litis & causæ. Et ita dicit seruire Romam, quod est notandum propter clem. auditor. de rescrip.

Hinc quarto dicitur non valere † resignationem beneficii factam in manibus vicarij non habentis ad hoc speciale mandatum, prout consuluit Cald. consi. iij. incip. An renunciatio. in tit. de renun. as- 20 signat aliquas rationes: sed hæc est potissima, per † admissionem renunciationis clericus ab ecclesia alienatur, sed vicarius alienationem facere non potest, iuxta illud quod no. Inn. in c. ad hæc. de offi. arch. vbi dicit archidiaconum, qui est vicarius episcopi, non posse alienationibus consentire: ergo nec vicarius generalis poterit renunciationem sine spe- 21 ciali mandato recipere. De vicario † autem singulari,  
hoc

hoc est, ad id solum deputato, minus est dubium, ut po. dec. Rotæ cclxxxvii. incipiens, Nota quòd episcopus. in antiquis. dicēs quòd vicario seu officiali generali potest dari potestas conferendi beneficia vacatura, & recipiendi resignationes. c. si. de offic. vic. lib. vj. sed singulari personæ de singulari beneficio committi non potest. c. deliberatione. §. prohibemus. de offi. leg. lib. vj. & ibi hoc no. Io. And. imò fortius tenet alia deci. cccxcvij. inci. Si episcopus. in nouis. quòd nedū singulari personæ, sed nec etiam vicario generali potest cōmittere episcopus in specie resignationem seu admisionem resignationis, & collationē certi beneficij: quia per talem cōmisionem datur via ad vacaturum beneficium conferendum, contra cōcilium Lateran. de quo in c. nulla. de concess. præb. cum similibus. Quod videtur valde mirum: & propterea non contentus de præmissa determinatione, inueni vnā decisionem mirabilem in antiquioribus quintam in ordine, in titu. de concess. præbend. vbi tenet totum contrarium, etiam in cōmisione quæ fit per episcopum singulari personæ, ut valeat & teneat: licet sibi cōmittatur quòd recipiat resignationem certi beneficij, & ea recepta conferat, &c. quia per hoc non aperitur via ad vacaturum, & sic cessat votum captandæ mortis. Nam tali casu non committitur generaliter potestas conferendi quouis modo vacet illud beneficium, quo casu veniret etiam modus vacandi per mortē, consequenter nō valeret: quia per hoc posset captari mors aliena, cōtra iura cōmunia. At in casu præmissa & in terminis nostris non cō-



mittitur generaliter potestas conferendi quouis modo vacet, sed duntaxat si vacet per resignationem: per quem modum cessat ratio concilij generalis, & periculum captanda mortis: quia si vacaret aliter quam per resignationem, non deberetur illi pro quo taliter scriptum est, iuxta c. susceptum. de rescri. lib. vj. licet Domi. consi. cxix. in fi. col. dicat quod

22 dispositio † d. c. susceptum. non habet locum in collationibus ordinariorum. quod aliter pro nunc non discutio. subiicit praefata deci. quod compilatores dictaminis libri sexti errauerunt in reddenda ratione ad d. §. prohibemus. in c. deliberatione. praalleg. & quod ita fuit obtentum in Rora per tres instantias & sententias. Quod puto verissimum per rationes praemissas, quae sunt urgentes. & sic quandoque bonus dormitat Homerus.

Quapropter retenta ista prouisione pro vera, ut possit committi in genere & in specie potestas

23 recipiendi & admittendi resignationem, dico † quod talis commissarius non poterit beneficium sic resignatum conferre, nisi ad conferendum habeat speciale mandatum, sine quo non venit aliam facultas conferendi beneficia, prout tenet decis. Rotae hoc expressè determinans secundum meum nu. xliij. incipiens, Nota quod vicarius. in antiquis.

24 Quod videtur mirum prima facie, quia † potest vicarius presentatos per patronos instituere sine speciali mandato, sec. Arch. in c. fi. de offi. vic. lib. vj. & prob. in c. ex frequentibus. de instit. ergo deberet etiam posse conferre beneficia resignata ex causa permutationis, cum vterque actus expediatur ex

neces-



necessitate iuris, & non de mera gratia, vt prob. in c. i. de instit. lib. v. iun. cle. vnic. de rer. permuta.

Potest dici soluendo hoc contrarium, vt ideo presentatos posset instituere sine speciali mandato, sed non cōferre beneficia resignata ex dicta causa, † quia primū est precisā (vt ita dicā) necessitas, & expeditur per modum iustitiā, vt prob. text. in c. decernimus. xvj. q. vlt. nimirum si trāsit in generali mandato, vt ponit Egidius, conclus. xcij. incip. Licet vicarius. Secundum verò non est tantæ necessitatis, quia possunt taliter permutantes habere recursum ad episcopum pro collatione obtinenda, per illud quod in simili di. dec. Rotæ xxij. incip. Fuit dubitarum. in nouis. Dubito tamen de ista solutione, quia istamet ratio de facultate habēdi recursum ad episcopum, militat etiam in institutione obtinenda, ex quo maximè periculum nō est in mōra, quia † nullum tēpus ad instituendum 26 reperitur in iure expressum, sed tantum ad præsentandum, vt di. dec. ccxij. incip. Secundum omnes in nouis. Præterea non videtur minor necessitas in secundo casu, quàm in primo. transeat tamen propter authoritatem dominorum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Vacationis modus fit per promotionem ad ecclesiam cathedralem.*
- 2 *Si post cōsecrationem & possessionem cōsecratus non recipit fructus, alia beneficia nō vacant, sed ea retinet, ideo interim nec acceptari*

- possunt, cui practica curia resistit.
- 3 Prouisio Papæ habet vim electionis & confirmationis.
  - 4 Prorogatio de non consecrandis fiat motu proprio, non ad instantiam.
  - 5 Dispensatio circa vnum, extenditur ad consequentia illius.
  - 6 Tempus consecrationis non currit inquisito, vel accusato, seu denunciato.
  - 7 Impeditus non potest dici negligens, nec incurrit poenam negligentia.
  - 8 Si prouisus facit se statim consecrari, an statim vacent priora beneficia.



**S**ecundus † principalis modus vacationis est per promotionem ad ecclesiam cathedralem. Nam beneficia promoti ad illam vacant postquam consecratus extiterit, & pacificam possessionem habuerit, vel per eum steterit quo minus eam assequeretur. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elec. iun. c. licet episcopus. de præb. lib. vj. Interim autem conferri non possunt, vt prob. in c. post electionem. in ver. confirmationem. iun. gl. sup. eo. ver. de concess. præb. Et propterea di. alia gl. Io. An. in c. si tibi concessio. sup. ver. vacare. de præb. li. vj, per illum text. quod † etiam post consecrationem & adeptam possessionem si fructus episcopatus non percipit promotus, vt quia ex causa certo tempore debentur

bentur alteri, certè tunc priora eius beneficia aliis conferri nõ possunt, sed per eundem interim retinebuntur. Plus dicit Roma. consi. cccxxxv. inci. Circa primũ. in i. col. quòd interim nedum cõferri, sed nec etiã possunt acceptari, arg. c. beneficiũ. de reg. iur. lib. vj. in curia tamen Romana cõtrarium practicitur, quia beneficia prouisi & ibidem cõsecrati statim conferuntur ante adeptam possessionẽ episcopatus. Quam quidem cõsuetudinem di. Io. And. propter prædicta dãnabilem, in cle. i. in gl. sup. ver. collato. vt lit. pend. hoc etiam refert & seq. Rom. consi. cccxlv. in iiij. col. Ante consecrationem autẽ vel ante lapsum tempus de consecrandis episcopis, etiam in curia non solent conferri talia beneficia, licet † prouisio Papæ habeat vim electionis & confirmationis. vt di. glo. in c. i. in ver. prouisionem. de elect. lib. vj. & prob. in c. cum olim. & ibi Inno. de cau. pos. sed lapso tempore consecrationis statuto à iure, possunt de cõsuetudine curiæ (vt dixi) conferri statim, † nisi illud tempus prorogetur electo per Papã motu proprio: secus si ad illius supplicationẽ, vt di. decis. Rotæ cccclxxxvj. incip. Verum episcopus. in antiquis. alleg. Inno. & Ioan. An. in d. c. cum in cunctis. vbi assignant rationem diuersitatis inter primum casum & secundum, quia in primo casu debet fieri larga interpretatio, ex quo fuit dispensatum motu proprio, arg. c. si pluribus. de præli. vj. quæ ratio cessat in secundo. Sed d. Ant. & Panor. in d. §. cũ verò. tenet indistinctè, vt durãte prorogatione etiã ad instãtiã & supplicationẽ promoti facta, non vacent interim priora illius beneficia:



nam vacatio beneficiorum venit consequutiue ad  
 5 consecrationem: dispensatio † autem ad vnum ob-  
 tenta extenditur ad consequutiua illius, in glo. no.  
 in c. quia in tantum. de præbend. & in c. si quis in  
 clero. vij. q. i. facit ad hoc bonus text. in c. accepi-  
 mus. de ata. & qualit. vbi probatur quod approba-  
 tus ad ordines, videtur approbatus ad beneficium  
 tanquam ordinum consequutiuum. Et hanc par-  
 tem prædictis rationibus puto veritorem.

Quid autem si promotus ad episcopatum accu-  
 setur, inquiratur, seu denuntietur, ita quod pen-  
 dente iudicio labitur tempus cōsecrationis, an pos-  
 6 sint sua beneficia conferri? Et certè † si tempus pe-  
 tendæ consecrationis non currit inquisito vel accu-  
 fato seu denuntiato, prout consuluit Dom. confi.  
 xlij. in fi. col. tunc clarum est quod non vacant in-  
 terim sua beneficia, ex quo non est negligens in  
 7 petenda consecratione stante impedimēto: † nam  
 impeditus non potest dici negligens, nec incurrit  
 pœnam negligentia, quanuis impedimentum pro-  
 uenerit ex culpa sua, vt prob. bonus text. in c. quia  
 diuersitatem. de concess. præbend.

Vltimò pro complemento istius modi vacatio-  
 8 nis, quæritur vtrum † si prouisus de episcopatu fa-  
 cit se statim consecrari, debeat expectari lapsus triū  
 mensium, qui dantur à iure ad consecrationem, vel  
 possint statim conferri priora eius beneficia? glo. in  
 d. §. cum verò. tenet hoc vltimum, sed Hostien. ibi  
 contra. Vnde concordando opiniones distinguit  
 ibi Ioan. And. quod aut statim post cōsecrationem  
 habuit possessionem episcopatus, & vera sit opi.  
 glo.

glo. aliàs non sufficit sola consecratio. Hoc sequitur ibi Panor. & est verissimum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Tertius vacationis modus ponitur, videlicet per c. de multa & extrauagantem execrabilis.
- 2 In quo differant c. de multa & extrauag. execrabilis.
- 3 Assequutio secundi incompatibilis sit pacifica de iure & de facto.
- 4 Non dicitur assequutio pacifica, quando statim cœpit esse litigiosa.
- 5 Beneficium requirens residentiam, non operatur ipso iure vacationem.
- 6 Realis dimissio incōpauibilis impedit pœnas extrauag. execrabilis.
- 7 Verba designant voluntatē & consensum, quæ declarantur factis.
- 8 Plus est factis demonstrare, quàm verbis dicere.



Tertius vacationis modus est per c. de multa, de præben. item per constit. execrabilis. Ioan. xxij. in quibus disponitur, quòd habēs beneficium curatum, aut dignitatem, vel personatum etiam non curatum, si recipit secundum tale, vacat primum ipso iure. Et idem si recipit alterū de his prohibitis simul cum alio. Vnde si habens

personatum recipit dignitatem, vel beneficium curatum, aut etiã officium perpetuum, vacat primũ, & econuerso: vt in prædi. iuribus. iun. c. i. de cõsue. lib. vj. Differentia † tamen est inter c. de multa. & constit. execrabilis. in hoc, quia per c. de multa vacat primũ ipso iure, sed retinet secundũ: nisi vtrunque retinere contenderit, quia tunc etiam secundo spoliandus est, vt ibi. sed per constit. execrabilis. disponitur plus in hoc, quia consequutus secundum tenetur renũciare primo, & illud dimittere absque morã dispensio verbo & facto in manibus ordinarij sub testimonio publico: aliã est inhabilis ad ordines ecclesiasticos sacros, & quãcunque ecclesiastica beneficia, vt ibi in §. quia verò.

Modò pro declaratione prædictorũ iurium aduertendum est ad aliqua. Et primò, vt dicta iura intelligantur quando secũda assequutio † est pacificanedum de facto, sed etiam de iure, puta quia non litigiosa: aliã non est locus di. iuribus, † dummodo in limitibus legitimæ possessionis moueatur lis, iux. glos. in c. commissa. de elect. lib. vj. & expressè po. Egid. conclus. ccccxcvij. incip. Non est locus. & hoc modo debet intelligi & limitari deci. Rotæ lxj. incip. Sufficit. in novis. quæ dicit quòd impetrati beneficium vacaturum per assequutionem, sufficit probare assequutionem de facto. Quod ego intelligo, nisi in limitibus legitimæ possessionis fuerit eidem lis mota, vt superius dixi.

Secundò debet intelligi in beneficiis incompatilibus, qualia sunt illa, de quibus supra. Secus si habes beneficium curatũ assequatur aliud simplex, quod



quod tamen requirit residentiā: quia per talē asse-  
 quutionem nec perdit primum, nec secundo spo-  
 liandus est ex hoc capite, sed ex alio fortè, si non  
 resideat in eo, sec. domi. de Rota decif. clxxxiii. in-  
 cip. Nota quòd habens. in antiquis. & assignant ra-  
 tionem ibi, quia cap. de multa. est pœnale, & de-  
 bet solùm in terminis suis teneri, & sic istū casum  
 non comprehendit.

Tertiò quo ad cōstit. execrabilis. in §. quia verò.  
 notandum est quòd ad euitandas illas pœnas suffi-  
 cit t quòd primum incompatible dimittatur rea- 6  
 liter & cum effectu, licèt non fiat verbalis dimissio,  
 prout egregiè tenet Egidius conclus. dcclv. incip. Si  
 rector. comprobans hoc multis argumentis, &  
 respondens ad tex. in di. extrauag. qui prima facie  
 videtur innuere contrarium, dum dicit, verbo &  
 facto, quasi innuat ille tex. quòd non sufficit realis  
 dimissio, nisi sit etiam verbalis, dicit Egid. quòd de-  
 bet subaudiri in quantum ibi dicitur, verbo, vel a-  
 lio modo æquipollenti, puta signo, nutu, vel literis:  
 sufficit enim vt qualitercunque coram ordinario  
 etiam sine verbis suam voluntatem circa dimitte-  
 dum primum incompatible ostendat, argu. cap.  
 tua. cum ibi nota. de spons. Verba t enim designat 7  
 voluntatem & consensum. c. is autem. xxij. q. ij. qui  
 consensus & voluntas ita declaratur factis sicut  
 verbis. cap. dilecti filij. de appel. vbi dicit glo. quòd  
 t plus est factis demonstrare, quàm verbis dice- 8  
 re. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edicto. Satis  
 est ergo quòd rector illius ecclesiæ intra mensem à  
 tēpore assequutionis secūdi incompatible realiter

cum effectu & sine fraude dimittat primum, & eius possessionem, licet intra dictum mensem coram ordinario sub publico testimonio illud verbotenus non relaxet. quod est notandum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vacationis modus fit per non promotionem ad presbyteratum.*
- 2 *Annus ad promovendum quando & quibus non curvat.*
- 3 *Dispositio c. licet Canon. non habet locum in non curatis, licet requirant sacerdotium, sed tantum in parochialibus.*
- 4 *Obtinens beneficium presbyterale si non promoveatur, illo priuatur, ipso iure.*
- 5 *Conditionem contrahentis tecum, & rei super qua contrahitur, non debes ignorare.*
- 6 *Verbum priuationis futuri temporis non importat sententiam ipso iure.*
- 7 *Vacatio ob non promotionem non fit nisi anno completo, in fine cuius valet licentia de non promovendo favore studij per ordinarium concessa.*
- 8 *Promovendus ad presbyteratum ratione parochialis potest permutare in fine anni etiam decies.*
- 9 *Pluralitas permutationum fraudem necessario non*

*non concludit, aliquando autem cōcludit cef-  
santibus coniecturis.*



Vartus principalis † vacationis mo-  
dus est per c.licèt canon. de elec. lib.  
vj. quando obtinens ecclesiam paro-  
chiale non efficitur sacerdos intra  
annum: nam illo elapso si promoueri  
se nō fecerit, priuatus est ipso iure, nulla etiam præ-  
missa monitione, vt habetur ibidem. Currit † au-  
tem iste annus (vt dicit glo.) ex quo habuit pacifi-  
cam possessionem, vel per eum stat quo minùs  
habeat: nec currit iustè impedito, vt proba. in cap.  
commissa. eod. tit. & ista sunt communia & vul-  
garia.

Sed pro maiori præmissorum declaratione, sciē-  
dum est quòd dispositio d.c.licèt canō. & istiusmo-  
di vacationis respectu pœnæ ipso iure incurrendæ,  
habet † locum in ecclesia parochiali tantùm, id est,  
cuius rector habet curam populi intra illos limites  
cōgregati. Hinc dicitur parochia, quasi partitio cu-  
ræ, vt ibi decla. Domi. & Roma. consi. ccclvj. sed nō  
habet locum in aliis ecclesiis & beneficiis non cu-  
ratis, vt per Rotam decis. cccccxx. incip. Nota quòd  
tenens. in antiquis. vbi dicit, quòd tenens capella-  
niam requirentem sacerdotium, non priuatur ea  
ipso iure, nisi fuerit monitus, posito quòd non pro-  
moueat intra annum (& idem ego intelligo de  
alio beneficio sacerdotali, dummodo non curato.)  
Ratio illius decisionis est, quia c.licèt canō. est pœ-  
nale, & ideo non debet extendi, cum iurib. vulg.



- 4 Intelligo tamen sanè istud & limito, videlicet nisi tale beneficium ex sui fundatione haberet hoc onus annexum cum pœna expressa, quòd obtinens illud promoueatur intra annū ad ordines illi annexos, aliàs priuetur: quia tunc si non facit se promoueri, perdit illud absque alia monitione, & sic tali casu habet locum d.c. licèt canō. prout expressè firmat alia decis. cvij. incip. Nota quòd vbi. in antiquis. Imò plùs dicitur ibi, quòd ignorantia non excusat illū, dato quòd obtinuerit huiusmodi beneficium ex causa permutationis: quia † qui cum alio contrahit, conditionem contrahentis, & rei super qua cōtrahitur, scire debet. reg. qui cum alio. de reg. iur. lib. vj.

Sed mirum est quòd illa decisio ponat terminos quæstionis respectu priuationis per verbum futuri temporis, dum dicit, aliàs priuetur, quòd verbum † cum sit (vt dixi) futuri temporis, importat factum hominis, non sententiã ipso iure, iuxt. glo. in c. si diligenti. de for. compe. & in l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. maximè ex quo (vt dixi) illud c. licèt canon. est pœnale, & consequenter nullatenus extēdendum. Per quam rationem tenuit Egidius de Bellamera conclusi. cliij. incipien. Papa, & c. quòd si dispensetur per Papam cum eo qui tenuit ecclesiam parochialem non promotus per plures annos, & committatur ex quotoribus, quòd dummodo ille ante omnia dimittat totaliter illam ecclesiam, se faciat ad sacros ordines promoueri. di. Egid. dicitur tunc currere non à data illarum litterarum, sed à die adeptæ possessionis, seu temporis quo

quo per eum stetisset, & hoc quo ad effectum priuationis de qua in d.c. licet canon. Fundamentum huius suæ opinionis contra cõcilia est illud, de quo supra, videlicet quia c. licet canon. imponens pœnã ipso iure, non est aliquo modo extendendum, & ideo illius dispositio est exactè seruanda, ideoque ex quo imponit pœnam priuationis ipso iure, & loquitur in priuatione iuris in re, non habebit locum in priuatione iuris ad rem: licet regulariter citius perdatur seu tollatur ius ad rem, quàm in re. c. fi. de concess. præbend. libr. vj. Pari modo igitur per eandem rationem dico in casu præmissio illius decisionis, quòd stante ordinatione fundatoris respectu priuationis per verba futuri tēporis, non potest habere locū dispositio sepe dicti capituli licet canõ. quo ad incurrendam priuationem ipso iure. Quare puto quòd verba illius decisionis sunt deprauata & corrupta, nisi dicatur quòd decisio intellexit quòd illo casu habet locum dispositio cap. licet canon. quo ad hoc vt monitio non sit necessaria, non autem quo ad incurrendam priuationem ipso iure, ex quo fundator fuit loquutus per verba futuri tēporis, vt supra.

Secundò principaliter intelligenda sunt præmissa, vt per non promotionē vacet ecclesia parochialis ipso iure, scilicet dummodo annus intra † quem 7 renebatur promoueri, ex toto sit elapsus, & nõ ante, dato quòd sit prope finem anni, ita quòd certum sit illum promoueri non posse intra illum annum, vt prob. tex. in cap. commissa. de elect. libr. vj. Et per hoc di. decis. Rotæ clxxxvij. incip. Nota quòd



tenens. in antiquis. valere licentiam concessam per ordinarium promouendo, quòd non promoueaturs causa studiorum, quanuis tempore licentiæ ille iam non posset promoueri propter breuitatem temporis circa finem anni: quia licet non possit promoueri: habet tamen ius in beneficio, donec annus totaliter sit elapsus. Posset etiam ecclesiam illam permutare, ex quo habet ius in illa, vt dixi. Imò fortius quo ad istud vltimum tenuit Oldr. consil. ccij. incipien. Factum tale est, collata fuit, &c. quòd † habens ecclesiam patochialem potest eam permutare decies in fine vel prope finem cuiuslibet anni, vt quia primam tenuit per decem menses sine promotione, & cum esset prope finem anni, permutauit eam cū alia ecclesia parochiali, quam etiam tenuit per decem menses: demum permutauit istam secundam cum tertia, & tertiam cum quarta, & quartam cum quinta. Certè si in ista quinta promoueaturs intra annum, vel si cum eo legitime dispensetur, valebunt omnes illæ permutationes precedenti: quia tempore cuiuslibet permutationis habebat ius in illa quam permutauit, ex quo (vt superius dixi) annus non erat totaliter elapsus. Nec † pluralitas permutationum fraudem necessariò cõcludit: quia multa potuerunt esse causa iteradæ permutationis, vel vicinitas, vel loci amœnitas, aut æris salubritas, argum. l. si cui fundus. ff. de leg. i. j. & in l. i. §. & aliàs videamus. ff. si quid in frau. patr. iun. l. si in emptione. ff. de minor. variæ enim sunt hominum voluntates. l. quia poterat. ff. ad Treb. cū vulg. Posset tamé probabiliter dici, quòd nisi essent tales con-




coniecturæ, quæ omnino & necessariò excluderēt fraudem, ex ipsa pluralitate permutationum toties reiterata satis concludenter esset probata fraus, arg. c. si. de renun. lib. vi. aliàs adinuenta foret via ad illudendum dispositioni prædictorum iurium, & essent verbis & non rebus imposta, forentque ludibrio, vt dicit tex. expressus in dic. c. commissa. Nam posset quis sub isto colore percipere fructus tot ecclesiarum non existens in sacris, & fortè ditatus ex patrimonio Iesu Christi, retrocederet, vt in simili di. tex. in c. cum ex eo. de elec. lib. vi. Tanta igitur variatio non caret suspitione fraudis: quia variatio in personis ecclesiasticis maximè vitanda est. de. i. de renunc. & hoc modo intelligo & restringo cōfil. Old.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vacationis modus fit per cōtractum matrimonij.*
- 2 *Beneficiatus si per verba de præsentis matrimonij contrahit, renunciat suis beneficiis.*
- 3 *Impetrans per cōtractum matrimonij, solum habet probare verba de præsentis, non carnalem copulam.*
- 4 *Cōtrahens matrimonium cum impubere xi. annos habente, perdit beneficia, licet matrimonium non fuerit consummatum.*
- 5 *Quis dicatur pubertati proximus, vt ad matrimonium contrahendum sit aptus.*
- 6 *Si beneficiatus minor pubertate contrahat ma-*

- trimonium per verba de presenti, eius benefici-  
cia vacant.
- 7 Contractus matrimonij de facto solum, an ope-  
retur vacationem beneficiorum.
- 8 Ordinatus in sacris, si de facto matrimonium cō-  
trahat, an beneficiis priuetur.
- 9 Bigamus indispensabilis est, nisi per Pa-  
pam.
- 10 Actus nulli inducunt effectum iuris.  
Matrimonium etiam nullum, inducit publicæ  
honestatis impedimentum.

1  Vintus vacationis modus est per † con-  
tractum matrimonij. c. i. & . iiij. de cler.  
2 coniug. Vnde si beneficiatus † contra-  
hit matrimonium per verba de præsen-  
ti, videtur per hoc renunciare suis beneficiis: quia  
cithara cum psalterio malè concordat, id est, vita  
actiua seu laicalis cum vita contemplatiua seu cleri-  
cali, vt leg. & no. in c. diuersis fallaciis. cod. tit. vbi  
di. eleganter tex. cum vir cogitet quomodo placere  
possit vxori, & ideo minus que dei sunt valeat co-  
gitare, auferendum est stipendium, id est, beneficiū  
ab eo, quia deo (à quo stipendium recipit) militare  
pleniùs non potest. Et propter hoc consuevit dis-  
pensari ad omnes ordines & beneficia cum illis,  
qui olim contraxerunt cum vnica & virgine nunc  
defuncta: ex quo iam cessat prædicta ratio.

Sed notandum est in practica, quòd impetran-  
3 ti beneficium vacans per hunc modum, sufficit †  
probare

probare matrimonium per verba de presenti contractum, quanuis non fuerit carnali copula consummatum, vt dic. decis. Rotæ xxvi. incipiens, Si impetretur. in nouis. Imò plùs tenet alia dec. ciiij. incip. Nota quòd vbi. in antiq. quòd si clericus †<sup>4</sup> beneficiatus contraxit matrimonium cum impubere habente xi. annos per verba de presenti, perdit suum beneficium, licet matrimonium non fuerit consummatum. Et ratio est secundum Rotam ibi, quia ex quo non stetit per eum quin consummaretur, videtur habuisse animum perdendi beneficium. c. nuper. de bigamis. iunc. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui nota. infra. Et pondero verba illius decis. quia cum mysterio dicit de contrahente cum impubere habente xi. annos. eo quòd illa ætas, cum sit proxima pubertati, dicitur apta ad matrimonium, contrahendum secundum vnã opinionem. Sed tenendo aliam opinionem, quæ habet, & quæ est verior, videlicet illum dici proximum † pubertati, & consequenter<sup>5</sup> aptum ad matrimonium contrahendum, qui distat à pubertate solùm per sex menses, prout tenet glo. communiter approba. in c. continebatur. in ver. proxima. de impub. despons. & ibi Innoc. dicit illam esse circa duodecimum annum, & sic proximam pubertati, quæ habet xi. annos completos cum dimidio, subiiciens hoc esse tenendum, quicquid dicant alij.

Stante ergo ista opinione pro vera, quam consulendo sequitur etiam Car. consi. iij. Certè præfata decis. Rotæ ciiij. superiùs relata non procedit



absque dubitatione: quia contrahens cum puella habente vndecim annos, dicitur contrahere cum minore, cum qua non potest dici contrahi matrimonium, licet contrahatur per verba de presentis: sed iuris interpretatione intelliguntur solum sponsalia de futuro. c. vni. de despons. impub. libr. vi. Vnde beneficium contrahentis cum tali minoris ætatis, non videtur vacare: quia tunc demum vacat per contractum huiusmodi, quando matrimonium est legitimè contractum, non autem per sola sponsalia de futuro, vt supra.

- 6 Idem dico si clericus beneficiatus † minor puerbertate contrahit matrimonium per verba de presentis, certè per eandem rationem non vacat eius beneficium, ex quo (vt dixi) iuris interpretatione intelliguntur contrahi solum sponsalia de futuro: & hoc in terminis firmat Io. An. in c. Ioannes. vers. de secundo cum quæris, & c. de cler. cõiug. vbi adducit duplicem rationem. Primò, quia sicut per acceptationem secundi curati non vacat primum, nisi subsequatur possessio, vel stet per ipsum quo minùs illam habeat. c. licet episcopus. de præb. lib. vi. c. similibus: sic nec per solam sponsonem de matrimonio contrahendo dicitur vacare beneficiũ.

Secundò, & ista est melior ratio. Sicut sponsalia de futuro non dissoluunt matrimonium. c. sicut. de spo. ita nec debent dissoluere primum coniugium spirituale, argu. c. inter corporalia. de transf. præl. Quapropter, vt saluetur illa decisio, dicerem in terminis in quibus loquitur, quòd per talem contractum clericus perdit beneficium, tunc demũ, quãdo  
minor

minor cum qua cōtrahit, peruenerit ad pubertatē; quia tunc spōsalia transeunt in matrimonium, iuxta iura communia. Vel oportet dicere quòd decisio prædicta intelligit de impubere proximo pubertati, per ea quæ superiùs dixi.

Quid autem † si matrimonium contractum per clericum beneficiatum non tenuit ex alio defectu quàm ætatis? & tunc secundum Ioan. An. in di. c. Ioannes. si non tenuit ex defectu consensus procedentis à furore ex parte ipsius clerici beneficiati, qui sic de facto contraxit, non perdit per hoc beneficium: quia sicut propter furorem non obligaretur profitendo. c. sicut tenor. de regularib. ita nec matrimonium contrahendo. c. dilectus. de spons.

Idem si non tenuit matrimonium propter furorem mulieris cum qua sic de facto contraxit: quia perinde est ac si cum imagine quadam vel cum dormiente contraheret. Idem si matrimonium non tenuit propter defectum consensus procedentis à metu, qui potuit cadere in constantem virum. c. veniens. & c. consultationem. de spons. Nam tali casu non teneret renunciatio etiam expressa. cap. ad audientiam. quod metus caus. multo minùs debet tenere tacita, quæ inducitur ex contractu matrimonij inualidi.

Si verò matrimonium † tenet ex consensu, sed non tenet proptet sacros ordines clerici sic contrahentis, isto casu de rigore iuris debet perdere beneficia, sec. Ioan. And. Nihilominùs si non incurrit ex illo contractu bigamiam, poterit episcopus cum eo in officio & beneficio post pœnitentiam dispõ-

sare. c. sanè. ij. de cler. coniug. sed si incurtisset pœnã bigamiæ, indispenfabilis est ab alio præter Papam. 9 c. nuper. de big. Papa etiam † cum tali bigamo difficulter solet dispensare, nisi sit qualificatus, vel ad instantiam magni domini. & tunc ad priuilegium fori tantùm, etiamsi secunda vxor uiuat. Cum bigamo tamen carente culpa bene dispensatur.

Poffet tamen non absurdè dici vltra Io. An. quòd in omnibus casibus præmissis, præterquam in vno, vt infrà subiiciam, clericus sic de facto contrahens, perdit beneficium mero iure, nec illud potest retinere absque dispensatione episcopi saltem, siue cõtrahat cum minore non proxima pubertati, siue cum furiosa, aut consanguinea: quia licèt matrimonium in dictis casibus non teneat, tamen ille fecit quod potuit, & quantum ad se habuit ecclesiam pro derelicta, arg. eorum quæ not. in c. quod in dubiis. & in c. admonet. de renun. Et dato quòd matrimonium taliter cõtractum per clericum sit nullum, debet tamen perdere beneficium mero iure: 10 quia † actus etiam nulli inducunt effectum iuris, vt patet in c. i. de sponsal. lib. vi. nam matrimonium etiam nullum & nulliter contractum inducit publicæ honestatis impedimentum. patet etiam in c. auditis. de elec. cum multis ibidem, in quibus habetur quòd electio prima inualida impedit secundam, nisi prima priùs cassetur. ad idem facit l. plane. in princ. ff. de leg. i. & text. in l. & si transferam. cum l. legatum. in fi. ff. de admi. leg. cum multis aliis, de quibus per Romanum consil. cccxxv. incip. Circa primum. in ij. col.




Ex quibus infero ad propositum de quo supra, vt quauis matrimonium contractum per clericū non teneat in illis casibus, tamen ille mero iure debet perdere beneficium, nisi cum eo dispense- tur, vt supra. Sed istud non procedit in vno casu, videlicet quando matrimonium non tenuit ex defectu consensus procedentis à metu qui potuit cadere in constantem virum: quia in matrimonio requiritur consensus liber: & ideo tali casu coacta voluntas non est volūtas, iux. gl. in c. meritò. xv. q. i. Et sic isto casu non perdit beneficium per supradicta.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ingressus religionis post professionem expressam vel tacitam, operatur modum vacationis.*
- 2 *Qui possidetur, non possidet.*
- 3 *Monachus moritur mundo, deo tamen viuit.*
- 4 *An inferior possit dispensare cum beneficiato volente profiteri, vt retineat beneficium.  
Monachus proprium non habet etiam ex dispensatione Papæ.*
- 5 *Monachus potest præfici ecclesiæ parochiali, & alij beneficio seculari cū dispensatione episcopi.*
- 6 *Multa valent retineri, quæ de nouo non possunt acquiri.*
- 7 *Regularis spoliatus beneficio seculari, petere potest restitui.*
- 8 *De priuatione ad habitum non datur regulariter regressus.*

- 9 *Medicus potest præseruare ægrotum, sed non suscitare mortuum.*
- 10 *Hæres, qui testatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, tanquam indignus hereditate priuatur.*
- 11 *Per promotionem ad ecclesiam, monachus à monasterio absoluitur, & cum eo nullam ampliùs habet communionem.*
- 12 *Monachus per promotionem ad ecclesiam parochialem aut aliud beneficium, à monachatu & ab abbatis obedientia non absoluitur.*
- 13 *Papa facit de monacho non monachum.*
- 14 *Solus monasterij ingressus non operatur vacationis modum, sed requiritur quòd fiat monachus.*
- 15 *Ingressus monasterium vt fiat conuersus, an perdat suum beneficium.*
- 16 *Intrans religionem non perdit beneficium intra probationis annum, infra quem testari potest.*

- 1  Extus vacationis modus † est per ingressum religionis post professionem expressam vel tacitam. cap. beneficium. de regularib. libr. vi. Ratio huius potest esse duplex. Prima, quia beneficiatus possidet beneficium, & dicitur esse ipse. c. si tibi absent. de
- 2 præb. li. vi. Religiosus † autè nihil potest possidere, cum ipse ab alio possideatur, argu. l. sic eueniet. ff. de adul.

adul. nec habet proprium. c. nō dicatis. xij. q. i. & in  
c. cum ad monasterium. de stat. mona.

Secunda ratio est, quia † monachus moritur mū 3  
do, licet deo viuat, iurib. vulg. Vnde sicut per mor-  
tem naturalem inducitur vacatio, ita & per istam  
ciuilem. c. beneficium.

Sed dubium est non paruum, † an de licentia ab- 4  
batis & ex dispensatione episcopi possit volēs pro-  
fiteri retinere beneficium quod prius obtinebat. Et  
primò videtur quòd non, quia esset dispensare, vt  
monachus habeat proprium, arg. c. si tibi absenti.  
quod fieri de iure nō potest, etiam per Papam: quia  
illud est contra substantiam regulæ: & sic indispen-  
sabile. Econtra videtur quòd sic, quia † ex quo mo- 5  
nachus post monachatum potest de licentia ab-  
batis & cum dispensatione episcopi præfici ecclesiæ  
parochiali, & cuilibet beneficio cōsueto clericis se-  
cularibus assignari, vt not. in c. ij. de stat. monach.  
dū illud fiat ex causa vtilitatis vel necessitatis. c. cū  
pro vtilitate. & cap. de cætero. xvi. quæst. i. multo  
fortiùs videtur posset dispensari cum volente pro-  
fiteri, vt retineat beneficium si quod habet: quia † 6  
multa possunt iam habita retineri, quæ de nouo nō  
possunt acquiri, vt patet in cap. i. & per tot. de corp.  
vitiatis. Hinc est quòd regularis, qui non potest ob-  
tinere beneficium seculare absque dispēsatione ( vt  
dixi) nihilominùs † si possedit, & præscripsit ab ini- 7  
tio, potest illud retinere, aded quòd si eo spoliatur,  
dabitur ei restitutio, vt dicit dec. Rotæ cxiii. inci-  
piens, Nota quòd vbi regularis. in antiquis. Fortifi-  
catur dubiū ex alio: nam † cū de priuatione ad ha- 8



- bitum non detur naturaliter regressus. l. cum res. §. aream. ff. de solut. & monachus mortuus sit mūdo, per assumptionē de nouo ad beneficium seculare, resuscitatur: vnde si potest resuscitari ex dispensatione superioris, (quod est penè impossibile naturaliter, & miraculosum, prout in simili proposito dicit Rota, decisione cccclxxxiiij. incipiente. Collatio facta. in nouis. & Egidius cōclus. dcccxiiiij.) certè multo potiùs debet posse præseruari ne moriatur
- 9 quo ad retentionē beneficij, vt patet in medico, † qui non potest suscitare mortuum, sed bene potest præseruare ægrotū per diligentē curā ne moriatur.
- 10 Hinc est quòd hæres † qui testatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, tanquam indignus priuatur hæreditate, quasi lex præsupponat quòd per diligentem curam boni medici potuerit testator præseruari vt ex illa infirmitate non periret, vt per glos. iunc. tex. in l. quod si nolit. §. culpam. ff. de ædil. edict. & proba. in l. indignum. ff. de his quib. vt indig. Potest dici soluendo istud contrarium, quòd ideo post monachatum potest monachus assumi ad ecclesiam parochialem, & eam habere & possidere vt suam in titulum, quia
- 11 per talem † promotionem absoluitur à monasterio, & nullam communionem ampliùs cum eo habet. Quam rationem ad aliud propositum in simili assignat Io. An. in c. si. de capel. mo. quem refert & sequitur Panor. in c. quod dei timorem. de stat. mona. Nimirum ergo ex quo ab alio iam non possidetur, potest ipse ecclesiam & beneficium possidere.

Secus est in beneficiato volente profiteri, cum quo inferior dispensare non potest, vt retineat beneficium: quia ista sunt cōtraria, nec se compatiuntur adinuicem, videlicet stante professione habere beneficium, & sic proprium, contra substantialia regulæ. Sed licet ista ratio videatur satis colorata, tamen adhuc facit dubium: quia licet in primo casu absoluator à monasterio & obedientia abbatis, vt dicit Io. An. † non tamen absoluitur à monachatu, 12 nec à substantialibus regulæ, imò ab illis per solum Papam absolui potest ex magna causa & nō aliter, vt not. doct. in d. c. cū ad monasterium. Vbi concluditur, quòd licet Papa nō possit præcipere religioso aliquid quod repugnat regulæ ab eo professæ, nec est tali præcepto obediendum, vt di. Inno. in c. ne Dei ecclesiam. de simonia. illud tamen intelligitur vt non possit aliquid tale præcipere eo stante monacho, † sed bene potest eum de monacho facere non monachum, vt per Inno. in c. presbyter. in fi. i. glo. de sacramen. non iterand. & sic remanet dubium insolutum, nisi dicatur quòd retinèdo beneficium non dicitur habere proprium: quia possidet monasterium tale beneficium, ex quo eius nomine possidetur, iurib. vulg.

Declaranda sunt modo verba quæ præmissi in principio istius modi vacationis. Et primò dixi, per ingressum religionis. Hoc ideo, quia † solus ingres- 14 sus monasterij nō operatur hunc effectū, nec alios qui causantur ex professione, nisi quis ingrediatur vt fiat monachus, seu religiosus verè & propriè: & ideo quoties fit mētio de ingrediēte monasterium



quo ad effectus prædictos, additur verbū, vt fiat monachus, vt prob. in c. i. in prin. de regularib. lib. vj.

15 Ex quo infero quòd ingrediens monasterium non vt fiat monachus, sed † conuersus monasterij, non perdit beneficium, sed illud retinet: quia dicit notanter Bald. in l. generali. & in aut. ingressi. quæ ibi immediatè sequitur. C. de sacrosan. eccle. in iij. col. quòd conuersi & offerentes se ecclesiæ regulari ita demum renunciant propriis, nec possunt matrimonium contrahere seu testari, quando totaliter renunciant seculo faciendo professionem: aliàs si non renunciant, tunc retinent vxores, & æquiparantur clericis secularibus. Et hoc modo dicit esse intelligendam glos. in c. vt lex continentia. xxvij. q. i. quæ videtur aliquo modo sentire contrarium. Sed melius sentit ibi Arch. & in c. ex eo. de elect. lib. vj. vbi dicit quòd ad hoc vt offerens se ecclesiæ regulari præsumatur tacitè profiteri, & sic renunciare propriis, nõ sufficit promittere simpliciter obedientiam, nisi promittat obedientiam monachalem: quia talis promissio & talis obedientia pro professione habetur.

16 Dixi etiam superius in princip. istius modi, post professionem expressam vel tacitam. Hoc ideo, † quia intra annum probationis intrans religionem non perdit beneficium, nisi adsit vnum de quatuor eorum quæ ponuntur in d. c. beneficium. Et ratio est, quia interim non dicitur perfectus religiosus, ex quo intra annum licitè potest exire. Hinc est quòd intra annum probationis potest facere testamentum, vt per glo. in c. non solum. in ver. iudiciis, de



de regularib. lib. vj. facit alia glo. in c. i. de relig. domi. quæ dicit quòd monachus non dicitur, nisi fuerit professus. Et hæc de variis modis vacationum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Modi quibus beneficiati veniunt beneficiis priuandi.*
- 2 *Simonia multipliciter committitur.*
- 3 *Titulus de simonia quare non reperitur in sexto nec in Clementinis.*
- 4 *Notorius concubinarius quando beneficiis priuetur.*
- 5 *Crimen Sodomie impedit ordinis executionem, etiam post peractam poenitentiam.*
- 6 *Periurus venit beneficiis priuandus.*
- 7 *Maius est prestare iuramentum corporaliter super librum, quam simpliciter fidem promittere.*
- 8 *Non datur pro periurio priuatio beneficiorum, nisi sit periurium iudiciale.*
- 9 *Homicida venit beneficiis priuandus.*
- 10 *Irregularitas incurritur per consilium in casu occurrenti datum super pena sanguinis.*
- 11 *Episcopus cum homicida voluntario ad beneficium dispensat simplex, & ad duplex solus Papa.*
- 12 *Episcopus sic non dispensat quando beneficia priuandi sunt impetrata, vt ea in euentum pri-*



uationis alteri conferantur.

13 Non residens in beneficio venit priuandus eo post monitionem.

14 Nūquam signatur impetratio per priuationem, nisi ille veniat de iure priuandus.



- 1 Considerandi modo essent † alij modi, quibus venit quis priuandus beneficiis, quos breuissimè percurram. Et primò, notorius simoniacus in beneficio, ab eo deponitur. Idem in infamato, qui se purgare non potest. c. insinuat. de simo. Vtrum autem possit cum simoniaco per episcopum dispensari, non insisto, quia hoc latiore requirit indaginè: † nam simonia quandoque cōmittitur in ordine, quandoque in prælatura siue beneficio curato, quandoque in simplici, quandoque ignorante ordinato vel electo seu aliàs prouiso, quandoque eo sciante, vel pecuniã dante: quæ plenè examinat Io. Cal. in c. post translationem. de renunc. & reassumit Panor. multa addendo in c. de simoniac. de simo. nota. etiam in c. pe. de elec. quæ
- 2 ego vltèrius nō prosequor, † quia temporibus nostris filet titulus de simonia: & ideo non reperitur in vj. nec in clem. vt est notum.
- 3
- 4 Secundò, notorius † concubinarius si monitus non dimittat cōcubinam, suspenditur à beneficiis: & si se nō corrigit, remouetur & priuatur eisdem. c. sicut. & c. si autè. de cohab. cleri. & mul. & multo fortius si laborat vitio pessimo contra naturã, propter quod venit ira Dei in filios diffidètiæ. c. vt clericorum.

ricorum. de vir. & hon. cler. & in c. clerici. de exces. præla. & quod magis est, huiusmodi † vitiū impedit ordinis executionē etiam post peractā pœnitentiā, vt no. do. Ant. in c. nisi cū pridem. cir. fi. prin. de renunc. in quo etiā longius nō insisto, tum quia (vt dicit Bar. in l. cum vir nubit in fœminā) illa lex non consuevit legi, quia de eius materia loqui non est honestū, tum etiam quia omnes declinauerunt & coinquinati sunt, sed Deus malos malè perdet.

Tertiò, † periurus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra iuramentum licitum, priuandus est beneficiis: quia non merentur ecclesias regere, qui sunt crimine periurij irretiti, dicit text. in c. querelam. de iureiur. & in c. peruenit. de fideiuf. tamen non sic est in eo qui venit cōtra fidem promissam, cum pœnæ sint restringēdæ, & maius † reputatur præstare corporaliter iuramētum supra librum, quàm simpliciter fidem promittere, vt dicit Rot. deci. cxxxiii j. inci. Nota quòd posito. in antiquis. quod est notādum, nā alibi di. glo. in d. c. peruenit. in glo. fi. quòd idem est venire contra fidem promissam sicut contra iuramētum, quia inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiā. c. iuramenti. xxi j. q. v. Signatura † tamē non dat pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit periurium iudiciale.

Quartò, homicida † venit priuandus propter irregularitatem quæ contrahitur ex homicidio, imò etiam ex detruncatione alicuius membri. c. i. de cleri. pugnan. in duel. & in c. si de homicid. li. vj. not. glos. in ver. mutilet. eo. tit. in clem. vni. saluo eo



quod dicitur ibi in illo text. multis aliis modis incurritur irregularitas, quos hic non prosequor.

- 10 Sed vnum non omitto, † quòd si clericus in casu occurrenti consuleret & responderet de iure super pœna sanguinis imponenda per secularem, efficeretur per hoc irregularis, vt nota. in c. omnis lex. iij. di. & per docto. in c. ex literis. per illum tex. in ver. consuluit. de exceſ. præla. & per Spec. in ti. de legato. §. iuxta. verſi. quid si iudex habes latronem, &c.
- 11 Potest tamen † episcopus cum homicida etiam voluntario circa habendum beneficium misericorditer dispensare, vt di. tex. not. in c. ij. in fi. de cler. pug. in duel. & in c. studeat. l. di. po. Inno. in c. ij. de cler. non ordi. mi. vbi dicit episcopū quasi semper posse dispēſare circa beneficiū, arg. præd. iu. in quibus prob. quòd dispensat cum homicida. Quod intelligit ibi Host. & seq. Panor. vt circa simplex beneficium dispenset episcopus, circa curatum solus Papa, arg. c. fi. de fi. presby. & c. i. & ij. eo. tit. in vj.
- 12 Dico tamē quòd † si quis in hoc casu & aliis præmissis impetraret beneficiū alicuius de supradictis conferendum sibi in euentum priuationis, nō posset amplius cum eo episcopus dispensare etiam ante litis pendentiam, ex quo impetrāti iam est quæsitum ius ad rem, prout singulariter tenet Domi. consil. cv. in fi. col. quod est summè notandum pro limitatione glo. in c. ij. in ver. finita. vt lit. pend. lib. vj. quæ dicit quòd priuandus potest lite pendente cedere beneficio, & tamen non potest secum dispēſari. Et ita intelligo quod dixi supra in principio huius tertie partis. in iij. colum.

Quintò & vltimò pro nunc, † nō residens in be-  
 neficio post monitionem competentem potest eo  
 priuari, nisi habeat iustum impedimentum. c. con-  
 querente. & c. ex parte. de cler. non resi. Alios casus  
 quibus quis venit priuandus beneficiis, non prose-  
 quor, sed me remitto ad dispositionem iuris: quia †  
 nūquam signatur impetratio per priuationem, nisi  
 de iure ille veniat priuandus, etiam si clericus petat  
 priuari regularem & sibi conferri, vt latius dicam  
 in sequenti tractatu Commissionum.

## SYMMARIUM.

- 1 Modi prouisorij multi sunt, per quos beneficiis  
 & ecclesiasticis prouidetur personis, qui hic  
 describuntur.
- 2 Qui eligi non potest, debet à superiore postulari.  
 Iniuria infertur, si idoneus postulatus nō ad-  
 mittitur.
- 3 Finita emphiteosi per generationē, descendentes  
 possunt iure petere quòd eis reseruetur, & fit  
 eis iniuria, si id denegetur, nisi prælatus rem  
 pro se retineat.
- 4 Electionis via ecclesiis prouidetur.
- 5 Electo ante confirmationem non competit ius in  
 re, licet electioni consentiat.
- 6 Si electus ante confirmationem moriatur, bene-  
 ficium non dicitur vacare per eius obitum.
- 7 Via translationis prouidetur ecclesiis

- 8 Inuitum Papa trāsfert, licet à principio quis inuitus acceptare episcopatum non cogatur.
- 9 Papa transfert episcopum ex iusta & rationali causa.
- 10 Omnes episcopos sine causa priuare, est vniuersalem ecclesiam turbare.
- 11 Sola volūtas in principe est magna et iusta causa.
- 12 Via collationis & prouisionis prouidetur ecclesiis.
- 13 Is ad quem spectat prouisio, prouidendo eligit & confirmat.
- 14 Verbum, prouisio, omnem modum prouidendi cōprehēdit. idem de verbo, dispositio, & de verbo, ordinatio.
- 15 Collatio præsupponit concessionem beneficij, quæ tribuit ius in re, & facit beneficium illius cui confertur post ratificationem.
- 16 Superior ad quem est facta deuolutio ob negligentiam electorū, vnicō actū collationis seu prouisionis se expedit.
- 17 Via annexionis vnionis & incorporationis prouidetur ecclesiis.
- 18 Tribus modis fit vnio ecclesiarū hic descriptis.
- 19 Episcopus non potest vnire ad vitam.
- 20 Inferior episcopo potest vnire, prout & legatus de latere.
- 21 Via administrationis prouidetur ecclesiis.



- 22 *Quibus datur coadiutor.*  
 23 *Cuius ætatis debeat esse coadiutor.*  
 24 *Per viam œconomatus ecclesius prouidetur.*

## DE MODIS PROVISIVIS.



Superest modo pro complemento hui<sup>9</sup> tertie partis subiicere ꝑ modos ꝑrouisiuos, qui multi sunt, per quos beneficiis & ecclesiis, itē clericis & ecclesiasticis personis prouidetur. Nā quandoq; prouidetur via postulationis: quia is qui ꝑ de iure eligi nō potest, postulatur à superiore, & innititur gratiæ, licet iniuria sit si talis gratia per superiore nō cōcedatur: vt quādo postulatus est idoneus. c. bonę. cū ibi notat. & per tot. de postul. præl. fac. ad hoc quod di. Bar. per illū tex. & per glo. in d. c. bonæ. in l. i. §. permittitur. ff. de aq. quot. & æstiu. quod ꝑ finita emphyteosi per generationem finitam, descendentes possunt petere quod eis refirmeretur, & de facili impetrabunt, imò est iniuria si non fiat refirmitio: & ideo secundum eum possent appellare de iure Canonico ad superiorem, vt cogat quod refirmitio fiat, sicut in postulatione dicitur, in qua gratia fit si admittatur, iniuria si repellatur.

Sed istud dictum Bar. limitat Abb. Panor. in c. bonę. ij. in pe. col. de postu. præla, quādo prælatus vellet emphyteosim reuerfā cōcedere extraneo: secus si vellet retinere penes ecclesiā: quia tunc cogi non

posset ad refirmandum: item descendentes & nō aliis extraneis hæredibus personæ defunctæ, in cuius persona finita est emphyteosis, cōpetit ius petendæ renouationis, secundum Petr. de Ancha. con. fil. cxxxiiij. incipien. Plenè & subtiliter. & consil. clxxj. incip. Casus talis est, &c. & hoc quo ad modum postulationis.

- 4 Quandoque prouidetur † via electionis: & illud propriè quando seruatur forma c. quia propter. de elec. secundum Innocen. & doc. ibi. & pon. Rota deci. cccclij. incip. Ex hoc insurrexit. in nouis. de quo pleniùs in superioribus dixi circa dignitates & beneficia electiua, ad quæ me remitto.

5 Illud tantummodo circa hunc modum notandū est, † quòd electo ante confirmationem superioris non competit ius in re, licet ipse electioni de se factæ consentiat: sed tantum ius ad rem reuocabile vel confirmabile per superiorem cōfirmatorem, vt ten. gl. ord. in c. nosti. & c. qualiter. & in c. transmissam. de elec. aded † quòd si electus ante confirmationem moriatur, beneficiū non dicitur vacare per eius obitum, sed per obitum primi. sec. glo. in cle. i. in ver. collatio. vt lit. pen. quam dicit singularem deci. penul. in nouis. fac. tex. & quod ibi not. in cap. si electio. de elect. li. vj. & gl. in c. cū venissent. de resti. in integ.

- 7 Quandoque † via translationis: vt quando Papa (cui soli hoc licet) transfert episcopos de vna ecclesia ad aliam ex causa necessitatis vel vtilitatis. c. inter corporalia. & c. quanto. cum c. si. de transf. præla.
- 8 Imò tenent aliqui † quòd Papa inuitū potest transfer-

ferre: quia licet à principio non cogatur quis inuitus acceptare episcopatum, vt patet in c. gesta. & c. vbi ista didicisti. lxxiiij. di. tamen ex quo suo consensu quis episcopus factus est, potest per Papam inuitus ad aliam ecclesiam transferri. quod tenet Host. & Ioan. An. in c. & si vnanimiter. de post. præl. vbi pro hac opinione allegant casum in c. scias frater. vij. q. i. æquiparatur enim episcopus iam consecratus per respectum ad Papam monacho, qui non potest contradicere suo superiori. c. non dicatis. xij. q. i. cum multis ibidem.

Sed prædicta opinio intelligenda est, vt Papa potest transferre inuitum ex iusta & probabili causa, alias minimè, vt probat multis rationibus & argu. Ro. cõsil. cccxv. inci. Circa primum, & c. Vbi ex hoc infert, quòd ecclesia translata per papam nuda voluntate & sine causa non vacat ante ipsius translata ratificationem, adeò q̄ papa non potest interim. i. ante consensum taliter translata de ea prouidere. Sed ista determinatio videtur mihi satis dura, quia si potest papa vnum episcopum priuare episcopatu, & remouere sine aliqua causa, licet omnes episcopos priuare & remouere nõ posset, quia sic vniuersalem ecclesiam turbaret, vt sentit gl. no. in cap. per principalem. ix. q. iiij. quã approbat idem Ro. conf. cccclxxx. inci. Questio est, & c. quanto fortius poterit episcopum inuitum transferre ex sola & nuda sua voluntate? nec dicitur tunc facere sine causa, quia magna & iusta causa in principe est sola eius voluntas, vt di. gl. in l. relegati. in ver. ex aliqua causa. ff. de pœ. & semper in eo præsumitur iusta causa,



nisi quādo veniret contra vniuersalem statum ecclesie, vt in exemplo quod statim dixi: & hoc sentit Inn. & expressius Pan. in cap. quanto. de consue. Cum ergo habeat pro ratione voluntatem, nec fit qui ei dicat, cur ita facis (vt di. glo. not. in c. quanto in ver. vicem dei. de transla. p̄lato. vbi allegat. c. quanuis. de p̄nit. dist. iij.) certè sequitur vt indistinctè possit transferre inuitum, vt vult prima opinio quam puto per hæc veriore.

- 12 Quandoque & sic quartò prouidetur † via collationis seu prouisionis, quæ habet vim electionis & etiam confirmationis: vt notat Innoc. in c. constitutis sup. ver. effectum. de appella. & glo. in c. i. in ver. prouisionē. de ele. lib. vj. vbi dicit † quòd is ad quem spectat prouisio, prouidendo eligit & confirmat. Et idem in collatione, quæ similiter habet vim electionis & confirmationis. c. cum olim. iuncto eo quod ibi notat Inno. de causa pos. & propr. & ista duo quasi idem important. s. collatio & prouisio, nisi quòd † verbum, prouisio, est magis generale, aptum denotare omnem modum prouidendi: nam comprehendit nominationem, postulationē, præsentationem, & collationem, vt dicit glo. nota. in clem. si. in ver. prouisioni. de elect. idem importat verbum, dispositio seu ordinatio, vt quando Papa reseruat beneficium dispositioni suæ seu ordinationi: per quæ verba comprehenditur omnis modus per quem de iure potest ecclesie prouideri, vt patet in clem. i. in ver. dispositionē. de suppl. neg. p̄l. & in c. i. §. si. de cōsue. li. vj. nota. glo. in c. post electionē. sup. ver. ordinationē. de cōces. p̄ab. cum

cum similib. sed verbum collatio, † strictius acci- 15  
 pitur: quia præsupponit concessionem beneficij,  
 quæ tribuit ius in re, & facit beneficium esse illius  
 cui confertur post ratificationem. c. si tibi absenti.  
 de præben. lib. v. j. per quæ infert notabiliter Rom.  
 consil. cccl. incip. In casu propositæ consultationis,  
 & c. Quòd si Papa reseruat beneficium suæ collatio-  
 ni per commendam, quæ ius in re non tribuit, re-  
 seruatio non expirabit, cum per eam non verificé-  
 tur verba reseruatiōis. Pro redeundo ad id quod  
 in principio dixi, ista verba & quodlibet de per se,  
 habent vim electionis & confirmationis.

Hinc est, quòd superior † ad quem negligentibus 16  
 electoribus fit deuolutio, potest vnico actu colla-  
 tionis seu prouisionis se expedire: quod prob. in c.  
 si postquā, in fi. de ele. lib. v. j. cum alijs quæ in supe-  
 rioribus in simili proposito deduxi, faciūt not. in c.  
 cū in illis. §. cū autē, & ibi bon. tex. de præb. eo. lib.

Prædicta habent locum in collationibus & prouisionibus perpetuis: nam aliquando hæc verba sa-  
 piunt prouisionem non perpetuam, sed tempora-  
 lem, vt fit in prouisione beneficiorum manualium,  
 in quibus remouentur illa obtinētes ad nutum su-  
 perioris, vt in cle. quia regulares. de suppl. negl. præl.  
 & in commissionibus hospitalium, quæ non con-  
 sucuerunt in beneficium conferri, vt per gl. in cle.  
 quia contingit. de relig. dom.

Quandoque & † quintò via annexionis, vnio- 17  
 nis, & incorporationis, de quibus & eorū formis  
 ac modo habetur plenè per glo. & docto. in c. i. ne  
 sede vac. & c. sicut vnire, de excess. præla. per tex. &



- glo. in clem. si vna. de reb. eccles. nō alie. & in clem.  
 18 ne in agro. §. ad hæc. Et breuiter tribus † modis fit  
 vnio ecclesiarum. Nam quandoque vna ecclesia v-  
 nitur alteri principaliter, quandoque accessoriè,  
 quādoque dubitatur. quę pulchrè prosequitur Pet.  
 de Anch. consil. cxiii. incipi. Pro impetrante. & a-  
 19 liàs etiam dixi. Et quis possit vnire, dic † quòd e-  
 piscopi in suis diœcesibus cum consensu suorum  
 capitulorum perpetuò, & non ad vitam, quia  
 sic esset providere personæ, non ecclesie, vt no-  
 ta. docto. in iurib. præmiss. & Dōmi. cōsil. xxxviiij.  
 in vj. col.
- 20 Similiter † inferior episcopo vnire potest, si hoc  
 præscripsit, vt not. Ioan. Andr. in clem. ne in agro.  
 §. ad hæc. de sta. mona.  
 Eodem modo legatus de latere, vt ponit Rot. de-  
 cis. cccclix. incipien. Nota secūdam maiorem par-  
 tem dominorum. in antiquis. & melius quàm alibi  
 per Egid. conclus. ccccxiiij. incipien. Conclusio, q̄  
 legatus de latere. cum seq.
- 21 Quandoque & sextò † via administrationis, quā-  
 do additur alius administrator primo, qui appella-  
 22 tur coadiutor, & datur † primo suspecto de dilapi-  
 datione. c. venerabili. de offi. deleg. Item leproso. c.  
 tua. de cler. ægr. iun. ibi no. per Io. An. Itē epilepti-  
 co. c. si. eo. tit. Item multū seni, & aliàs propter in-  
 firmitatem impedito suum officium exercere. cap.  
 scripsit. & c. quanuis. cum c. petisti. vi. q. j. de coad-  
 iutore autem dando episcopo habetur in specie in  
 23 c. i. de cler. ægr. li. vj. Cuius † autē ætatis debeat esse  
 coadiutor, di. Io. An. in c. si. de cle. ægr. illā ætatē in  
 co-



coadiutore requiri, quæ requiritur in officio cui datur, vt coadiutor episcopi debeat esse ætatis, quæ requiritur in promouendo ad episcopatû. c. cum in cunctis. de elect. In minoribus autem dignitatibus sufficit quòd attigerit xxv. annum, quia talis ætas requiritur de iure in promotis seu promouendis ad eas, vt in §. inferiora. & de multis aliis circa hoc plenè per Ioan. And. in c. fi.

Quandoque septimò & vltimò prouidetur ecclesiæ vacanti † per viam œconomatus. c. illud. xij. quæ. ij. & cap. cum vos. de offi. ord. Sût & alij modi quos non prosequor, sed præmissi videntur esse principaliores. 24

Et ista sufficiant quo ad tertiam partem principalem, in qua dictum est de variis modis vacationum, & de modis prouisus. Item quibus modis venit quis priuandus beneficiis. Competenti ordine dicendum est de quarta parte huius opusculi, videlicet de vi & effectû Clausularum, quæ apponuntur in gratiis seu literis gratiosis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *In exordio alicuius dispositionis ponitur causa finalis dispositionis.*
- 2 *Dispositio sequens restringitur & regulatur iuxta narrata in præfatione.*
- 3 *Causa finalis est obiectus intellectus.*  
*Quicquid agimus, propter finem agimus.*
- 4 *Gratia non corrumpitur, quamuis non verificentur omnia narrata in exordio literarum contenta.*

- Causa finalis gratiæ in exordio apposita, non verificatur, sed illi necessario statur.*
- 5 *Si causa impulsiva non est vera, non propterea corrumpit dispositio.*
- 6 *Causa in dubio non præsumitur finalis.*
- 7 *Clausula, Téque à quibusvis excommunicationibus, &c. ad quid ponatur in literis apostolicis.*
- 8 *In excommunicatum cadit titulus beneficij & ordinis susceptio, ille tamen nihil facit in exercitio.*
- 9 *Excommunicato nõ potest conferri beneficium, nec is illud licitè retinere valet.*
- 10 *Dictio negativa præposita verbo Potest, necessitatem importat.*
- 11 *Sententia excommunicationis à iure plus ligat quam ab homine lata.*
- 12 *Syllaba non debet vacare in literis Papæ.*

DE VI ET EFFECTV  
Clausularum.



Primo circa gratias expectatius notandum est circa verba quæ in exordiis apponi consueverunt, videlicet, grata familiaritatis obsequia, &c. vel alia verba similia, quæ variis respectibus variantur. Notandum est (inquã) quod licet † in exordio seu præfatione alicuius dispositionis ponatur causa finalis dispositionis. l. fin. ff. de hæred. instit. po. Bar. per illum text. in l. cū hi. in

in princip. & in §. eam transactionem. ff. de trans-  
act. ita quòd † dispositio sequens restringitur & 2  
regulatur iuxta narrata in præfatione l. cum pater.  
§. dulcissimis. ff. de leg. ij. quia vt di. Bal. in l. i. in  
iij. colum. C. de fal. causa adiecta. leg. causa † fi- 3  
nalis est obiectum intellectus, sicut signum est ob-  
iectum visus, & portus est obiectum navigan-  
tium, & quicquid agimus, propter finem agimus.  
Credo tamen † quòd gratia non corrui, quanuis 4  
non verificentur omnia narrata in exordio litera-  
rum. Quod sic demonstratur: quia aut in narratis  
in præfatione consistit causa finalis gratiæ, & tunc  
non oportet quòd illa verificentur aliter, imò illis  
statuè necessariò, nec potest probari contrarium, ex  
quo super sic narratis fundatur intentio papæ, per  
cle. i. de probatio.

Aut talia narrata non fuerunt causa finalis gra-  
tiæ, sed potiùs causa impulsiva, † & tunc illa ces- 5  
sante, seu non existente vera, non cessat neque cor-  
ruit dispositio. l. i. §. sexum. ff. de postulan. & not. in  
c. cum cessante. de appellat.

In dubio autem † præsumam non finalem, vt te- 6  
net gl. in l. ij. in fi. ff. de donat. quia licèt Papa dicat  
se facere gratiam propter impensa sibi seruitia, ex  
quo tamen illa non specificat, dicitur simplex libe-  
ralitas, & non remuneratio ob causam, vt vult in  
simili Oldra. consil. v. incipien. Titius. Dicitur post-  
modum in præfatione literarum.

Téque † à quibusuis excommunicationis, suspen- 7  
sionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis senten-  
tiis, censuris, & pœnis, & c. ad effectum præsentium,



&c. absoluentes, &c. Hæc clausula secundum aliquos in istis verbis ponitur ad abundantem cautelam, quia vt di. Card. consil. xl. incip. In facto. in † excommunicatum cadit titulus beneficij, & ordinis susceptio, & valent cuncta quæ facit in sui essentia, licet non in exercitio, vt in c. pia. de excep. lib. vi. & c. solet. de sent. excom. eod. lib. Ad quod bene facit quod dicit Comp. & recitat ibi Io. An. in c. quod sicut. de ele. videlicet quod electio facta de excommunicato vel suspensio licet non teneat, tamen ex tacito consensu eligentium sequuto post absolutionem confirmatur, quia dicunt quod talis electio non erat nulla iure naturali secundum eos.

Verior tamen videtur alia opinio, & magis communis, † quod excommunicato ipso iure non potest conferri beneficium, vt prob. tex. apertus in c. postulastis. de cler. exc. min. dum dicit, Clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent retinere ea licite, nisi forsan cum eis fuerit misericorditer dispensatum. Pondero dictionem negatiuam † præpositam verbo, potest, quæ necessitatem importat, iux. gl. in reg. i. de reg. iur. lib. vi. & hanc partem tenet Rota decis. ccclxiiij. incip. Nota quod excommunicato. in antiquis. tam in excommunicato ab homine quam à iure, & multo fortius quando à iure, † quia sententia iuris imponitur propter crimen, ideo plus ligat, arg. nota. in c. peruenit. de excess. prælat. Dico igitur quod clausula prædicta, Téque à quibusuis, &c. apponitur necessario & non superflue (vt alij volunt) † quia nec syllaba debet vacare in lite-

litteris Papæ, iux. glo. quam sæpius allegavi, in c. solitæ. de maio. & obedien. facit ad prædicta cle. si summus Põrifex. & quod ibi notat. de sent. excom.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clausula, motu proprio, ad quid apponatur in litteris apostolicis.
- 2 Clausula, motu proprio, inducit tacitam dispensationem.
- 3 Motus proprius non inducit dispensationem irregularitatis, vel alterius defectus.
- 4 Vitium illegitimitatis provenit à iure positivo, etiam & irregularitatis, licet illa causetur ex homicidio.
- 5 Clausula, suppletes omnem defectum de plenitudine potestatis, quid importat.
- 6 Princeps ex certa scientia conferens incapaci, eo ipso cum illo dispensat.
- 7 Princeps non præsumitur uti potestate absoluta, nisi hoc dicat.
- 8 Paria sunt, Papam facere aliquid ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis.
- 9 Cognitio causæ nõ requiritur in concessione principis facta ex certa scientia.
- 10 Vocatio non est necessaria in concessione gratiæ principis facta ex certa scientia.
- 11 Clausula ex certa scientia, plus operatur, quàm

- clausula, motu proprio.*
- 12 *In dispensatione inferioris præcedit causæ cognitio, saltem summaria.*
- 13 *Motus proprius non probatur testibus, sed solis literis, bene tamen certa scientia.*
- 14 *Motus proprius de necessitate includit vnam negatiuam non coarctatam.*
- 15 *Certa scientia simplicem affirmatiuam includit.*
- 16 *Motus proprius non tollit ius tertij.*
- 17 *Certa scientia principis idem operatur quod clausula, non obstante.*
- 18 *De iure patronatus laicorum fiat mentio in literis papæ.*
- 19 *Motus proprius non tollit defectum intentionis.*
- 20 *Motus proprius non excludit nec tollit qualitates intrinsecas.*



Ubi sequenter statim post principium literarum consuevit apponi clausula, Motu proprio, non ad tuam, &c. Quæ clausula cum sæpissimè apponatur tam in gratiis expectatiuis, quàm in aliis literis beneficialibus, plenius erit attingenda, quia frequenter de eius effectu dubitatur. Et † licet per regulam Cancellariæ non suffragetur in alio nisi solum & duntaxat ad tollendum & excludendum surreptionem: tamen ex dispositione iuris communis non solum operatur exclusionem surreptionis. c. si motu



tu proprio. de præben. lib. vi. sed etiam quàm plura  
 alia, quorū aliqua enumerat Roma. cōsil. cccxxvij.  
 incip. Istæ sunt rationes. Sed ego latiùs exordiar po-  
 nendo effectus principaliores.

Et primò clausula † motus proprij inducit taci-  
 tam dispensationem circa inhabilitatem personæ  
 cui fit gratia & concessio, dummodo talis inha-  
 bilitas proueniat à iure positiuo, secundum Roma.  
 in d. consil. allegantem casum singularem in l. ij. C.  
 de crim. sacril. & reprobatur glo. quæ aliter sentit in  
 clem. si Romanus. de præben. Sed mirandum est de  
 Romano, quia totus ferè mundus sequitur & ap-  
 probat illam glo. in pluribus locis, & maximè do-  
 mini de Rota decis. cxij. incip. Dicebant domini. in  
 nouis. & ali. decis. cccxlv. incip. Nota licèt pro-  
 prius motus. in antiquis. vbi dicunt quòd † motus<sup>3</sup>  
 proprius non inducit dispensationem irregularita-  
 tis, seu illegitimitatis, vel alterius defectus illius pro  
 quo scribitur: & tamè † vitiū illegitimitatis proue-<sup>4</sup>  
 nit à iure positiuo quo ad assequutionē dignitatū &  
 beneficiorum. c. innotuit. de elec. iun. c. olius. & est  
 palea. lvi. di. similiter & vitium irregularitatis. c. i.  
 de sent. excom. lib. vi. etiam si irregularitas causetur  
 ex homicidio, secundum aliquos. Licèt de hoc vlti-  
 mo non sit plena concordia inter doc. vt plenè per  
 Marianum in repeti. c. ad audientiam. de homic. cū  
 multis aliis quotis, de quibus per Fel. in c. humilis.  
 de ma. & obe. vbi ponit, remissiue tamen. per quæ  
 manifestè comprobatur glo. in d. clem. si Romanus.  
 & ipsemet Roma. approbat illam dicens esse sin-  
 gularè in singularibus suis sub nu. ccccxvij. incip.

An verba, &c. vbi dicit quòd clausula illa, quæ in rescriptis apponitur, videlicet, † Supplentes omnẽ defectũ (si quis interuenerit) de nostrę plenitudine potestatis, &c. supplet omnes defectus, & illos purgat, præter eos qui concernunt personam supplicantis vel contrahentis: quia illos minimè supplet, alleg. singul. verb. Specul. in tit. de legat. quod refert Arch. in c. Cenomanensem. lv j. di. istud etiam comprobatur ibid. Roma, per d. gl. superius allegatã, quæ dicit quòd licet motus proprius tollat vitium surreptionis, aliam tamen inhabilitatem illius pro quo scribitur non tollit. & hoc puto verissimum.

Non obstat tex. allega. per Roma. in d. l. ij. dum dicit, Sacrilegij instar est dubitare an is dignus sit quem elegerit imperator, quia intelligitur de electo per imperatorem ex certa scientia, vt di. ibi gl. 6 expref. quo casu cum † princeps beneficiũ vel gratiam incapaci ex certa scientia confert, vel quid ei cõcedit ad quod non est habilis, eo ipso super inhabilitate dispensare cõsetur. l. quidã consulebant. & ibi latè per docto. ff. de re iudi. & in l. idem Vlpianus. §. primo. ff. de excu. tuto. not. glo. in c. statutum. in ver. literarum. de rescrip. lib. vj. dummodo exprimat in literis, quòd ex certa scientia facit, secundum glo. ibi. & in d. c. si motu proprio. licet aliqui requirãt etiam quòd princeps super facto causæ cognitionem præmiserit, vt notatur in c. ij. de schisma. per glo. & Ioan. And. & Innocen. in c. veniens. de fil. presbyterorum. Quibus concurrentibus hæc clausula, ex certa scientia, operatur, quòd licet aliàs 7 princeps † non præsumatur vti potestate absoluta, nisi



nisi de hoc faciat expressam mentionem, vt notat Innocen. in c. innotuit. de elec. tamen si apponat in literis dictam clausulam, videtur vti potestate absoluta, etiam si de potestate absoluta mentionem aliter non faciat, vt sentit glo. notabilis in c. ad hæc. versi. satis tamen credo. de rescrip. dum vult † paria 8 esse, Papam facere aliquid ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, vt exclamatur in hoc ibi ab omnibus, & per Panor. in c. iij. de re iudi. & latè per Fel. in c. cum inter. de excep.

Verius tamen videtur † non requiri quòd per 9 principem præmittatur alia causæ cognitio, quia eo ipso quòd facit ex certa scientia, & illud exprimit in literis, videtur esse de facto informatus, & illud minimè ignorare: ideo non requiritur alia causæ cognitio, ad quam non astringitur princeps, cum aliquid facit ex certa scientia seu de plenitudine potestatis. Imò plus dicit Innoc. in c. nisi cum pridem. circa fi. in gl. super ver. indulgeri. de renunc. quòd cum princeps † ex certa sciētia vel plenitudine po- 10 testatis facit gratiam, non est necesse ad illius validitatem vocari illos, quibus ex ea præiudicium fieri potest: secus quando procedit ex potestate ordinaria, vt latè prob. Roma. consil. ccclxix. incip. Circa primum, & c. in ij. & viij. col.

Ex quibus clarè apparet quòd text. in d. l. ij. non probat, nisi de certa scientia, quæ † in hoc plus ope 11 ratur, quàm motus proprius, vt per eam expressam in literis videatur sublata inhabilitas impetrantis: quæ non tollitur per motum proprium, vt patet ex supradictis. Nec requiritur in his quæ fiunt ex certa



12 scientia, quòd princeps præmittat causæ cognitio-  
nem (vt dixi) licèt secus sit in† inferiore, in quo re-  
quiritur quòd præcedat causæ cognitio saltē sum-  
maria super causis dispensationis, puta an sit neces-  
sitas vel vtilitas dispensandi, seu alia iusta causa sub-  
sit, vt not. Specul. in titu. de dispensa. §. qualiter au-  
tem. versi. dicunt autem quidam. Quod non est in  
principe, vt supra.

13 Imò volunt aliqui quòd in hoc etiã differat cer-  
ta scientia à motu proprio, † quia non admittitur  
probatio per testes ad probãdum motum propriũ,  
nec aliter potest probari nisi per expresionem in  
literis, vt vult glos. communiter approbata in d. c.  
si motu proprio. in glo. fin. & seq. Rota deci. cxxxj.  
incip. Nota quòd in c. si motu proprio. in antiquis,  
Et tamen certa scientia bene probatur etiam aliter  
quàm per expresionem, puta per testes: quod puto  
verius, quicquid dicat glos. in d. c. statutum. in ver.  
literarum. quam supra retuli. propter rationem dif-  
ferentiæ inter hæc duo quam assignat vna decis.  
cccxxxij. in nouis. & Egidius conclus. dccxlvj. inci.  
14 Licèt obseruet, &c. videlicet quia † motus pro-  
prios includit de necessitate vnam negatiuam non  
coarctatam, videlicet quòd nullus super hoc vn-  
quam Papæ supplicauerit. Talis autem negatiua vel  
impossibilis est ad probãdum. l. actor. C. de proba.  
& c. quoniã contra. eo. ti. vel nimis difficilis, vt not.  
15 præd. glo. in c. si motu proprio. Sed certa † scientia  
nullam negatiuã, sed simplicem affirmatiuã inclu-  
dit, quæ probabilis est nimirũ si ista probari potest  
aliter quàm per solam expresionem, illa non.

Tertiò

Tertio differt in alio, † quia motus proprius nō 16  
 tollit ius tertij, puta si beneficium spectat ad ius pa-  
 tronatus alicuius laici, de quo Papa sciuisse, nulla-  
 tenus prouidisset, iuxta notata in c. ij. de præb. lib.  
 vj. & tamen † certa scientia principis rescribentis 17  
 idem operatur quod clausula non obstante. l. idem  
 scribit. §. fin. ff. de excus. tuto. & ponit Rota iuncta  
 additione quæ est ibi. decis. cxj. cum seq. in nouis.  
 quia ( vt superius dixi ) eo ipso quòd prouidet de  
 tali beneficio ex certa scientia, videtur esse infor-  
 matus de huiusmodi qualitate. s. quòd sit iuris pa-  
 tronatus laicorum: & ideo cessat tunc defectus in-  
 tentionis Papæ, † qui quoties scribit pro aliquo be 18  
 neficiando, non est suæ intentionis quòd ei confe-  
 ratur beneficium iuris patronatus laicorum, nisi a-  
 liud exprimat, seu aliter constet de mète Papæ, vt  
 not. Io. An. in c. dilectus. de offi. leg. Dicitur autē fa-  
 tis constare eo ipso quòd illud confert, seu conferri  
 mādatur ex certa scientia, quia perinde est ac si face-  
 ret de plenitudine potestatis, per superius dicta.

Ex quibus patet quarta differentia inter ista, vi- 19  
 delicet † quia licet motus proprius tollat defectū  
 surreptionis, tamen non tollit defectum intentionis,  
 vt no. Ioan. An. & doct. in d. c. si motu proprio.  
 & ponit Egidius conclus. cccclxxv. incipien. Præ-  
 missæ tres conclusiones. vbi dicit quòd motus pro-  
 prius non tollit surreptionem, quæ procedit ex in-  
 tentione: & ideo infert in conclusione præceden-  
 ti ibid. non valere gratiam etiam motu proprio, in  
 qua fuit tacitum de iure patroni, ad quem spectat  
 præsentatio propter defectum intentionis Papæ:



qui si sciisset, nullatenus vel saltem non ita de facili contulisset. iux. nota. in c. ij. de præben. lib. vj. qui quidem defectus intencionis cessat in gratia quæ fit ex certa scientia, vt probauit.

- 20 Colligitur alia & sic quinta differētia, quia motus proprius non excludit nec tollit qualitates intrinsecas, puta curam vel principalitatem beneficii de quo prouideretur seu prouideri mādatur, de quibus si non fit mētio in gratia etiam proprio motu facta, ipso iure est nulla, vt tenet Rota decis. cxj. in nouis, sapius alleg. quia hoc casu est defectus intencionis, cum Papa non intendat prouidere de dignitate vel cura, nisi illas qualitates exprimat. c. cum in illis. & ibi hoc firmat Domi. de præben. lib. vj. licet contrarium ibi teneat Francus, prout in superioribus retuli in secunda parte principali circa dignitates & beneficia curata, quod non disputo aliter pro nunc, sed præsupposito pro vero quod statim dixi. Aliud est in gratia, quæ fit ex certa sciētia, quia cessat hoc casu defectus intencionis, vt supra. Consequenter veniet beneficium habens dignitatem & curam: & hoc modo posset saluari opinio Franci contraria in d. c. cum in illis. & ista sufficiant de primo effectu clausulæ, motu proprio.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Privilegium motu proprio datum, an extendatur ad litem pendentem.*
  - 2 *Princeps non præsumitur derogare iuri tertij.*
  - 3 *Leges generales fiunt motu proprio principis.*
- Leges*



*Leges non trahuntur ad lites pendentes, nisi hoc dicatur.*

- 4 *Privilegium lite pendente obtentum, non reuocatur tanquam attentatum.*



Secundò principaliter operatur motus proprius sec. Roma. in præalleg. consil. quia facit † quòd privilegiū<sup>1</sup> cū ea qualitate cōcessum, extēdatur ad litē pendētē cum eo cui conceditur: licet secus si ad postulationē tacito de litis pēdētia, vt vult gl. quā dicit sing. in l. qui autē. in prin. in prima solutione contrarij. ff. si quis caut. sequitur hoc ibi Paul. de Castr. & Alex. dicentes per illā gl. q̄ si lite pendente princeps concedat privilegiū motu proprio, pars potest vti tali privilegio, quanuis emanauerit lite pendente, & ita limitant. c. si. vt lit. pen. & l. ij. C. eo. tit. cum similibus. Contrarium tamen & melius tenet ibi dominus Iason alleg. primò. Io. An. in add. Spe. in tit. de dol. & contu. §. fin. versi. porrò. in add. magna. & Canonistas in c. causam. ij. de testi. vbi tenent quòd privilegiū concessum pendente lite etiā motu proprio superioris, nō nocet causæ pēdenti, nec parti aduersæ: quia † prin<sup>2</sup>ceps nō præsumitur derogare iuri tertij, per l. ij. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publi. & ideo dicit Spec. (quē Iason non allegat) in ti. de dispēs. §. qualiter autē. versi. diximus ergo. quòd ita demū valet privilegium lite pendente impetratum, si nulli affert præiudiciū, aliàs minimè. Ad idē

3 facit alia ratio, † quia leges generales fiunt motu proprio principis. l. humanum. C. de legib. no. Bar. in auth. quas actiones. in ij. col. C. de sacrosan. eccl. & tamen non trahuntur ad lites pendentes. l. leges & constitutiones. C. de legi. & in auth. vt cū de appel. cog. §. i. nisi hoc specialiter dicatur, quòd etiam ad pendencia noua constitutio extendatur, vt probat tex. in cle. dispendiosam. de iud. in fi. & in clem. i. ad fin. de sequestr. pos.

4 Vtrum autem isto casu † priuilegium taliter impetratum lite pendente reuocetur per modum attentati, di. notabil. Egidius conclus. cij. incipien. Si possessio beneficij. quòd non, quia impetrare ius nouum lite pendente non est attentare: & ideo dicit in alia conclusio. dclxij. incipien. Si ex gratia, quòd post conclusionem & ante sententiam potest impetrari noua gratia, & canonizari absque obseruatione nouorum terminorū: sed bene proceditur in lite tali gratia & impetratione non obstante, ex quo de lite non est facta mentio, vt prob. in c. fi. vt lit. pen. quia vt dicit ibi Inno. non est verisimile quòd in præiudicium partis velit princeps lite pendente aliquid concedere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Motus proprius operatur, vt indultum iniquitatem sapiens alicui motu proprio cōcessum, in eum non retorqueatur.*
- 2 *Intra tēpus conficiendi inuentarium hæres non conuenitur à creditoribus hæreditariis, debi-  
tores*

tores tamen conueniuntur.

- 3 Qui non potest conueniri, alios etiam non potest conuenire.
- 4 Differt priuilegium in iuris corpore clausum à priuilegio quod est extra.



tertio, motus ꝑ proprius operatur vt i  
indultum iniquitatem sapiens, alicui  
motu simili concessum, in eundem  
non retorqueatur, vt est text. nota.  
qui non est alibi, secundum doct. in  
l. si quis iniquum. ff. quod quisque iur. quia cessat  
ratio retorquitionis, ex quo tale ius non fuit ad  
postulationem partis concessum, vt ibi. & per il-  
lum text. decidit notabil. Bar. in l. fina. §. donec. C.  
de iur. deliberan. quòd licet hæres intra ꝑ tempus 2  
conficiendi inuentarium non possit à creditori-  
bus hæreditariis conueniri, tamen ipse bene potest  
intra illud tempus debitores hæreditarios conue-  
nire: nec tunc habet locum retorquutio, quia non  
fuit illud cõcessum ad postulationem partis, sed ex  
priuilegio, & sic motu proprio. licet contra hanc  
determinationem Bar. multum stringat tex. in l. die  
Sabbati. C. de Iudæis. vbi disponitur, ꝑ quòd in die 3  
Sabbati & aliis festiuitatibus Iudæorū ipsi non pos-  
sunt cõueniri, nec etiã alios cõuenire. per quẽ dicit  
ibi Bar. quòd si aliquis dies est feriatu quo ad te, vt  
non possis cõueniri, debet etiã esse feriatu contra  
te, vt tu non cõuenias alios, ad idẽ facit bonus tex.  
in l. ij. §. sed & si agant. ff. de iudi. vbi legati, quia ex



priuilegio legis durante legatione non possunt cōueniri, si agant & conueniant alios, compelluntur se aduersus omnes defendere. Et ista pars per hæc cōtraria videtur verior propter æqualitatē seruandam in iudiciis. reg. non licet actori. de reg. iur. lib. vj. & in l. fi. C. de fruct. & litiū expen. per quem dicunt ibi Bar. & docto. quòd quādo ius iniquum respicit processum litis, tunc illius iuris fit retorquutio, quanuis esset concessum motu proprio.

Possent tamen ista contraria reduci ad concordiam distinguendo † inter priuilegium clausum in corpore iuris, quale est quòd hæres non possit cōueniri intra annum: & etiam in casu iurium contrariorū, & aliud priuilegium extra ius, vt fiat retorquutio primi clausi in corpore iuris, & non secūdi: quia ex quo clausum est in corpore iuris, & nō præsumitur concessum ad postulationem partis, sed motu proprio principis: cum sit lex, debet esse cōmunis. c. erit autem lex. iij. di. aliàs non diceretur lex, si non esset honesta, iusta, & communis, vt ibi. Quæ ratio cessat in priuilegio extra ius, quod dicitur lex priuata, non communis. c. priuilegia. iij. di. Ideo si conceditur motu proprio, non debet fieri retorquutio, licet contineat iniquitatem reg. quod ob fauorem. & hoc puto verissimum.

## SVMMARIVM.

- 1 *Motus proprius tollit diligentiam processus.*
- 2 *Gratia data motu proprio dicitur principis beneficium.*

- 3 Quomodolibet, est dictio vniuersalis, quæ cõprehendit omnem modum & formam.
- 4 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, maximè quando est iuncta cum dictione taxatiua.
- 5 Dictiones taxatiuæ habent implicitam negatiuam.



Vartò, motus proprius ꝑ excludit diligentiam processus: & sic inter duos expectantes eiusdem datæ, si vnus habet gratiam motu proprio, præfertur alteri dictam clausulam non habenti, licet diligentiori in processu, secundum Ioan. And. quem seq. doct. in c. duobus. de rescript. lib. vj. quia ille text. volens præferri diligentiorum inter duos eiusdem datæ, loquitur de gratiis similibus: sed istæ gratiæ sunt dissimiles, quia vna odiosa. c. quanuis. de præbend. eod. lib. alia fauorabilis, & sic amplianda. c. si pluribus, eo. titu. & lib. Gratia ꝑ enim data motu proprio, dicitur principis beneficium, vt patet in dicto cap. si motu proprio. Vnde non sonat in ambitionem, & sic est latè interpretanda. c. cum dilecti. de donatio. Consequenter alter non habes motum proprium, prius præsentando, & sic ex suo facto tantum fauorem eius non minuet, secundum Domin. in dicto c. duobus. Præterea habens canonicatum ( in quo est ambitio ) præfertur non habenti, vt ibi. Ergo fortius habens proprium motum, vbi deficit ambitio, & viget fauor, præferen-

dus est non habenti, ad hoc vt sit differentia inter  
 gratiam fauorabilem & odiosam vel ambitionem,  
 per prædicta. Sed licet prædicta sint vera de iure  
 communi, ex dispositione tamen regulæ circa mo-  
 tum proprium disponente non procedunt, quia  
 per illam cauetur expressè, quòd verba proprii mo-  
 tus quo ad beneficia vacatura nulli quomodolibet  
 suffragentur, nisi solùm & duntaxat ad excluden-  
 dum surreptionem. Pondero dictionem, quomo-  
 3 dolibet, † quæ est vniuersalis, apta comprehende-  
 re omnem modum & formam: vt prob. iura quæ  
 alleg. Domi. consilio cxv. in ij. colum. Præterea ex-  
 4 ceptio firmat † regulam in casibus non exceptis. l.  
 nam quod liquidè. ff. de pe. lega. l. quæsitum. §. de-  
 nique. & ibi Bar. ff. de fund. instr. & instr. l. genera-  
 liter. §. vxori. ff. de vsufu. leg. maximè quando est  
 iuncta cum dictione taxatiua, sicut est dictio, tan-  
 tum, solùm, & duntaxat: quia licet aliàs exceptio non  
 stet negatiuè, nec excludat casus similes exceptua-  
 tis, vt est glos. singu. in l. i. C. de condic. indeb. & po.  
 Panorm. in capit. quoniam frequenter. vt lit. non  
 conte. tamen quando est iuncta cum aliqua dictio-  
 ne taxatiua, stat negatiuè ad alios casus: quia huius-  
 5 modi dictiones † taxatiuæ habent implicitam ne-  
 gatiuam: & ideo introductum fuit vt omnibus da-  
 rentur expectatiuæ motu proprio, & bene, vt per  
 Domin. consil. lxxv. in i. col. Cum ergo regula ex-  
 cipiatur tantùm casum surreptionis cum duabus di-  
 ctionibus taxatiuis, certè alium non operabitur  
 per prædicta.



## SVMMARIVM.

- 1 *Motus proprius supplet defectum ætatis.*
- 2 *Mandatum motu proprio super vacante, extenditur ad vacaturum.*
- 3 *Paria sunt quòd aliquid fiat ex certa scientia, & quòd mentio de obstantibus fiat.*



Vintò, † motus proprius supplet defectū ætatis: quia licet aliàs nō sufficiat impetrantem esse legitimæ ætatis ad beneficium curatum tempore vacationis beneficij, si tempore datæ non habet legitimam ætatem. c. si eo tēpore. de rescrip. lib. vi. fallit tamen hoc, & non habet locum in gratia facta motu proprio, quia tunc poterit prouideri de curato, dummodo tempore prouisionis sit ætatis aptæ, sec. Domi. ibi. quia causa propter quam in terminis illius. c. non potest prouideri de curato illi qui tempore dotis est legitimæ ætatis, licet tempore prouisionis sit ætatis aptæ, nō est alia, nisi quia in ea parte in qua scribitur pro curato, rescriptum est surreptitium tempore impetrationis: & sic nullum. Superuenientia ergo ætatis legitimæ non potest validare rescriptum nullum, per reg. non firmatur. de reg. iur. lib. vj.

Sed quando papa scribit motu proprio, tunc rescriptum nō est surreptitium in ea parte, cum motus proprius tollat surreptionē. Cōsequēter superueniente maiori ætate, non est quod impediatur quominus ille obtineat curatū. Non surreptio, quoniā illa sublata est per motum propriū. Non inhabilitas

atatis, ex quo est legitima atatis tēpore prouisionis. Et ita residet Domin. Confirmatur hæc opinio ex dicto Io. An. in c. dilectus filius G. de præb. vbi  
<sup>2</sup> dicit quòd si papa ꝑ motu proprio mandat alicui conferri ecclesiam vel præbendam, si vacat: satis est quòd vacet tempore collationis vel receptionis, licet non vacaret tempore datæ, per illam decretalē. Nihilominus prædicta opinio non placet aliis moder. & præcipuè Franco, in d. c. si eo tempore. Quæ etiam mihi non videtur sustentabilis, quia licet motus proprius tollat surreptionem, vt di. Domi. tamen nõ tollit aliam inhabilitatem personæ illius pro quo scribitur, vt latè dixi in primo effectu istius clausulæ. Et quanuis dictus defectus atatis per viam surreptionis opponi nõ possit propter expressionē proprij motus: tamen opponi poterit per viam iuris communis, cum motus proprius non inducat dispensationem alicuius inhabilitatis, vt supra. Et ideo sublato defectu taciturnitatis per motū proprium, remanet defectus iuris communis, & etiam intentionis concedentis, cum non sit verisimile ꝑ Papa per dictam clausulam velit fraudare ecclesiã officio vnus sacerdotis, à quo pendet tota deuotio fidelium. & hoc quasi in terminis tenet Petr. de Anch. consil. xx. incip. Viso prædicto puncto. vbi dicit sequendo opinionem Archidi. & Lappi in c. ei cui. de præb. lib. vj. quòd clausula generalis, non obstante, & etiam clausula, motu proprio, non sufficiunt ad tollendum defectum atatis vel ordinis, cum prædicti defectus causentur ex persona illius pro quo scribitur.

Secus esset si papa scriberet pro patiente talem defectum, ex certa scientia: quia tunc si de ea constaret vel per expressionem in literis, vel aliter, non obstaret defectus ætatis tempore datæ, dummodo adesset ætas legitima tempore prouisionis: quia † 3 paria sunt quòd aliquid fiat ex certa sciētia, & quòd fiat mentio de obstantibus, vt sentit glo. not. in c. i. in ver. noscatur. de constitu. lib. vj. ponit Panorm. in c. fi. vt lit. pend. & dixi suprà.


## SVMMARIVM.

- 1 *Motus proprius operatur relationem ad pinguiorem præbendam.*
- 2 *Electus, vt non teneatur vsque ad certum tempus promoueri, cautè agit vt motu proprio dispensationem obtineat.*
- 3 *Quando immutatur verborum significatus, motus proprius non facit gratiam latiore.*
- 4 *Motus proprius ampliat gratiam, quãdo per ampliationem nulli fit præiudicium.*
- 5 *Motus proprius nõ præiudicat vnioni factæ per ordinarium.*
- 6 *Beneficium vnitum non potest permutari.*
- 7 *Actus procedens à mera liberalitate principis, nemini præiudicans, latè est interpretandus.*
- 8 *Vbi est motus proprius principis, ibi est mera liberalitas.*
- 9 *Nobilissimus in donis crescere debet, non decrescere.*



IO *Dictio aliorum, est apta comprehendere omnia in infinitum, & maiora expressis.*

II *Dictio, quorumcunque, est vniuersalis, nec limitatur nisi in casibus à iure expressis.*

- 1  Extò similis motus operatur, quia † gratia motu proprio cōcessa in aliqua ecclesia de præbenda seu beneficio vacante, cum plures seu plura in eadem vacent, refertur ad pinguiorem siue pinguius: vbi si fuisset concessa ad petitionem alterius, referretur ad minorem, siue magis tenue, vt est casus nota. in c. si pluribus. de præb. lib. vi. Et ratio est, quia cum sit beneficium principis, latè est interpretādum. c. cum dilecti. de donat. cum vulg. ad hoc. & ideo dicit Io. An. in c. cū in cūctis. de elect. quòd si dispensatum † est cum electo vt non teneatur vsque ad certum tempus promoveri, si dispensatio est facta motu proprio Papæ, nō vacabunt priora beneficia durante tempore dispensationis: secus si fuit concessa ad petitionem. arg. c. quod dilectio. de consang. & affi. Sed de hoc vltimo me remitto ad ea quæ dixi latè in quinta parte principali huius operis in secundo modo vacationis circa beneficia promoti ad episcopatum.

- 3 Limitandus est tamen iste sextus effectus dupliciter. Primò, quia motus proprius † non semper facit gratiam latiore, quando scilicet per hoc immutaretur proprius verborum significatus, licèt aliàs faciat gratiam vberioris interpretationis, sec. Car. consi. lxj. incip. volentes, & c.

Secun-

Secundò limitatur, quia licet clausula motus proprij sit ampliatiua gratiæ, cum sit beneficium principis, vt supra: tamen illud est verum quando ex tali ampliatiua nulli fit præiudicium, aliàs minimè, sec. Domi. cōsi. ciii j. in fi. col. & ideo si tacetur qualitas beneficij respiciens ius tertij, tunc motus proprius ei non præiudicat, puta si est iuris patronatus laicorum, vt per Rotam deci. cxij. quam etiam superius allegaui. Hinc est q̄ ista clausula non facit postea impetrantem præferri primo, nisi de illo fiat mentio. sec. Imol. post Cal. in cap. mandatum. in pe. col. de rescript. & sentit Domi. in c. duobus. eo. titu. libr. vj. vbi vult quòd motus proprius tollit diligentiam processus inter expectantes eiusdem datæ. secus ergo si alter est prior in data: de quo dixi supra in quarto effectu. hinc etiam dicit Domi. in repetit. c. postulasti. in xxvj. col. de rescrip. quòd motus proprius non præiudicat vnioni factæ per ordinarium etiam nondum sortitiæ effectum, quia non tollit ius quæsitum alteri in re vel ad rem. quod notabil. limitat Feli. in c. ad aures. in v. col. de rescri. nisi cum clausula motus proprij esset clausula generalis, Non ostantibus quibuscunque per quæ gratia nostra posset quomodolibet impediri vel differri. quia tunc per talē clausulam intendit impedire ius alterius ad rē, & per clausulam motus proprij tollitur surreptio: quod est notabile, si esset verum.

Sed de ista limitatione ego dubito, quia licet motus proprius tollat defectū surreptionis, nō tamen intentionis, vt sæpius est dictum supra. Cum igitur vnio legitimè facta respiciat causam necessariā. c.



cam te. de æta. & qualit. certè non est verisimile quòd papa voluerit eam tollere per prouisionem suam subsequente: nisi de vnione expressè fiat mentio, vel saltem per illam clausulam, Suspendentes quascunque vniones, &c.

Et ideo dicunt in simili domini de Rota dec. clx. 6 incip. Nota quòd beneficium. in antiquis. † quòd beneficium vnitum nò potest permutari per illum qui tenet beneficium, antequam vnio sortiatur effectum: quia aliàs sequeretur quòd vnio posset esse inutilis per frequentes & plures permutationes seu prouisiones: quod non est de mente & intentione Papæ. Stat ergo dictum Domi. simpliciter & absolute verum propter præiudicium tertij, quod non tollit motus proprius. Secus si taceantur aliqua nò cõcernentia alicuius præiudicium: quia illa tolluntur per dictam clausulã, eo quòd † actus procedens à mera liberalitate principis nemini præiudicans est latè interpretandus, etiam si materia sit exorbitans & restringibilis, prout egregiè probat Per. de Anch. consi. ccxcv. incip. Pro clariori euidencia. vbi dicit, quòd regula cancellariæ per quam gratiæ super beneficiis motu etiam proprio factæ redduntur inualidæ, nisi verus valor exprimat in eis, censenda est odiosa, & per consequens restringenda: quia cum sit beneficium principis nemini præiudicans nisi concedenti, debet ampliari, per supradicta. Ratio autem istius rationis est, quia † vbi motus proprius principis, ibi mera liberalitas: ideo latissimè interpretanda in rebus super quibus latissimam habet potestatem, prout super ecclesiasticis bene-



beneficiis. c. ij. de præb. lib. vi. cum similib.

Ex quo patet quòd dicta regula sic restringens munificentiam ac donum ipsius principis, est odiosa, & naturæ beneficiorum opposita, igitur restringenda. reg. odia. cum vulg. Nam † propositum cuiuslibet nobilissimi debet esse, vt in donis crescat, & non decrescat. c. i. de donat. per quæ infert aliqua multùm notanda, scilicet quòd d. reg. loquens generaliter de beneficiis debet restringi ad simplicia beneficia tantum, & non extendi ad personatus, officia, vel dignitates. c. quanuis. iun. c. cum in illis. de præben. lib. vi. Sed istud hodie fortè nō procederet propter regulam modernā, quæ dicit, Illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum.

Pondero ista verba vniuersalia, Et primò dictionem, aliorum, † quæ de sui natura est apta comprehendere omnia in infinitum, vt ponit Domi. consi. xiiij. in ij. col. maximè quando non iungitur termino restrictiuo præcedenti, iuxta nota. in c. sedes. de rescrip. vbi dicit glo. quòd dictio alius, apta est includere etiam maiora expressis. De quo ibi latè per Feli.

Secundò pondero dictionem, Quorumcunque † beneficiorum, quæ similiter est vniuersalis dictio, nec limitatur nisi in casibus à iure expressis siue exceptis, vt pulchrè per Domi. consi. cxxxij. in fin. col. Et sic ista prima illatio Ancharani nō procedit hodie stante regula, de qua supra.

Secundò infert quòd dicta regula cum debeat tanquam odiosa restringi, non debet extendi ad gratias factas motu proprio personis dominorum

Cardinalium, arg. c. quia periculosum. de sen. ex c. lib. vi. quia quæ speciali nota digna sunt, nisi exprimentur, videntur neglecta. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniu. Infert etiam quædam alia satis notanda, vt ibi per eum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Inferiores conferunt motu proprio, & per eum etiam surreptio tollitur.
- 2 Ex mera liberalitate non potest aliqua culpa ascribi.
- 3 Motus proprius non purgat vitium falsæ expressionis.
- 4 Non est ita odiosus tacens verum, sicut exprimens falsum.
- 5 Corruit vnio, si causæ expressæ non sint veræ.

**S** Eptimò & vltimò sciendum est quo ad istam clausulam motus proprii, quia per appositionem illius etiam † in literis inferiorum tollitur surreptio, prout in literis Papæ, vt probat text. & ibi Francus in i. not. in c. si postquam. de præben. lib. vi. iuncta glo. in c. si. de offi. leg. eod. lib. Nam iura non arctant superiorem ad exprimendum beneficia impetrantis, sed ipsum impetrantem. Vnde quando ei confertur beneficium motu proprio, & sic † ex mera liberalitate, non potest aliqua culpa ascribi eidem, vt per Car. in cle. ij. de offi. or. Finaliter pro complemento istius clausulæ, non omitto, quòd licet motus

motus proprius tollat surreptionem, id est, purget  
 vitium taciturnitatis: non † tamen purgat vitiū fal- 3  
 sę expresionis. Et sic aliud est suppressere verum,  
 & aliud exprimere falsum. Nam non † est ita odio- 4  
 sus tacens verum, sicut exprimens falsum: quia po-  
 ruit tacere ex ignorantia, vt dicit Panor. in c. sedes.  
 in i. col. de rescrip. Aliam rationem & magis cla-  
 ram assignat Fel. ex mēte doct. in c. ad aures. in ver.  
 quartus casus est. eod. ti. vt ibi per eum. & ideo di-  
 cit notanter Car. consi. xcvi. incip. Papa vniuit,  
 &c. non tenere † literas Papę, in quibus expresis 5  
 certis causis mādabat proprio motu quandam ab-  
 batiam vniri episcopatu, ex quo illę causę erant  
 falsę, quia per falsam expresionem constat quod  
 fuit deceptus, quasi super illis causis fundaretur in-  
 tentio Papę. Vnde verisimile est quod illis existen-  
 tibus falsis, non fuisset gratiam concessurus. Nec  
 obstat huic conclusioni cle. i. de proba. quia loqui-  
 tur vbi Papa pro causa suarum literarum fundat se  
 in facto per eum gesto. tunc enim non potest fieri  
 probatio inferens mendaciū Papę. At in casu præ-  
 missō & similibus fundat se in facto alieno: quo ca-  
 su de veritate illius facti potest fieri quęstio, & cō-  
 trarium probari, vt notat. in di. cle. i. & ponit Pa-  
 nor. in c. dudum. circa medium. in ver. & nota hoc  
 dictum, &c. de priuil.

## S V M M A R I V M.

- i Collatio, facta durante mense ad per expectan-  
 tem acceptanda datum, non valet, etiam ex-  
 pectante non acceptante.



- 2 *An valeat acceptatio secundi in data intra mens-  
sem primi, si primus non acceptat.*
- 3 *Iuniores Canonici possunt optare intra tempus  
primi antiquioris.*
- 4 *Quod nullum est ob fauorem alicuius, potest ta-  
cite & expresse ab illo approbari.*
- 5 *Frigiditas quando sit causa dirimendi matrimo-  
nium.*
- 6 *An successor in beneficio possit dare de regula  
de triennali possessore.*
- 7 *Allegans ius tertij regulariter non auditur.*
- 8 *Rota semper innititur equitati.*



Successiue in huiusmodi literis expectatiuis subiicitur hæc clausula, videlicet, Quæ tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitimè constitutum intra vnus mensis spatium, postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illorum innotuerit, duxeris acceptanda, &c. Ista clausula multa operatur.

- 1 Et primò, quia † nulla censetur collatio interim ab ordinario facta, quanuis expectans non acceptet intra mensem, vt appositio mensis aliquid operetur. cle. cum ei quem. §. secus. de concess. præb. & ratio est secundum Paul. & Card. ibi, quia talis collatio ordinarij reperitur facta tempore inhabili, quo fieri non poterat, & sic opus est noua collatione. arg. c. bonæ. & c. pe. de elect.

Idem dico per eandem rationem quando secundus in data acceptauit intra mensem primi, quia  
requi-

requiritur similiter noua acceptatio intra secundū  
mensē, licet primus debito tempore nō acceptet  
sec. Io. An. in add. Spec. in rub. de concess. præb. in  
prin. alleg. l. si filius. §. cum filius. ff. de bon. lib. cum  
aliis, vt per eum.

Sed ego † de ista sua determinatione dubito pro- 2  
pter tex. notab. iunc. glo. in l. fin. C. qui admitt. vbi  
agnitio bonorum possessionis facta per sequentem  
in gradu intra tempus primi qui eum præcedit, &  
sic ante tempus congruum, operatur effectum suū  
tempore congruo: nec est necessaria alia agnitio.  
Quod exclamat ibi Romanus, & propriè in termi-  
nis supradictæ quæstionis. tenet hanc partem ibidē  
Saly. per illum tex. in fi. & in l. filio. §. contra tab. ff.  
de inof. test. iun. glo. in ver. pertulit. fac. etiam bona  
glo. in c. fi. in glo. penul. de consuetud. li. vi. dū vult  
† quod iuniores canonici possint optare intra tem 3  
pora primi, & valet optio sequentium in euentum  
in quem antiquior non optabit. Et istam partem  
puto veriore per supradicta, quam etiam dispu-  
tando tenuit Io. Cal. prout refert & seq. Egidius de  
Bellamera conclus. cccclxviij. incip. si primus, & c.  
Non obstat ratio contraria, quia ex quo appositio  
mensis & decreti respicit fauorem primi: certè ipse  
huic fauori potest & expressè & tacitè renunciare:  
pro quo fa. bonus tex. in c. si clericus. in §. verum. de  
præb. lib. vi.

Hanc eandem conclusionem putō procedere, si  
in literis diceretur post illa verba, quod duxerit ac-  
ceptādū, scilicet ita quod interim manus ordinarij  
& cuiuslibet alterius sint ligatæ, prout antiquitus

dicebatur tempore Clementis quinti, vt nota. in d. cle. cum ei quem. & refert vna decis. xcv. inci. paragraphus, in nouis. Quæ verba idem importat quod decretum irritans cum appositione mensis. di. §. fecus. Vnde † cum respiciant fauorem primi expectantis (vt dixi) certè potest ille approbare collationem ordinarij aut alterius interim factam, quæ nõ est nulla absolutè & simpliciter, sed ita demum si ipse velit, prout in simili dicitur quòd testamentum in quo filius in potestate est præteritus, est nullum, nõ absolutè & simpliciter, sed ita demum si filius dicat nullum. l. filio præterito, cum materia. ff. de iniusto testamento. ad idem bonus tex. in l. non eo minùs. C. de procur. & glo. nota. in c. si quis acceperit in fi. § xxxiiij. q. i. vbi dicit, quòd vir qui † tẽpore contractus sciuit se frigidum, non potest recedere à muliere, si ipsa velit cohabitare eidem: quia frigiditas viri est causa sufficiens dirimendi matrimonium, scilicet ita demum si alter coniugum non frigidus velit. & ita teneo in præmissis.

6 Et per ista vidi aliàs practicari quòd † si impetretur beneficium pacificè possessum per trienniũ, successor in tali beneficio non potest dare de regula de triennali: quia illa decernit impetrationes huiusmodi irritas & inanes censeri debere, videlicet in fauorem ( vt dicebatur ) possessoris, hoc est, ita demum si ipse opponat, aliàs minimè, per rationes de quibus supra.

Ego etiam allegaui in illa causa & informando dominos tenui contrarium, & mouebar ista ratione. Nam successor, qui nunc nititur dare de regula,

gula,



gula, non venit ex iure sui prædecessoris simpliciter, nec ex illius persona dicit se ius habere dicendo, ille non potuit molestari, nec ego debeo molestari, ex quo eidem successi: † quia sic allegaret 7  
ius tertij, quod regulariter est prohibitum. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendice. Notatur in regu. si quis in ius. per Bar. in l. si tertius. ff. de aqu. plu. arc. & latè in l. qui cum hærede. ff. de except. rei iudi. Sed nititur ex decreto Papæ posito in regula de triennali, inferendo per hoc, quòd impetratio aduersarij obstante decreto non valuit, ad quod facit bonus tex. in c. cum dilectus. de iur. patro. vbi H. obtinuit ecclesiam contra Guil. ex eo quia facta fuerat ipsi Guil. collatio contra inhibitionem & reservationem legati intendentis providere cuidam nepoti suo. Et sic ex isto capire obtinuit fundando se simpliciter in nullitate collationis, non autem ex iure & persona illius nepotis reservationiui. Non obstat modo dicta l. filio præterito. in qua est principale fundamentum partis contrariæ, quia ibi expressè dicitur & statuitur, vt tunc demum testamentum in quo præteritur filius iam natus, sit nullum, cum ipse præteritus hoc dicere voluerit. At in casu præmissio Papa decernit impetrationem nullam de beneficio per triënum pacificè possessio, non distinguendo nec aliter declarado an velit vel nō velit ipse possessor, ideo generaliter est ipsum decretum intelligendū. l. i. §. generaliter. ff. de leg. præstan. c. si Romanorum. xix. di. cū similibus. Et istæ rationes aliquibus dominis placuerunt: sed

adhuc sub iudice lis est. Et profectò militant etiam & stringunt contra conclusionem principalem, & fortè pars ista obtineretur in practica propter auctoritatem Oldr. con. cccvi. incip. quamuis pater Reueren. &c. Quam partem etiam tenuerunt consulendo doct. Collegij Patauini, vt habe. in consil. Car. num. cv. vbi adducunt rationes pulcherrimas ad vtranque partem, quare non prosequor vltèrius. Et 8 ideo credo quòd † decis. Rotæ, quæ semper innititur æquitati, amplecteretur partem quam supra tenui, quia altera pars sapit rigorem iuris: ista æquitatem, quæ in dubio sequenda est. l. placuit. C. de iud. & in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. Quæ æquitatem motus in simili dixit Io. Mo. in c. statutum de præb. li. vi. & refert Rota dec. dcccxxxij. inci. Cum ad collationem. in antiquis. quòd si ordinarius confert beneficium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum, cum clausula inhibitionis & decreti, tenet sua collatio, si impetrans non vult vti suis clausulis & sua gratia. Et ista sufficiant in ista quæstione.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Si sunt duo expectantes disparis data, quilibet habet mensem integrum.*
- 2 *Expectantes in data, & processus fulminatione, habent vnicum mensem.*
- 3 *Multis accusatoribus competit vnicum tempus, prout & pluribus heredibus ad petendum tutorem pupillo.*

4 *Diligentior in processu praefertur habenti eandem datam.*

**S**ecundò principaliter notādum est circa mensem datum ad acceptandum, † quòd si impetrantes sunt disparis datae, tunc quilibet habet integrum mensem ad acceptandum, ita vt durante mense dato primo impetranti, secundus in data acceptare non potest: & si acceptat, acceptio & collatio est nulla propter decretum appositum in literis primi, vt deduxi in praecedenti quaest. latè hoc firmat Oldr. cōsi. cxxxvi. incip. plures.

Sed quando † sunt aequales in data & in fulminatione processus cū clausula acceptādi intra mensem, tunc omnes habēt vnicū mensem, ita quòd quilibet potest acceptare statim beneficiū vacans inclusum in sua gratia, prout plenè determinat Ioā. An. in addi. Spec. super rub. de cōces. praebēd. Idem tenet Io. Cal. approbās opinionē Zenzelini. in d. clem. cū ei quē. & sequitur Domi. consil. cxxxii. incipiente, Casus talis est. in pe. col. pro qua conclusione facit bonus tex. in c. fin. de cōsuetu. libr. vi. vbi ad optandum dantur tantūmodo xx. dies, quotcunque sint optare volētes, prout etiā dixi supra in aliò proposito. ad idē facit. l. ij. §. fi. & l. iiii. j. in i. respon. ff. de adult. vbi licet maritus in accusatione vxoris adulterae praefertur aliis, tamen tēpus lx. dierū † currit si-  
mūl sibi & aliis accusatoribus, sicut & aliās omnibus qui vocātur ad successionē pupilli, currit annus ad petendum dari tutorē pupillo, aliās perdunt ius



succedendi. l. sciant. C. de leg. hær. inducitur etiam pro casu dicta clemen. cum ei quem. vbi mēsis currit à tempore quo vacatio nota est in ecclesia, & sic tunc statim currit omnibus.

- 4 Quid autē si † essent pares in data, sed dispaes in fulminatione processus? puto quòd quilibet haberet mēsem ad acceptandū integrū de per se, quia ex dispositione regulæ Cācellariæ sunt dispaes & nō pares: nam per illā diligētor in fulminatione processus præfertur, & sic habet locū primū membrū.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Mensis ad acceptandum datus quot habeat dies.*
- 2 *In materia indifferenti appellatione mensis indistinctè intelligitur de xxx. diebus.*



- 1 **T**ertio principaliter pro declaratione dicti mensis dati ad acceptandum, quæri potest quot † dies debeat habere dictus mēsis. ad quod breuiter respōdeo, quòd
- 2 licet Bal. in l. eos. §. fi. C. de appel. dicat quod in † materia indifferenti appellatione mensis indistinctè intelligitur de xxx. diebus, alleg. l. fi. in §. fin. C. de iur. deliber. de quo etiam per Bar. in l. cum bissexus. ff. de ver. sig. mihi tamē verior videtur doctrina glof. in c. quam sit. in ver. mensem. de elect. libr. vi. vbi dicit quòd mensis datur electo ad cōsentiendū post electionem sibi præsentatam, & tot dies habebit quot habuerit ille in quo præsentata fuit electio. Et ita dico in proposito isto, vt iste mensis habeat tot dies quot habuerit ille in quo vacauerit beneficiū. & si

& si dies aliqui lapsi erant, suppleantur de mense sequenti, per dictam glo. quam ibi sequ. Ioan. Mo. & Arch. & Bar. in dicta l. cum bissextus. & ponit Alexand. consil. xlij. in iij. volum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Mensis ad acceptandum quādo incipiat currere.*
- 2 *Nō in certis, sed in incertis locus est coniecturis.*



Vartò, notandum est quòd † dictus mensis incipit currere à tempore notæ publicæ vacationis in loco vel ecclesia beneficij vacantis. d. clem. i. in fi. quasi ius interpretetur impetrantē non prius scire quàm sciatur in dictis locis. Currer ergo dictus mensis, si impetrans sciat vacationem antequā sciatur in dictis locis: † quia nō in certis, sed in incertis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. oblig. Quod tenet expressè Egidius de Bellam. conclus. ccccclxxiiij. Et est notandum quòd indubitanter hodie procedit propter clausulam quæ ponitur in literis, videlicet, intra vnus mensis spacium postquam tibi vel eidem procuratori vacatio huiusmodi innotuerit, & c.

## SUMMARIUM.

- 1 *Expectans non acceptat post mensem, etiam si adhuc beneficium sit vacans, & res integra.*
- 2 *Forma mandati exactè est attendenda, maxi-*



I Vintò non est omittendum illud quod tenet Ioan. And. in d. clem. cum ei que. & seq. Rot. decis. cxciij. in antiquis. † quòd expectans non potest acceptare beneficium post mensem à tempore vacationis, etiamsi adhuc vacet, & sit res integra. Sed huic conclusioni multum obstat tex. in c. si tibi absenti. in fi. de præben. lib. vj. vbi post terminum assignatum ad consentiendum, si res est integra, licitum est consentire, etiam si prius dissensisset, sec. glos. ibi. dummodo isto ultimo casu cõferens maneat in eadem volũtate. per c. licet. de præcur. ad idem bonus tex. in l. mancipiorum. ff. de opt. lega. per quæ iura tenet vna decisio in conclusionibus Egidij, quòd creatus canonicus à Papa potest præbendam vacantem etiam post mensem acceptare, si res est integra: & est in ordine dccxxvij. incipien. Canonicatus. Et istam partem tenet Arch. in c. dudum. de præbend. lib. vj. quæ de iure videtur verior per prædicta. Sed prima potest procedere propter † formam mandati, quæ exactè attendenda est. c. cum dilecta. de rescript. & in l. diligenter. ff. mand. maximè in beneficialibus. c. cui de non. de præbend. lib. vj. Ex quo enim in literis dicitur quòd intra mensem possit acceptare, certè post lapsum mensis negare videtur, argu. l. cum prætor. ff. de iud. cum simi. Præterea dato post mensem re integra adhuc posset acceptare: tamen exequutor de eo sibi prouidere nõ potest obstante forma mandati ( vt supra ) & ita per



per istam rationem inclinat Rota, decis. xxxiii j. incipien. Nota quòd vbi impetrans. in antiquis. & Egid. in d. conclus. superius alleg.

## SUMMARIVM.

- 1 *Facta acceptatione intra mensem, an exequutor post illum possit conferre beneficium.*
- 2 *Qualitas temporis adiecta acceptationi intelligitur repetita in collatione exequutoris.*
- 3 *Diuturna vacatio est ecclesie damnosa.*
- 4 *Exequutor succedit in locum Pape.*
- 5 *Licet tempus sit præfixum presentationi, non tamen confirmationi seu institutioni.*
- 6 *Ad prouidendum nullum tempus est præfixum exequutori.*
- 7 *Quotiens determinatio potest plura respicere, debet tunc determinare potius verbum proximum quàm remotum.*
- 8 *Semel affectum, semper durat affectum.*
- 9 *Negligentia impetrantis. gratiã corrodit, & facit expirare potestatem exequutoris.*
- 10 *Inductio in possessionem facta per exequutore, habet vim prouisionis.*
- 11 *Inductio in possessionẽ est executio prouisionis.*
- 12 *Verba exequutiua operantur contractum matrimonij.*
- 13 *Necesse est quòd expectans petat sibi prouideri.*

- 14 *Acceptatio requirit consensum impetrantis declaratum per verba vel actum.*
- 15 *Petitio consecutionis instrumenti de provisione facta absenti, non habet vim acceptationis.*
- 16 *Procurator ad acceptandum beneficium habeat speciale mandatum.*
- 17 *Coniuncta persona sine speciali mandato beneficium non acceptat.*
- 18 *Coniunctio sanguinis, non supplet speciales defectus mandati.*
- 19 *Ratificatio fiat intra tempus, intra quod debet fieri actus ratificatus.*
- 20 *Laicus beneficia pro clerico tanquam procurator acceptat.*
- 21 *Acceptatio est voluntatis declaratio.*
- 22 *Excommunicatus beneficium acceptat, sed non facit sibi provideri.*
- 23 *Inuestitus à laico non cōsequitur ius spirituale.*

I



Extò, quæritur † an facta acceptatione intra mensem, & sic tempore congruo, possit exequutor providere post mensem, & hoc circumscrip̄ta regula Cancellariæ, quam postea subiiciam. glo. in d. cle. cum ei quem. in ver. intra mensem, sentit quòd non possit, ibi dum dicit, ita quòd post mensem ex vi reservationis acceptari, vel per exequutorem conferri non possit. quam

quam glo. ita intelligit & seq. Car. ibi, & multi alij quos ipse refert. Idē tenuit & clarius ipsemet Car. consi. lxx. inci. Ad primū. motus tali ratione, quia †<sup>2</sup> qualitas temporis adiecta acceptationi intelligitur reperita in collatione exequutoris, cū vtrunque fit sub vna oratione. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vin. tri. oleo que leg. & in c. secundo requirit. in prin. de appel. Et istam partem suadet restrictio faciēda in talibus literis beneficialibus. c. quāuis. cum vulg. ne in perpetuum stet collatio in suspenso in præiudicium ecclesiæ, † cui diuturna vacatio est damnosa. c. quā<sup>3</sup> sit. de elect. lib. vj. Contrariam partem tenet Pau. in d. clem. vn. dicens quòd mensis adiicitur reservationi & acceptationi nō collationi per exequutorem faciendæ. Idem videtur tenere Ioann. Cald. consi. xxxij. in titu. de concess. præben. mouetur ista ratione, † quia exequutor succedit in locum Papæ, †<sup>4</sup> cui non est statutus certus terminus, nec currunt tempora sibi, vt no. Compo. in c. capitulum. de rescrip. & po. glos. in clemen. si de beneficio. in ver. sed nunquid. de præben. Pro hac parte adduco bonum simile, quia licet † sit præfixum tempus à iure<sup>5</sup> præsentationi, non tamen confirmationi: imò nullum tēpus reperitur præfixum à iure ad instituentum, vt di. vna dec. ccxij. inci. Secundum omnes. in nouis. vbi adducitur simile de quæstione ista, scilicet de acceptante intra mensem sibi præfixum, cui licet non prouideatur per exequutorē intra multa tēpora postea: nō propterea euanescit acceptatio, †<sup>6</sup> quia ad prouidēdum nullum tempus est præfixum exequutori. Ita formaliter dicit præd. decis. Et te-



nendo hanc partem posset responderi ad rationem Cardinalis faciendo argumentum totum contrarium suæ rationi, quòd tempus mensis videatur assignatū acceptationi, & non collationi. Quod probatur ex ipsa proximitate verborum dictæ clausulæ: nam † quoties determinatio potest plura respicere, debet tunc determinare potiùs verbum proximum quàm remotum. l. talis scriptura. ff. de leg. i. cum l. seq. c. cum dilecti. de donat. & maximè sec. Cal. in di. consi. quando actus non sunt connexi: sicut est acceptare per impetrantem, & conferre per exequutoré: qui actus sunt diuersi. Cum auté proximum verbum appositioni mensis sit acceptatio, quia litera gratiæ dicit, Quod intra vnus mensis spacium duxeris acceptandum: certè ista determinatio mensis apponitur acceptationi tantum: unde non videtur repetita in collatione exequutoris, prout arguit Car.

Ex quibus apparet quòd ista quæstio est multum dubia: credo tamé quòd prima pars sit verior, quia reperio quòd etiam Papæ currit tempus ad conferendum, vt prob. in c. statutum. de præben. libr. vj. vbi dicitur quòd si Papa beneficia vacantia in curia non confert intra mensem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinet, poterunt illa conferre: multo fortiùs idem debet esse in exequutore.

Et licet dubium sit an dispositio d. c. statutū. procedat hodie de consuetudine & stilo curiæ, secundum † quem semel affectum semper durat affectū, vt po. Rota dec. dcc. & Lapp. allegat. xcvi. incip. Beneficia, & c. tamen quicquid sit de stilo, verum est de iu-

de iure quod dixi. Ad idem facit, quia † negligencia impetrantis corrodit suam gratiam, & facit expirare potestatem exequutoris, vt prob. in c. tibi qui. de rescrip. lib. vj. & in c. si clericus. i. respon. de prae-bend. eo. lib. Et ita per ista iura tenuit Gasp. de Cal. contrarius patri in hoc, confi. xxxiiij. incip. Intra quantum tempus, inducendo. d. iur. vt ibi per eum.

Et propterea ad omnem dubitationem tollendam cautum est hodie per regulam cancellariae, quod quicumque vigore gratiarum expectatiuarum acceptauerint quaecunque beneficia, &c. debeant intra vnius mensis spacium a tempore huiusmodi acceptationis computandum, de huiusmodi beneficiis sic acceptatis per suos exequutores vel subexecutores facere sibi prouideri, alioqui, &c. Et pondero pro declaratione praedictae regulae & praemissorum, quia satisfactum est illi & eius dispositioni, si probetur sola inductio in possessionem facta per exequutorem intra tempus requisitum a regula, licet aliter non probetur alia prouisio seu collatio: † quia talis inductio habet vim prouisionis, vt concludunt domini de Rota dec. ccccxlj. inci. Fuit dubitatum. in nouis. ad quod ultra rationes eorum facit ratio, quia † inductio in possessionem est exequutio & quoddam consequens prouisionis: vnde faciendo consequens, videtur facere & eius antecedens. l. oratio. ff. de sponsal. & melior text. in c. ex parte. de spons. vbi † verba exequutiua operantur contractum matrimonij. Et ita per illum text. tenet in terminis istis Egid. de bella. conclus. ccxxv. incip. In causa, &c.

Aduertendum est & aliud ad declarationem eiusdem



- regulæ dum dicit, Facere sibi prouideri. Ex quibus  
 13 verbis datur intelligi † quòd ad validitatem prouisionis faciendæ per exequutoré, necessaria est præambula petitio per illum cui debet conferri, vt sibi conferatur. Quod expressè prob. in d. clem. vn. ibi, petendo sibi, & c. Et ideo petitio semper debet scribi, vt videatur beneficium fuisse acceptatum: quia †  
 14 acceptatio requirit voluntatem seu consensum impetrantis siue sui procuratoris declaratum per verba vel per aliqué actû, qui non esset indifferens, puta si reciperet collatum ab exequutore: quia ex hoc videretur acceptare. d. cle. vn. vers. quem etiâ. vbi  
 15 text. alternatiuè loquitur. Et ideo petitio † confectio instrumenti de prouisione facta absenti, non habet vim acceptationis: quia est actus indifferens, cum etiam contradicens possit petere instrumentum fieri, & consequenter talis actus non debet inducere acceptationem, quia non probat hoc esse, & c. c. in præsentia. de probat. cum similibus. & ita expressè firmat Cald. consi. incip. An assignatio. Verum quia suprâ proximè dixi sufficere voluntatem seu consensum procuratoris ipsius expectâtis, † qui  
 16 debet esse legitimè constitutus, & habere speciale mandatum, vt di. glo. in d. clem. vn. in ver. præsentia. Arch. & Io. An. in cap. ne captandæ. de præb. lib. vj.  
 17 & ideo procurator generalis † vel coniuncta persona non possunt acceptare, nisi super hoc habeant speciale mandatum (vt dixi) quod firmat decisio cccxxij. incip. Nota Paulus. in antiquis. & alia cccxviij. incip. Purificatio. in nouis. de quo etiâ per Inno. in c. accedens de præb. & seq. ibi Panor. Ratio est,



est, quia † coniunctio sanguinis non supplet specia- 18  
les defectus mandati, vt in l. pater. ff. de minor. Be-  
ne verum est quòd huiusmodi personæ possent ac-  
ceptare sine mandato: sed beneficium seu ius in eo  
non quæreretur expectanti, nisi ratificaret intra tē-  
pus debitum, per illud quod di. glo. in c. quam sit.  
de elect. lib. vj. quæ vult † quòd in istis spiritualibus 19  
potest interuenire rati habitio negociorum gesto-  
rum, sed opus esset quòd dominus (qui est princi-  
palis) habeat ratum intra illud tempus, intra quod  
ipse tenebatur declarare animum suum, per l. pe. ff.  
rem ra. hab. quod est notandum.

An autem laicus † possit constitui procurator 20  
ad acceptādum, tenet Io. An. in loco præalleg. quòd  
sic. quem seq. ibi Panor. nam non autorizat in hoc  
casu laicus, nec sibi aliquid acquiritur: sed transit  
istud ius spirituale in dominum: sicut aqua per cana-  
lem lapideum. Ego assigno aliam rationem, quia † 21  
acceptatio nil aliud est, quàm voluntatis declaratio:  
& istud cadit in laicum & quolibet incapacē, prout  
est † excōmunicatus, qui potest acceptare, sed non 22  
facere sibi prouideri, vt tenet dec. cxxvj. inci. Nota  
quòd excōmunicatus. in antiquis. nudū enim con-  
sensum exprimit nomine alterius. Vnde sicut quis  
potest contrahere tanquam procurator matrimo-  
niū carnale cum illa cū qua nō posset suo nomine,  
vt puta clericus: ita etiā dicendū est in matrimonio  
spirituali: nam valet arg. de carnali ad spirituale, &  
ecōuerso. c. ij. de transla. præla. cum aliis similibus.

Ex quibus apparet, sec. doc. in d. §. quem etiam. q̄  
licet laicus non possit pro se acceptare beneficium

cuius tanquàm laicus non est capax. c. cum adeò. de  
 rescri. & notat. in c. ex frequentibus. de institu. po-  
 test tamē acceptare pro alio, & illi acquirit ex col-  
 latione exequutoris absq; aliqua cessione. Ad quod  
 fa. quod no. Innoc. & doc. in c. quod sicut. de elect.  
 & in c. postulasti. de iur. patr. de laico habente col-  
 lationem præbendarū ex concessione Papæ, † quia  
 23 inuestitus ab eo non consequitur aliquid spiritua-  
 litatis ab illo, sed à confirmatore vel alio ministro  
 ecclesiastico.

## SUMMARIUM.

- 1 *Ordinarius an possit cōferre ante purificationem gratiæ.*
- 2 *Sequuta purificatione gratiæ & decretum retrotrahuntur.*
- 3 *Negligentia exequutoris non nocet expectanti diligenti.*



Eptimò & vltimò pro declaratione  
 istius clausulæ, Quæ intra mensem,  
 & c. dubitatur vtrum d. cle. vn. in §.  
 secus. habeat locum in gratia quæ  
 dicitur in formâ pauperum, sequuta  
 purificatione illorum verborum, Quatenus de vita  
 & conuersatione, & c. hoc est querere vtrum ante  
 purificationem sint ligatæ manus ordinarij. In hoc  
 dubio domini de Rota fuerunt varij: maior tamen  
 1 pars tenuit † quòd ante purificationem possit or-  
 dinarius conferre, quia decretum nō ligat ante pu-  
 rificationem gratiæ, licet in gratia sit appositū cer-  
 tum

tum tēpus, vt habetur in duabus decifionibus, vna est in antiquis ccccl. incip. Nota quòd. alia in nouis. kcv. incipien. secus. Verior tamen videtur opinio tenentium cōtrarium, quòd interim sint ligatę manus ordinarij, dummodo sequatur postea purificatio tempore congruo, & hoc vt decretum & appositio mensis aliquid operetur, dicto §. secus. Item quia † sequuta purificatione gratia & decretum retrahuntur, maximè si ibi est clausula retrahentiua iuxta vnam decifionem, quam in superioribus deduxi. Et hanc partem tenuit Io. de lig. in cap. proposuit. de concess. præben. & Ioan. Cal. in d. clem. vii. imò plus tenet ibi Cardi. quòd si expectās in forma pauperum petiit intra mensem purificari conditionem suę gratię, & circa hoc fecit † omnē 3 diligentiam, sed per exequutorem stetit, nihilominus dictus expectans nondum purificata sua gratia fecit acceptationem intra mensem, valet sua acceptatio, intantum quòd lapso mense ordinarius cōferre non poterit beneficium taliter acceptatum: quod dicit esse singulare & nouum. Sed de hoc est vna decif. in terminis. cccxcv. incip. Nota si impetrans. in antiquis.

Ex quo apparet quòd multo magis cēsantur ligatę manus ordinarij intra mensem, licet gratia nōdum sit purificata, dummodo in tempore fiat eiusdem purificatio, & etiam postea casu quo per expectantem non stetit, vt supra. Et hoc puto verissimū quicquid dicat Egidius cōclus. ccclx. Hęc de clausula intra mensem, sufficiant.



*Clausula, Districtius inhibentes, & decernentes ex-  
nunc, &c. quid importet.*



Competenti ordine in huiusmodi li-  
teris sequitur clausula, Districtius in-  
hibentes, &c. ac Decernentes exnuc,  
&c. Ista clausula magnum effectum  
operantur: quia vt di. glos. in clem. i.  
in ver. inhibentes, de iu. patr. valent gesta contra  
mandatum Papæ, si fiant per eum, qui aliàs circa il-  
lud quod mandatur habet iurisdictionem & pote-  
statem ex se, licet contrafaciens veniat puniendus,  
vt in c. dilectus filius G. de præb. nisi in mandaro &  
literis Papæ sit appositum decretum cum inhibiti-  
one: nam per hæc ligantur manus illorum etiam an-  
te præsentationem talium literarum, vt not. in c. si  
foli. de cõces. præb. lib. vj. De quo latiùs dixi in pri-  
ma parte principali, in antepenul. charta, vt ibi.

## SUMMARIUM.

- 1 *Clausula, Cum plenitudine iuris Canonici, quid  
includat.*
- 2 *Canonici creati duntaxat, dicuntur Canonici in  
herbis.*



Vbsequenter dicitur in literis expecta-  
tiuis, In canonicum creato tibi stallum  
in choro, & locū in capitulo eiusdē ec-  
clesiæ cum † dicti iuris plenitudine as-  
signantes, &c. Ista verba (vt dixi in prima forma li-  
tera-

terarum expectatiuarum) de iure includunt omnia iura canonicalia, & præcipuè perceptionem quotidianarum distributionum, secun.do. Ant.in c. pro illorum. ad fi. de præbend. de consuetudine tamen quasi vbique seruatür contrarium: quia † creati in 2 canonicos, antequam assequantur præbendam intra numerum, non participant de iuribus canonicalibus, & vocantur canonici in herbis, sec. dominos de Rota decis. cccxlv. incip. Si legatus. in nouis. cum aliis, vt dixi in dicta prima forma.

## SUMMARIVM.

- 1 *Quam vim habeat clausula, inducetes, & inducti defendentes, ac cõtradiçtores cõpescendo.*
- 2 *Deputatus ad ponendum in possessionem, in cõtradiçtores non habet iurisdictionem.*
- 3 *Quanto tempore durat potestas clausulæ, Defendas inductum.*
- 4 *Per clausulã, Cõtradiçtores, etc. datur iurisdictione.*
- 5 *Delegatus regulariter in extraneos iurisdictionẽ non habet.*
- 6 *Exequuntor cũ clausula, Cõtradiçtores, cõpescẽdo, non potest compescere de iure contradicentes.*
- 7 *Possessor beneficij non tenetur desistere à possessione, si iuri vult stare.*
- 8 *Nolẽs possessionem sine causæ cognitione dimittere, non dicitur indebitẽ contradicere.*
- 9 *Quando agitur vt quis cesset à molestatione, intelligitur de molestatione de facto, nõ de iure.*

- 1 **S**equitur postmodum alia clausula, videlicet, † Inducentes te, & defendentes inductum, &c. Ista clausula ideo apponitur, quia vbiq̄ue deputatur quis ad nudum ministeriū, prout est inducere aliquem in possessionem, apposta ista clausula scilicet, Et defendentes inductum, cū alia quæ statim in literis sequitur, videlicet, Contradictores, &c. potest talis exequutor in executione mandati exercere iurisdictionem compescēdo contradictores, quam non haberet sine dictis clausulis, sec. Ioan. An. in c. quarenti. de offi. deleg. Et ex hoc dicto Ioan. And. infert ad propositum notabil. Panor. in c. pro illorum. de præb. † quòd deputatus ad ponendum aliquem in possessionem, non habet iurisdictionem in contradictores, nec potest eam exercere, nisi apponantur huiusmodi clausula. Et idem quando deputatur quis ad conferendum.
- 3 Subiicit etiam ibid. Panor. quanto † tempore duret potestas istius clausula, Defendas inductum, &c. Et refert quosdam tenere quòd durat ad instar potestatis conseruatoris, iux. c. fi. de offi. lega. libr. vj. & sic quòd claudatur anno. Sed Io. An. di. ibid. quòd audiuit curiam tenere, quòd si inductus in possessionem possedit aliquandiu pacificè, tunc expirat eius potestas. Quod satis placet Panor. ne præiudicetur potestati ordinariæ, argu. c. ad hæc. de rescrip. & c. peruenit. xj. q. j.
- 4 Tertiò dicit ibid. Panor. ex mente glo. quòd † per istam clausulam, Contradictores compescēdo, datur iurisdictione non solum inter partes, sed etiā contra



tra extraneos contradicentes de facto:secus si contradicant de iure. Quæ verba ponderanda sunt ad duo. Primum est, quia † regulariter delegatus non habet iurisdictionem in extraneos turbantes partes, nisi quando sua iurisdictione impeditur. c. i. de offic. ordi. & bona glo. in c. non solum. de appell. libr. vi. Sed virtute huius clausulæ potest ferre excommunicationem in omnes extraneos etiam, vt dixi. Secundum est, † quia potest compescere contradicentes de facto:secus si contradicant de iure. Ad quod optimè facit elegans consil. Oldr. lxxxj. incipiens, Quod processus. vbi concludit quod † possessor beneficij non tenetur desistere à possessione ad mandatam exequutoris, ex quo non resistit de facto, sed offert se paratum stare iuri: quia non debet sine causæ cognitione expelli à possessione. c. licet. de præb. lib. vj. & in l. si. C. si per vim vel al. mod.

Ex quo infert Oldr. q. sententia excommunicationis etiam nominatim in eum lata non tenet: nam exequutor non habet in eum potestatem nec aliquam iurisdictionem: nisi indebitè contradicat. Certum est autem quod † nolens possessionem sine causæ cognitione dimittere, non dicitur indebitè contradicere, vt ibi latiùs per eum. Facit etiã ad hoc quod dicunt doct. in c. in presentia. in iiij. nota. de proba. dum declarant quid importat † quando agitur vt quis cesset à molestatione: nam intelligitur de molestatione facti & de facto, non autem iuris. Bene facit dictum Bald. in l. i. in vj. col. C. de his quæ pæ. nomi. & quod consuluit Petr. de Anch. consil. lxxxvij. incipien. Omissio primo dubio, &c.

- 1 Clausula, Amoto quolibet illicito detentore, quid operetur.
- 2 Clausula quæ apponitur in executione gratiæ, non firmat gratiam aduersus vitium surreptionis circa coloratâ facti alterius possessionem.
- 3 Habens ab ordinario collationem beneficij resequuati dicitur intrusus, & non habens possessionem, sed nudam detentionem.



- 1 **V**terius sciendum est, quòd in mandatis de prouidendo & in nouis prouisionibus ultra prædictas clausulas consuevit apponi clausula, † Amoto exinde quolibet illicito detentore: de qua habetur in cap. proposuit. de concess. præben. & respicit beneficia vacantia. Tandem operatur hunc effectum, vt possessio facti aliàs colorata non inualidet literas neque gratiam, licet de tali possessione non sit expresse facta mentio: nam satis videtur facta mentio de possessione facti per istam clausulam secundum Io. An. & Panor. in c. cum nostris. eodem titulo. & Card. cõsi. xxxi. incipien. Millesimo. in fin. aliàs literæ sunt surreptitiæ, vt ibi cum multis similibus. Dicit tamẽ ibidem Panor. ex mente Lap. de Castel. & Io. Cal. quòd hoc procedit quando hæc clausula ponitur in literis gratiosis: secus si in literis exquitorialibus, vel in executione gratiæ: quia † ea quæ apponuntur in executione gratiæ, non firmant gratiam aduersus vitium
- tium

rium surreptionis, prout est casus in clem. i. de præb. Idem seq. Domi. consil. lxxxvi. & hoc est multum notandum sec. eund. Panor. quia hodie dicta clausula communiter consuevit apponi in fine literarum in executione ipsius gratiæ. consequenter attenda dispositione. d. cle. i. de præben. nõ tollit vitium surreptionis circa coloratam facti alterius possessionem.

Ex quo sequitur quòd virtute huius clausulæ nõ poterit hodie exequutor amouere quem à possessione colorata, nisi sit merus intrusus, vt † quia ex 3 collatione ordinarij possidet beneficium reseruatum: quo casu non censetur habere titulum, vt sentit Domi. in c. cum qui. de præben. libr. vi. imò nec possessionem, sed nudam detentionem, vt per dominos de Rota decisio. lvi. incipien. Nota quòd vbi aliquis. in antiquis. & hoc propter decretum quod habet annexum, vt dicit alia decis. cccxxix. in antiquis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vires clausule non obstantiarum quæ sint.*  
*Per clausulam, Non obstantibus constitutionibus, &c. statuta ecclesiarum an sint dilata.*
- 2 *Clausule derogatoriæ generales non tollunt ordinationes fundatorum, si illi sint laici.*
- 3 *Licet clausulæ, Non obstant. tollant impediencia gratiam, inhabilitatem tamen personæ nõ remouent, nec dispensationem inducunt.*





- Ost prædictas clausulas sequuntur clausula Nonobstantiarum generales. Et primò in gratiis expectatiuis, in quibus dicitur, Nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus, &c. Per istas clausulas
- 1 † generales derogatorias sublata vel saltem dilata consentur statuta contraria ecclesiarum, vt puta actus sacerdotium requirentia vel aliquid simile, ita q̄ expectans vel aliàs impetrans apostolicus potest huiusmodi beneficia acceptare, licet nõ sit in sacerdotio constitutus: dũmodo sit in tali ætate quòd intra annum possit promoueri in sacerdotẽ, prout in terminis firmant domini de Rota, decis. cccclxvi. incip. Nota quòd statuta. in antiquis. per c. ei cui. de præbend. lib. vi. cum ibi not. per Ioan. Andr. & per eundem in c. si pro clericis pauperib. eod. tit. & lib. Dicunt tamen domini in dicta decisione, quòd
  - 2 clausulæ † prædictæ non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in suo testamento: quia sicut papa non vult præiudicare in presentatione patronis: ita nec in tollendo ordinationem vel vltimam voluntatem eorundem, argu. c. cum dilectus. cum ibi not. de iur. patr. Quam conclusionem intelligit procedere Compilerator decis. in nouis, decis. ii j. incipien. Si statutum, &c. in statutis seu ordinationibus laicorum, quibus papa vult & potest latius præiudicare, iux. nota. in d. c. cum dilectus. & vi. quæst. i. ca. decernimus. Subiicit in fine præd. dec.
  - 3 ii j. quòd † huiusmodi clausulæ nonobstantiarum, quanuis tollant impedientia gratiam, puta vitium surreptionis: defectum tamen seu inhabilitatem personæ

persona non remouent, nec dispensationem contra ius commune inducunt: contra quod ius commune papa in dubio per tales clausulas non intendit dispensare, vt not. per Io. Mo. in c. cum aliquibus. de rescrip. li. vi. cum aliis, vt ibi.

## SVMMARIVM.

- 1 Clausula, *Contrariis quibuscunque*, quid importet.
- 2 *Studentes Romæ percipiunt fructus beneficiorum suorum, nõ obstante statuto ecclesiæ, quòd per annum prius fiat residentia.*
- 3 *Generalis clausula quantum ad comprehensa sub ipsa complectitur sic singula ac si esset specialiter enumerata.*
- 4 *Clausula, Nonobstantibus, an tollat iuramentum, & pœnam, & quicquid obstat in contrarium.*
- 5 *Generalis nonobstantia sententiarum non tollit sententiam de expresso consensu papæ latam.*
- 6 *In nonobstantiis fit mentio de iuramento & confirmatione apostolica.*
- 7 *Clausula, Nonobstante certo canonicorum numero, quid importet.*
- 8 *Quando non sit necesse mentionem facere de canonicorum numero.*

**I** Ost dicta verba generalia sequuntur alia  
 verba magis vniuersalia, videlicet, †  
 Cōtrariis quibuscūque, & debet repeti  
 illud verbum, Non obstantibus, vt in c.  
 cum non deceat. & in c. quia sæpe. de electio. libr.  
 vi. Ista verba magis respiciunt consuetudines &  
 statuta ecclesiarum, quàm verba præcedentia: quæ  
 tollunt vel magis differunt constitutiones & ordi-  
 nationes apostolicas, prout patet ad sensum. Pro-  
 pter huiusmodi clausulas consuluit Old. cōsil. cxvij.  
<sup>2</sup> incip. Bonæ memoriæ. quòd studentes † Romæ  
 possunt percipere fructus beneficiorum suorum  
 non obstante statuto ecclesiæ quo cauetur quòd  
 per annum debeant facere residentiam, quia il-  
 lud statutum intelligitur sublatum per huiusmodi  
<sup>3</sup> clausulas generales, non obstantibus contrariis qui-  
 buscunque. Et ratio est, quia generalis clausula †  
 quantum ad comprehensa sub ipsa sic singula com-  
 plectitur, ac si essent specialiter enumerata. l. si  
 chorus. in princ. ff. de leg. iij. & hoc indicat ver-  
 bum vniuersale, Quibuscunque. l. hoc articulo. ff.  
 de hæ. instit. & in l. si creditores. C. de pact. Plus  
 dicit Card. cons. xxv. ad finem, incipien. In dei  
<sup>4</sup> nomine amen. In causa & quæstione. quòd † clau-  
 sula, Non obstantibus, tollit iuramentum & pœ-  
 nam, & quicquid obstat in contrarium. Casus est  
 de iuramento in c. cum aliquibus. de rescrip. lib.  
 vi. & de pœna etiam est casus ibidem iun. glo.  
 super verb. firmitate alia. & gl. dicit, puta vincu-  
 lo pœnæ. Sed salua pace tanti viri contrarium est  
 verius. vt tenet glo. ordin. in c. cum non deceat.  
 super



super ver. effectus superius alleg. quæ dicit quòd ex generali nonobstantia constitutionum non tolluntur constitutiones iuramento firmatæ, similis glo. in clem. dudum. in ver. pacta. de sepul. quæ dicit quòd generalis nonobstantia pactorum non tollit pacta & conuentiones modo aliquo firmatas. & istas gl. exclamat ad hoc Rom. conf. cccxcij. incip. Præsens consultatio. & conf. cccciij. & alio. cccxxxvi. facit quod ponit Egidius conclu. cccccxxiiij. inci. Si papa. dum dicit † quòd generalis nonobstantia sententiatum non tollit sententiam latam de expresso consensu papæ: quia aliud est simplex sententia, aliud sententia talis, per dictas glos. Non obstat rex. allega. per Cardin. in dicto cap. cum aliquibus. quia ibi expressè in † nõobstantiis fit mentio de iuramento & confirmatione apostolica, dum dicitur, Nonobstantibus eiusdè ecclesie priuilegiis, cõsuetudinibus, vel statutis, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis. Et sic innuit quòd necessarium est de his mentionem expressam facere. Hoc idem tenet Domi. consil. lxxv. in fi. colum, & alio consil. lxxxiiij. in i. colum. Et ita seruatur & practi-  
catur in gratiis expectatiuis, in quibus expressè apponuntur prædicta verba, de quibus in dicto cap. cū aliquibus. Ergo sine illis non intelligeretur derogatum statutis & constitutionibus iuratis, vel per sedem apostolicam confirmatis: aliàs frustra membranas occuparent. cap. si Romanorum. xix. distin. & bona glos. in c. solita. de maio. & obediens.

Vltra prædictas clausulas nonobstantiarum ge-

nerales consuevit derogari in specie quibusdam statutis & consuetudinibus, & præcipuè in expectatiuis, quæ sunt in canonicum creatum. Primò dum dicitur, Ac de † certo canonicorum numero. Ista clausula ideo in literis apponitur, quia non est de intentione Papæ prouidere alicui in ecclesia numerata non facta mentione de numero: nec intendit in dubio frangere numerū, nisi dicat, Non obstante certo canonicorum numero, vt prob. in c. constitutus. de rescript.

8 Ex quo sequitur quòd si † canonicatus vacat de præsentī, vel si Papa mādēt prouideri de primo vacaturo: istis casibus non est necesse apponere istam clausulam, nec facere mētionem de numero canonicorum: quia neutro casu frangitur numerus, sec. doct. in c. cōstitutus. quicquid dicat ibi Compostel. quod est notabile, & seruatur de stilo.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula derogatoria statutis & cōsuetudinibus optandi, ad quid ponatur.*
- 2 *Quando opus sit derogare cōsuetudini de optādo.*
- 3 *Optio, & optandi consuetudo cessat in præbendis vacantibus apud sedem apostolicam, & beneficiis qualitercunque reseruatīs.*
- 4 *An & quando in reseruatīs habeat locū optio.*
- 5 *An valeat consuetudo de optādo præbendas specialiter reseruatās, etiam motu proprio, vel vacantes in curia.*

Insuper



**N**super derogatur † statutis & consuetudinibus de optando, quibus cœuetur quòd vacantibus canonicibus & præbendis pinguioribus, antiquiores canonici pinguiores præbendas sic vacantes optare possint. Ista clausula ponitur ad tollendam dispositionem c. si. de consuet. lib. vj. vbi dicitur quòd per rescriptum apostolicum quo præbenda primò vacatura mādatur alicui prouideri, laudabilis illius ecclesiæ consuetudo non tollitur. Hinc est quòd si ibidem est consuetudo quòd antiquiores canonici vacantes præbendas possint optare gradatim, non obstante rescripto & mādato apostolico, possunt antiquiores vacantem optare præbendam: nisi consuetudini præfatæ & similiter statuto derogetur, vt supra. Quæ † derogatio necessaria est eo casu, quando mandatur prouideri de præbenda pinguiori, dicendo, Præbendam verò etiam ex pinguioribus, &c. Nec isto casu sufficeret generalis derogatio statutorum & cōsuetudinum, vt ponit vna deci. ccc. incip. Si mandetur. in nouis. quia gratia impetrātis in præbenda nō optata suum non posset sortiri effectum, ex quo expressè mandatur de maiori præbenda prouideri: vnde illam minorem non optatam habere non posset, propter c. cui de non. de præbend. lib. vj. minus posset habere pinguiorem, si ad illam venitur tantum per optionem & consuetudinē, cui per illas clausulas generales non derogatur. Ideo (vt in principio dixi) opus est illis in specie derogare. Quod procedit etiā si gratia sit facta motu proprio, secundum doct. ibi.



& po. Domi. de sancto Gemi. confi. ciiij.

<sup>3</sup> Cessat tamen † optio & talis cōsuetudo in præbendis vacantibus apud sedem, vt dicit text. in d. c. cum in tua. ex quo libera earum dispositio de iure communi spectat ad Papam. c. licet. de præbend. eod. lib. nec est opus tunc specialiter derogare dictæ consuetudini de optando: sed sufficit generalis derogatio statutorum & consuetudinum: quæ tali casu extenditur ad statuta etiam iurata, secundum Rotam in titu. de rescrip. decis. xij. incip. Nota si aliquod. in antiquis.

Cessat similiter optio in præbendis & beneficiis qualitercunque reseruatis non tātum reseruatiōe generali clausa in corpore iuris ( vt statim dixi ) sed generaliter in omnibus, vt pon. decis. Rotæ cexix. incip. Nota quòd sec. in antiquis.

Eodem modo vacans in curia non potest optari ( vt supra ) ita nec etiā fructus grossi obtenti per canonicum in curia defunctū, etiam si illi grossi fructus redeant ad capitulum, vt vult alia decis. cexvj. incip. Sicut canonicatus. in nouis.

Aduertendum tamen est quòd licet prædictæ decisiones videantur velle quòd consuetudo de optando non habeat locum generaliter in omnibus qualitercunque reseruatis: melius tamen in hoc distinguit Card. confi. xvj. incip. Dominus Papa. vbi <sup>4</sup> dicit quòd † aut Papa facit reseruatiōem generalem beneficiorum ( sicut aliquando fit ) & tunc in totum sublata est optio, siue per se conferat, siue mandet conferri. Aliquando facit reseruatiōem specialem, & tunc si illa sit facta motu proprio, idem

idem est dicendum, scilicet quòd non habet locum optio. Intelligendo tamen sic vtrunque casum, quòd in literis sit clausula saltem generalis, videlicet, Non obstantibus statutis & consuetudinibus, &c. aliàs non intelligeretur tollere consuetudines particularium locorum, nisi hoc exprimeret. c. i. de constitu. lib. vj. Si verò reseruatio specialis non sit facta motu proprio, tunc nisi apponatur clausula specialis, per quam in specie derogatur consuetudini de optando, habet locum optio, argu. c. quanuis. & c. si propter tua. de rescript. lib. vj. & cum in ecclesia. de præben. co. lib. Hanc distinctionem sequuntur moderni in d. c. cum in tua. in §. in præben dis, assignantes rationem istius vltimi mēbri, quando reseruatio non fit motu proprio, sed ad petitionem alterius, vt fit locus optioni, quia tunc talis gratia procedit de radice ambitionis. c. quanuis. de præben. lib. vj.

An autem valeat † consuetudo cōtra prædicta, scilicet de optando præbendas specialiter reseruatitas etiam motu proprio, vel vacātes in curia, ponit Cald. consi. iij. in tit. de consue. vt ibi per eum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Papa non intendit grauare eandem ecclesiam su per prouisione duorum.*
- 2 *Refert an gratia sit in pendentem, an exequuta.*
- 3 *Onus finitum non habetur amplius pro onere.*
- 4 *De clausula, Seu si hodie pro alio vel aliis, &c.*
- 5 *Ordinarij possunt hodie multum conqueri.*

6 *Papa cum omni prelato in iurisdictione & potestate concurrat.*



Ost hæc in literis dicitur, Aut si aliqui apostolica vel quavis alia auctoritate in dicta ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur instant, aut alias similia beneficia expectent, &c. Ista clausula ponitur ad tollendam dispositionem c. mandatum. de rescrip. vbi dicitur quod cessantibus clausulis in dubio, Papa † non intendit grauare eandem ecclesiam seu eundem collatorem super prouisione duorum: imò à principio Papa non scribebat pro aliquo beneficiando, vt dicitur in Panor. & dixi ego in principio istius operis. Vnde in volumine decreti non reperitur huiusmodi gratias unquam fuisse concessas, cum tendant in graue præiudicium ordinariorum, arg. c. ccccxc. di. & c. peruenit. xj. q. i. Postmodum incepit eas concedere, cū moderamine tamen, vt in c. constitutus. & c. ex insinuatione. de rescrip. Et ideo quādo scribebat pro secundo, apponebat illam clausulam, Si pro alio nō scripsimus, quia (vt dixi) non intendebat grauare eandem ecclesiam pluribus, prout in simili dicitur in l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. ij. non esse verisimile quòd pater voluerit grauare filium duplici onere. Hodie summi pontifices non habent hunc respectum, imò indifferenter quampluribus concedunt literas expectatiuas ad eundem collatorem, & ad tollendum antiquum stilum & consuetudinem curiæ de non grauando eundem pluribus, apponunt



ponunt in literis hanc clausulam, Aut si aliqui, &c. Et est notandum, quia cum mysterio dicuntur illa verba, Sint recepti, vel vt recipiantur insistant, ad tollendas opiniones glo. Host. & doct. in d. c. mandatum. distinguendum vtrum † tempore secundarum literarum prima gratia pendeat, vel iam sit executioni mandata: vt primo casu non valeant secundæ literæ, nisi sit apposita prædicta clausula, per quam constet quòd Papa velit grauare ecclesiam in pluribus. Secundo casu minimè, argu. l. ij. in fine. iuncta l. non tantum. in princip. ff. de excus. tut. Nam in l. ij. dicitur, quòd habens tres tutelas non debet onerari quarta. Subditur in l. non tantum. hoc esse verum, si primæ tres pendent: secus si sunt finitæ. Et sic probatur ibi, quòd † onus iam finitum non habetur amplius pro onere: ergo idem in proposito, finita prima gratia & executata, non potest allegari pro onere contra secundum impetrantem. Quæ distinctio est satis iuridica: licet aliqui eam impugnent. Et propterea ad omnem dubitationem tollendam apponuntur prædicta verba, quæ comprehendunt, & gratiam finitam siue executam, & adhuc pendentem: quod clarius declaratur circa finem literarum, dum dicitur, Seu si hodie † pro alio vel aliis super æquali vel æqualibus gratia seu gratiis in dicta ecclesia, necnon de simili beneficio literas duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quàm præsentem effectum fortiri volumus, quacunque constitutione apostolica contraria non obstante, &c. Per quæ verba manifestè apparet de intentione & voluntate

Papæ volentis & intendentis grauare eandem ecclesiam & eundem collatorem super prouisione plurium. Et ideo bene dicit Panorm. in d. c. mandatum. quodd hodie † possunt ordinarij multum conqueri, cum ex reservationibus summi pontificis & ex literis expectatiuis ius conferendi sit quasi abdicatum ab ipsis ordinariis. Sed certè si bene consideretur hæc materia, non habent de quo conuerantur: quia Papa concedendo reservationes & gratias expectatiuas utitur iure suo, cum sit ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. & † cum omni prælato concurrat in iurisdictione & potestate, vt not. Ioan. Mona. in c. si eo tempore. de electio. lib. vj. & Bald. in c. i. qui feud. dar. pos. in vsibus feudorum. in princip. maximè quia reseruauit ipsis ordinariis quatuor menses ad conferendum: & multi habent alternatiuas, & sic non excluduntur à iure cōferendi in totum, prout latius dixi in principio operis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula, Seu super prouisionibus sibi faciendis, quid operetur.*
- 2 *Pauperes expectantes præferuntur diligentioribus in processu.*
- 3 *Clausula, Anteferri, operatur vt posterior præferatur priori solum ius ad rem habenti.*

Deinde



Deinde sequitur alia clausula, videlicet, † Seu si super provisionibus sibi faciendis, &c. Per istam clausulam dat Papa antelationem expectati, vt præferatur quo ad assequutionem beneficiorū cadentium in sua gratia omnibus aliis habentibus similes gratias in illa ecclesia à quocunque, quibus omnibus priusquā autoritate sua ibidem in canonicos receptis, aut alia beneficia in illa ecclesia expectantibus, vult illum pro quo scribit anteferri, dictis gratiis saluis manētibus quo ad assequutionem aliorum beneficiorum.

Ex quibus verbis suspendit interim gratias ab aliis concessas, & præseruat illas quas ipsemet pontifex ibidem iam aliis expectantibus concessit: ad quos non extenditur clausula, Anteferri, quasi eos relinquat in dispositione iuris cōmunis, scilicet vt prior in data alteri præferatur: & si sunt pares in data, tunc præfertur diligētior in processu, iux. c. duobus. cum ibi not. per doc. de rescrip. lib. vj. & ponit decis. Rotæ cccciij. incip. Nota si vnus. in antiquis. exceptis pauperibus expectantibus, † qui præferuntur diligētioribus in processu quo ad beneficia simplicia, prout latius dicam in vltima parte principali circa prærogatiuas.

Dictas autem gratias ab aliis concessas suspendit etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretū, vel aliàs quomodolibet sit processum. Per ista verba vltima credo quod includatur etiam acceptatio, citra tamen provisionem subsequutam, & sit sensus, vt iste expectans pro quo sic scribitur,



præferatur aliis habentibus gratias ibidem sedis apostolicæ vel legatorum, etiam si illi prius acceptasent quàm iste, dummodo prouisio non sit subsequuta: quod sic probatur. Nam per solam acceptationem quæritur tantummodo ius ad rem, vt prob. in c. quodam, de præbend. lib. vj. Constat autem quòd per † clausulam, Anteferri, posterior præfertur priori habenti solum ius ad rem, vt ibi ponit vna decis. in antiquioribus, quæ incip. Vnus innoc. De quo latius dixi supra in prima parte circa primam formam mandati de prouidendo.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula, Seu si episcopis, &c. quid operatur.*
- 2 *Papa sibi manus non ligat per quæuis verba: nec illæ etiam ligantur per verba suorum prædecessorum.*
- 3 *Par in parem non habet imperium.*
- 4 *Clausula, de tenore de verbo ad verbum exprimendo, quid operetur.*
- 5 *In rescripto contra miserabilem personam impetrato, de miseria fiat mentio.*
- 6 *Quando specialiter dicatur facta mentio de priuilegio.*
- 7 *De priuilegio Cluniacensium fiat specialis mentio.*
- 8 *Sufficit de priuilegio derogatorio facere mentionem assertiuè, licet non dispositiuè.*



**I**N literis subsequenter dicitur, Seu †<sup>1</sup>  
 si Episcopis, Archidiaconis, &c. à di-  
 cta sit sede indultum, quòd ad rece-  
 ptionem, &c. minimè teneantur, &  
 ad id compelli non possint. Per ista  
 verba apparet quòd † nunquā ligantur manus Pa-<sup>2</sup>  
 pæ per quæcūque indulta & priuilegia sua vel suo-  
 rum prædecessorum, vt probatur in c. dudum. & c.  
 quanuis. ij. de præbend. lib. vj. Quia nemo potest  
 sibi legem imponere, à qua nō liceat recedere. l. pe.  
 ff. de pac. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg.  
 iij. Et ideo quæcunque & qualiacunque verba di-  
 cat summus Pontifex in suis priuilegiis vel consti-  
 tutionibus, aut quancunque potestatem det alicui,  
 nihilominus maiorem retinet penes se ad totum  
 illud cessandum vel limitandum. Et idem (vt dixi)  
 quo ad priuilegia & constitutiones suorum præde-  
 cessorum, qui non possunt successoribus legem im-  
 ponere pari post se imò eadem potestate functu-  
 ris, cum † par in parē non habeat imperium, vt di-<sup>3</sup>  
 cit textus formalis in c. innotuit. de elec. fa. l. ille à  
 quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. & bo. rex. in c. si.  
 in vltimis verbis. de rescrip. lib. vj.

Derogat ergo per ista verba omnibus priuilegiis  
 & indultis in contrarium facientibus, etiam si es-  
 sent talia, de quibus ac toto eorum tenore plenam  
 & expressam, ac de verbo ad verbum oporteret fa-  
 cere mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis apo-  
 stolicæ indulgentia non obstante, de qua eiusque  
 toto tenore habenda sit in literis mentio specialis.  
 Ista † verba apponuntur ad tollendam surreptio-<sup>4</sup>

nem & defectum intentionis Papæ, vt prob. in c. cum ordinem. de rescript. vbi per rescriptum non tollitur priuilegium Cisterciensium, nisi in rescripto fiat mētio de illo ordine. Et sic requiritur mentio singularis, prout apparet ex verbis præmissis, dū in principio huius clausulæ dicitur, Seu si episcopis, archidiaconis, archipresbytero, præposito, capitulo, & personis præfatis, vel quibusuis aliis sit indultum, quòd ad receptionem, &c. Per quæ verba (vt dixi) fit specialis & singularis mentio: aliàs non sufficerent verba sequentia quantumcunque sint generalia & prægnantia, iuxta doctrinam Inno. in c. significantibus. de offic. deleg. vbi notabiliter dicit

5 quòd † rescriptum impetratum contra miserabilem personam, non valet, nisi expressè de miseria ipsius faciat mentionem. Per hoc etiam fa. quod no. Cy. in l. vna. C. quand. imper. int. pup. & vid. vbi dicit quòd si monialibus aliquibus cōcessum est priuilegium quòd non teneantur ad collectas, non tenentur ad procuraciones Cardinalium, etiam si habeant priuilegium quòd possint imponere collectas, nõ obstante aliquo priuilegio: quanuis in priuilegio Card. dicatur quòd Papa intendit derogare cuicunque priuilegio in contrarium facienti: † quāquam de ipso deberet fieri mentio specialis: talis enim mentio non sufficit, quia debet fieri mentio specialis. Quod dictum procedit secūdum Cardi. consil. cxxxvj. incipien. Factum sic se habet. in v. col. Quando in priuilegio monialium esset clausula, q̄ non teneantur ad procuraciones, nisi fiat de ipsarū ordine mētio specialis: & subiicit ibidem exēplum

magis



magis clarum ex mente Guil. de monte Laud. in cle. dudum. vers. nos etenim. de sepul. vbi di. quòd † per literas impetratas à Papa super beneficio non derogatur priuilegio Cluniacensium, per quod eis conceditur q̄ non teneantur recipere impetrantes apostolicos, nisi de ordine Cluniacensi vel de eorum indulto in literis fiat mentio, & hoc etiam si in literis impetratis sit clausula, Non obstantibus, &c. siue qualibet alia dictæ sedis indulgentia cuiuscunque tenoris, etiam de qua debeat fieri mentio specialis. Ratio omnium præmissorum est, quia si secus diceretur, priuilegium primum esset nullius roboris, quod non est dicendum. Adducit quædam alia Car. in d. consil. vt per eum. Credo † tamen quòd stantibus talibus priuilegiis sufficit de ipsis facere mentionem specificam & singularem assertiuè, licet non fiat dispositiuè, argu. cap. i. cum ibi nota. de constitut. lib. vj.

## SVMMARIVM.

- 1 Clausula, seu si præsens non fueris ad præstandū iuramentum, quid operetur.
- 2 Ad præstandum iuramentum de obseruandis statutis ecclesiæ per alium, requiritur speciale mandatum.
- 3 Idonea cautio, & idoneus procurator, quomodo intelligitur.
- 4 Ad acceptandum beneficium requiritur speciale mandatum.

**S**equitur in literis alia clausula, videlicet,  
 † Seu si præsens non fuerit ad præstan-  
 dum de obseruandis statutis & consue-  
 tudinibus ecclesię seu ecclesiarum præ-  
 dictarum solita iuramenta, &c. Per ista verba datur  
 intelligi, quòd iste actus, hoc est, præstare iuramen-  
 tum super obseruantia statutorum, † requirit man-  
 datum speciale, prout apertius probant verba quę  
 sequuntur, scilicet, Dummodo in absentia tua per  
 procuratorem idoneum, id est, habentem ad hoc  
 speciale mādatum, prout ego intelligo, arg. l. si mā-  
 dato. §. vlt. ff. mand. & in c. ex parte. iun. glo. in ver.  
 sufficiens. de ver. sig. iun. l. sancimus. C. eod. tit. In  
 quibus iuribus habetur, quòd nomine † cautionis  
 regulariter sola promissio intelligitur: sed cū adiici-  
 tur, idonea, intelligimus fideiussores vel pignora.

Pari modo intelligo procuratorem idoneum in  
 hoc casu, hoc est, habentem speciale mandatum: si-  
 cut & aliàs dicitur quòd ad acceptandum benefi-  
 cium pro absente requiritur speciale mandatum,  
 iux. glos. tritam in clem. vni. in ver. absentia. de con-  
 ces. præben. Nec sufficit procurator generalis, aut  
 etiam coniuncta persona, vt ponunt doc. in c. ac-  
 cedens. de præben. & Rota decis. cccxxiiij. incipien.  
 Notat Paulus. in antiquis. fa. tex. in c. si. de iur. cal.

Debet ergo habere talis procurator speciale man-  
 datum iurandi corporaliter in animam constituen-  
 tis super obseruatione, &c. argu. tex. opt. in c. procu-  
 rator. de elec. lib. vj.

Sed ad hoc est aduertendum, quia ex formā li-  
 terarum arctatur impetrans, cum ad ecclesiam seu

ecclesias ipsas accesserit, corporaliter præstare huiusmodi iuramentum de obseruandis statutis & consuetudinibus, non obstante quòd in absentia per idoneum procuratorè illud præstiterit, vt probant illa verba quæ in literis dicunt, Dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad ecclesias ipsas accesseris, corporaliter illa præstes. Et sic requiritur vtrunque, vt denotat natura copulæ. l. si hæredi plures. ff. de condi. institu. cum aliis iuribus tritis & vulgar. ad hoc.

## SUMMARIVM.

- 1 Clausula, *Volumus autem quòd quum primum, &c. quid operetur.*
- 2 Clausula, *Quæ exnunc vacare decernimus, quem habeat effectum.*

**R**Enultimò in huiusmodi gratiis expectatiuis consuevit apponi hæc clausula, Volumus † autem quòd quum primū alicuius dignitatis, personatus, aut cum cura administrationis, vel officij, seu curati beneficij vigore præsentium possessionem pacificè fueris assequutus, eadem præsentis literæ, & processus habiti per eandem, & inde sequuta quæcūque quo ad reliquum illi incompatible, sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti.

Pro cuius declaratione sciendum est quòd ista clausula ponitur solùm & dūtaxat quando in duabus collationibus datur dignitas, personatus, admi-



nistratio cum cura, vel officium aut beneficium curatum, & creatur canonicus: aliter non. Et hoc quia pluralitas prædictorum est incompatibilis sine dispensatione. c. de multa. de præben. iun. cap. i. de cōsue. lib. vj. Item ponitur ad hunc effectum, quia licet detur gratia ad duo incompatibilia, per hoc non censetur dispensatum super retentione vtriusque. c. non potest. §. cum verò. de præben. lib. vj. imò in hoc plus disponitur per istam clausulam quam per ius commune: quia adepto pacificè primo incompatibili, expirat gratia quo ad assequutionem secundi, & consequenter nedum prohibetur retentio vtriusque, prout de iure communi, sed etiam assequutio. Et ideo apparet quòd non stat sine virtute operandi, licet prima facie videatur sonare idem quòd ius commune, iux. iu. vulg.

Solet etiam poni hæc clausula, quando obtinenti ecclesiam parochialem datur gratia ad aliud incompatible, dicendo in hunc modum, Volumus autem quòd quum primùm vigore præsentium dignitatem, personatum, aut officium vel beneficium curatum fueris pacificè assequutus, dictam parochialem ecclesiam, quam (vt præfertur) obtines, & quam exnunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Ista verba bene concordant cum dispositione iuris communis, maximè cum cōstitutione execrabilis. Io. xxij. & exprimuntur ad maiorem declarationem. Et ideo illa verba, **Quam** † exnunc vacare decernimus, debent intelligi, scilicet post pacificam assequutionem secundi, non autem quòd vacet statim de præsentis, sed in euentum pacificæ assequutio-

quotionis secundi, prout de iure.

## SVMMARIVM.

- 1 *Clausula, Nulli ergo omnino hominũ, &c. quid operetur.*
- 2 *Inhibitio non impedit ea quæ iuris sunt, & de iure, sed ea quæ sunt facti.*
- 3 *Clausula, Indignationem omnipotentis dei, &c. quid importet.*
- 4 *Qui sine iusta causa literis papa se opponit, mortaliter peccat.*



Vltimò dicitur, Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Comminatur per hanc clausulam papa omnibus qui ausi fuerint contradicere literis suis sine iusta & rationabili causa, vt probant illa verba quæ sequuntur, videlicet, Infringere, & ei ausu temerario contraire. Ex quo patet quòd si quis contradiceret, & se opponeret de iure, & non de facto: talis non comprehenderetur sub ista clausula, iuxta notata per doctores in cap. in presentia. in iiiij. notabili de probationibus. cū aliis quæ latiùs deduxi supra declarando clausulam, Contradictores compescendo. Bene facit quod eleganter scribit Oldr. cõsi. cxxxvj. inci. Quod ex productis. in fi. col. Vbi dicit quòd inhibitio non impedit ea quæ sunt iuris, sed ea quæ sunt facti, id est, prohibet solùm ea quæ de facto fiunt, non autem quæ iuris sunt, & de iure fiunt. alleg. l. fi. ff. quod quisque iuris. Et quod no. Innoc. in cap. veniens, de præscrip.

- Effectus autem huius comminationis subiicitur  
 3 per illa verba quæ sequuntur, videlicet, Si † quis  
 autem hoc attentare præsumperit, indignationem  
 omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apo-  
 stolorum eius se nouerit incursum. Ista clausula  
 importat quatenus verbum ipsum sonat: quia deus  
 & eius apostoli indignati ex hoc facto, non exhi-  
 bebunt se gratiosos, vt dicit Barto. in extrauagan. qui  
 sint rebelles. in ver. indignationem nostram.
- 4 Ex quo sequitur quòd † contradicens & se op-  
 ponens sine iusta causa literis & mandato papæ,  
 peccat mortaliter, prout innuunt prædicta verba:  
 quia si deus illi indignatur & irascitur: ergo peccat  
 mortaliter, iuxta illud Psalmistæ, Iniquos odio ha-  
 bui. fa. c. odio. lxxxvi. di. & ad principale dictum bo-  
 nus tex. in c. ij. de ma. & obe. ibi dum dicit, In libro  
 Regum legitur, Qui nõ obedierit principi. & glos.  
 exponit, id est, papæ, morte moriatur, id est, morta-  
 liter peccat. Nam debet ei reuerenter parere, vt di-  
 tex. in c. si quando. de rescrip. Bald. tamen in cap. i.  
 §. porro. ij. col. quæ sit prima causa benefic. amit-  
 tit quòd ista verba in literis papæ significant pri-  
 uationem beneficiorum. Sed mihi magis placet di-  
 ctum Bar. de quo supra. Hæc de clausulis principa-  
 lioribus gratiarum expectatiuarum dicta sufficiant.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula quando expectans in forma pauperum  
 vult aliam impetrare expectatiuam.*
- 2 *Impetrans tenetur facere mentionem tam de iu-  
 re in*



*re in re, quàm de iure ad rem.*

- 3 *Casus in quo non operetur tantum, genus quo ad omnia, sicut species quo ad speciem.*
- 4 *Notabilis expressio speciei non contentatur per expressionem generis.*



Vnt & aliæ quædam clausulæ, quæ secundum diuersitatem casuum & occurrentium negotiorum in literis apostolicis apponuntur: quas cursum prout occurrunt percurram.

Et primò, quando ille † qui expediuit literas in forma pauperum, impetrat aliam gratiam expectatiuam, solet in secundis literis exprimi huiusmodi clausula, seu quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collationem, & c. pertinēs, auctoritate literarum nostrarum in ea forma secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum scripsimus, te asseris expectare, quas quidē literas & processus habitos per easdem, & quæcunque inde sequuta exnunc cassamus & irritamus. Ista clausula necessariò apponitur propter text. in cap. in nostrâ. de rescript. vbi probatur quòd habens vnam gratiam expectatiuam, si vult impetrare aliã, tenetur facere mentionem de prima: aliàs secunda gratia censetur surreptitia.

Ex quo infertur quòd nedum † de iure in re, sed etiam de iure ad rem, debet impetrans aliam gratiam, debet (inquam) & tenetur facere mentionem: & ad hoc illum tex. allegat Rota decisio. cccc. xlix. incipien. *Quidam habens: in nouis.* Et est notandū

quòd debet fieri mentio expressa & specialis de prima expectatiua in impetratione alterius: & non sufficit mentio generalis, sec. Panorm. ibi, licèt aliud dixerit Compstel. qui putauit sufficere si dicatur, Nonobstante quòd pro eo in alia ecclesia scripsimus. Debet ergo mentio esse expressa & specialis sub ea forma quam præmissi, referendo verba clausulæ vt suprà. Et sic † casus in quo non operatur tantum, genus quo ad omnia, sicut species quo ad speciem. Nam licèt sub genere comprehendantur omnes species generis, vt not. in l. iurif. gentium. §. sed si fraudendi. ff. de pac. tamen vbi † requiritur notabilis expressio speciei, non sufficit facere mentionem per genus. Et ratio est, quia expressio per speciem posset retardare principem à concessione. quod est notandum.

Si verò expectans vt suprà impetraret beneficium vacans, tunc ponitur clausula, quòd literæ super gratia expectatiua concessæ sint cassæ, postquã fuerit assequutus beneficium, &c. Hæc clausula ponitur propter text. in c. si pauper clericus. de præbend. lib. vi. ideo autem hoc exprimitur quòd literæ sint cassæ, quia postquam expectans in forma pauperum assequutus est beneficiũ, cessat iam causa primarum literarum, vt di. ibi tex. nec distinguitur isto casu vtrum beneficium habitum nunc per expectantem sit compatibile vel incompatible cum illo quod expectat, prout aliàs distinguitur in cle. gratiæ. de rescri. quia vtroque casu militat ratio d. c. si pauper. superiùs relata.

## SVMMARIVM.

- 1 *Clausula, Nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ad quid ponatur in literis.*
- 2 *Præstimonia cui dentur in titulum.*
- 3 *Pensio aliquando assignatur in titulum.*



Secundò, sciendum est quòd clausula, † Nonobstantibus cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis, tunc demum apponitur in literis, quando datur expectatiua ad duo vel plura beneficia: quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. quia intantum. de præb. & in c. sanctorum. lxx. di. Secus quando ad vnum beneficium tantū: quia tunc nihil obstat, arg. c. cum secūdum. de præb. nisi ille cui expectatiua cōceditur, intituletur de alio beneficio.

Item non ponitur quando impetrans obtinet solummodo præstimonia & præstimoniales portiones: quia in istis secundū cōsuetudinē multitudo nō est canonibus inimica: & ideo non est in eis eadem ratio quæ in beneficiis, prout formaliter di. Old. in simili proposito. conf. clx. inc. In ecclesia Calaguritana. ad fi. Quod ego intelligo verum, tenendo illā opinionē, quòd † præstimonia nō assignētur in titulū, nec dentur pro titulo beneficij, prout not. docto. in c. fi. de cleri. non resid. & in cle. gratiæ. de rescrip. Sed tenendo aliam opinionē quòd dentur in titulum, prout tenuit do. Anto. in cle. fi. de offic. ordi. tunc necessariò esset dicta clausula appendenda.




Possent tamen probabiliter dici illam non esse necessariam, ex quo præstimoniam de iure vel consuetudine non requirunt residetiam, nec aliquod seruitium ecclesiasticum vel spirituale, prout latè deduxi in secunda parte principali.

Item possent dici de obtinente annuam pensionem  
 3 super beneficiis ecclesiasticis: licet illa † quandoque assignetur in titulum, vt vult glo. in cle. fi. in ver. quodcunque de vit. & hon. cle. in contrarium tamen facit tex. cum ibi nota. in c. ad audiendam. de rescrip. & quod not. Io. An. in c. postulasti. eod. ti. & Domin. in c. si pauper. de præb. lib. vi. ideo circa hoc & etiam quo ad præstimoniam me remitto ad stilum & practicum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula, Cæterisque contrariis quibuscunque, ad quid ponatur.*
- 2 *Non est nouum, vt aliquibus specialiter numeratis, generalis clausula subsequatur, quæ omnia comprehendat.*

1  Ertiò notandum est quòd clausula, Cæterisque † contrariis quibuscunque, non ponitur in literis quando debet subnecti aliud contrarium, sed dicitur, statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque, aut si aliqui, &c. vt superius latius deduxi. Est enim clausula generalis, quæ  
 2 solet sequi specialiter enumerata: † non enim est nouum, vt aliquibus specialiter enumeratis generalis

ralis clausula subsequatur, quæ omnia comprehen-  
dat. l. si seruus seruum. §. inquit lex. in fi. ff. ad leg.  
Aquil. c. quoniam contra falsam. de probat. & in c.  
qui ad agendum. de procur. lib. vi. Et ideo notarij  
in fine orationis solent dicere, & cætera. vt nota. in  
l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula, Aut ex alterius cuiuscunque persona,  
ad quid ponitur in literis beneficialibus.*
- 2 *Mors vnius non est mors alterius.  
Clausula, Quouis modo va. omnes comprehen-  
dit vacationis modos.*
- 3 *Alius est relatiuum præcedentium cum eadem  
qualitate.*



Vo verò ad alias clausulas quæ apponū-  
tur in mandatis de prouidendo & in  
nouis prouisionibus, dixi latiùs in pri-  
ma parte principali huius operis, dum  
descripsi formas huiusmodi mandatorum, excepta  
clausula, † Aut ex alterius cuiuscunque persona,<sup>1</sup>  
quæ ideo ponitur, quia aliàs si beneficium vacaret  
per obitum alterius personæ, vel aliàs quomodo-  
cunque, non deberetur taliter impetranti. Nam  
mors est modus vacationis: & † mors vnius non<sup>2</sup>  
est mors alterius, vt not. doc. in c. susceptum. de re-  
scrip. lib. vi. quod procedit etiam si esset apposita  
clausula, Vel alio quouis modo: quia illa concernit  
omnes modos vacationis ex persona illius de quo

est facta mētio in literis, sed nō alterius: quia verbū  
 3 alius † est relatiuū præcedentiū cum eadē qualitate,  
 vt in c. sedes. de rescrip. & nota. in l. si fugitiui. C. de  
 ser. fug. Quare solet in supplicatione addi, Vel cu-  
 iusuis alterius. vt ponit vna additio in nouif. dec.  
 xxvij. Et ista de clausulis principalioribus dicta suf-  
 ficiant. Nunc agendum, quibus modis expirent li-  
 teræ ad beneficia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mandatū de prouidendo alicui de beneficio, ex-  
 pirat, si mandans re integra moriatur.
- 2 Ante prouisionem res dicitur integra.
- 3 Renocatoria in crastinū assumptionis papæ, quid  
 operentur.
- 4 Per fulminationem processus res amplius non  
 dicitur integra.
- 5 Exequutor nihil facit antequam literas recepe-  
 rit suæ potestatis, quam non habet ante rece-  
 ptionem, nisi in habitu.
- 6 De primo rescripto non potest contra secundum  
 excipi, nisi illud præsentatum fuerit.
- 7 Non sufficit ostendere exequutori bullam in plū-  
 bo existentem.
- 8 Gratia papæ dicitur perfecta per solam signatu-  
 ram, & eius solo verbo.
- 9 Gratia nō est perfecta per solā signaturā quo ad  
 potestatem exequutoris deducendam ad actū.
- 10 Gratia papæ non potest probari nisi per literas.
- 11 Constitutio papæ potest probari per testes.



literæ ad beneficia.

**D**icendū est modo de quinta parte principali, videlicet de durabilitate literarū apostolicarū, hoc est, Quib⁹ modis expirent literæ ad beneficia. Circa quod primò occurrit tex. in c. si cui. in vlt. resp. de præb. li. vi. iun. nota. in c. si super gratia. de offi. dele. eod. li. in quibus habetur q̄ si Papa mandat prouideri alicui de beneficio, † expirat mādātū, si mandās re integra moriatur, per quæ iura di. Egi. cōclu. ccccxliij. inci. cōclu. q̄ mādātū factū per legatū de prouidēdo certæ personæ de certo beneficio tunc vacāte, expirat ipso iure legato moriēte ante mādati exequutionē: quia † ante prouisionē dicitur res integra, ideo mortuo mādante expirat mādātū. §. rectē. instir. mādati. Et ista cōclusio Egidij est noranda pro ampliacione d. c. si cui. quia ille tex. loquitur quādo mādatur prouideri certę personę de incerto beneficio vacaturo: quo casu nō est tantū dubiū, cū gratia non respiciat nec videatur afficere aliquod beneficiū certū. At in casu cōclusionis Egidij, cū scribitur de certo beneficio iam vacāte, videtur quæsitū ius (saltē ad rem) illi pro quo scribitur: & tamen ante prouisionē dicitur res integra, & expirat gratia, vt supra. Idem videtur tenere Rota deci. cccxlix. incip. Si Papa. in nouis.

Et per hęc infero ad intelligentiam regulæ reuocatoriæ † expectatiuarum, quæ fit in crastinū assumptionis moderni Pontificis: quia per illam reuocatur expectatiuæ quæ in aliqua sui parte sunt sortitæ effectum. Vnde à contrario sensu, si aliqua ipsarum

non est sortita aliquem effectum, non censetur reuocata ipso facto per mortem concedentis. Et ideo solent omnes indifferenter reuocari, quando nouæ expectatiuæ conceduntur. Nam vt dicit Domi. post  
 4 Lap. in d. c. si cui. propter † fulminationem processus, quam fecit exequutor præsentata sibi bulla expectatiua, non dicitur amplius res integra. Consequenter talis gratia non reuocatur ipso facto per obitum concedentis: nisi per successorem expressè reuocetur, vt prob. in c. pe. & si. de præb. lib. vi. In quibus patet quòd Bonifacius reuocauit expressè expectatiuas Cælestini: per quas erat quæsitum ius ad rem. Et ita facit quilibet modernus Pontifex, vt superius dixi.

Ideo autem dixi de fulminatione processus quam fecit exequutor bulla expectatiua sibi præsentata:  
 5 quia exequutor † quicumque non potest fulminare processum: nec quicquã aliud exequi de his quæ ad exequendum mandantur, nisi primo receperit literas suæ potestatis. Nam ante earum præsentationem habet potestatem habitu, sed non actu, vt pro. tex. in c. super eo. in fi. de appel. & in c. vt debitus. cū suo  
 6 vero intellectu. eod. ti. Vbi patet quòd † impetrans primum rescriptum (quod nondum est præsentatū) nō potest excipere de ipso cōtra secundū (quod est præsentatum) donec ipsum primū præsentet: quia virtute primi iudex per ipsum datus procedere nō potest ante illius receptionem. Et ita per ista iura tenet expressè dec. cccclix. incip. Circa tertium. in nouis. vbi subiicit hæc verba, Indubitatum est quòd exequutor nondum præsentatis sibi literis non potest



est facere processus, per nota Ioan. An. in nouella.  
in c. duobus. in glo. mag. de rescrip.

Et ex his patet quòd non † sufficit ostendere bul- 7  
lam expectatiuam exequutori existentem in plum-  
bo, licet illa iam sit plumbata, prout aliqui malicio-  
si faciunt: tum propter regulam modernam, quæ  
hoc vetat expressè: tum etiam ex dispositione iuris  
communis: secundum quod vbique pòderatur re-  
ceptio literarum, vt probat tex. in c. cum teneamur.  
in prin. de præb. ibi, mandatum nostrum receperis.  
& in c. susceptum. de rescrip. lib. vi. in prin. & cla-  
riùs in d. c. super eo. in fi. ibi, literas recepisse.

Nec obstat prædictis quòd gratia Papæ dicitur  
perfecta de iure per † solam signaturã, & solo eius 8  
verbo sine aliqua expeditione literarum, vt prob.  
tex. cum glo. in c. institutionis. xv. q. ij. & in clem.  
dudum. §. nos enim. de sepul. ponit Rota decif.  
dcccxxxij. inci. Nota quòd vbi gratia. in antiquis.  
Quia ad hoc respondeo, quòd licet sit perfecta quo  
ad se in suo esse, non tamen quo † ad potestatem 9  
exequutoris deducendam ad actum: nisi post con-  
fectionem & præsentationem literarũ, arg. l. vnicæ.  
C. de mand. princ. & in c. nobilissimis. xcviij. di. Præ-  
terea dato quòd sit perfecta in se (vt dixi) tamen † 10  
non potest probari nisi per literas maximè de sti-  
lo curiæ, vt di. dec. cccxxxij. incip. Licet Romana  
curia. in nouis.

Et ideo dicit notabiliter Egidius cõclusio. dclxliij.  
incipien. Si Papa. quòd per solam signaturam non  
dicitur dispositum de beneficio, si impetrans mo-  
riatur, vel vxoretur, seu religionem profiteatur



literis non confectis: quia sola signatura non probat: licet in hoc aliqui teneant contrarium, vt per Ioan. And. in prin. lib. vi. in nouel. & per Arch. in c. si electio. super ver. ex eo. de elect. cod. lib. Sed primum est verius, & procedit de stilo, vt dixi: imò etiam de iure secundum aliquos, qui tenent quòd gratia Papæ non dicitur perfecta, nisi reducatur in mundum, arg. l. contractus. C. de fid. instr. & hoc tener glossator regularum in reg. xxv. vbi allegat Bald. hoc apertè dicentem in c. i. in ij. col. per quos fiat inuesti. & Old. conf. ccxxvi. incip. Quòd articuli dati, &c.

Ego tamen de iure hoc non ausim firmare per primò allegata. Item cum sint certi casus, in quibus requiritur scriptura, de quibus per glo. in c. i. de cē. sib. lib. vi. in aliis videtur permitti quòd fiat probatio per testes. & ideo dicit Rota dec. xcvi. incip.   
 II Nota quòd reservationum. in antiquis. † quòd cōstitutio Papæ potest probari per testes qui assiscebant ei, quia scriptura non est de esse siue de substantia legis siue constitutionis, vt d. alia dec. cclvi. incip. Constitutio. in nouis. & hoc teneo de iure.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Literæ in forma pauperum expirant, si impetrans obtineat beneficium ante exequutionem earum.*
- 2 *Cessante causa mandati, cessat & mandatum.*
- 3 *Pauper renunciat suæ gratiæ, acceptando quodlibet beneficium competens ad viuendum.*



Secundò principaliter expirant literæ ad beneficia, quando cessat causa propter quam illæ fuerunt concessæ. Et † ideo in forma pauperū I expirant, si pauper clericus expectans sub tali forma assequatur interim aliud beneficium. c. si pauper. de præbend. lib. vj. Papa enim per illas literas intēdit providere paupertati clerici nullum habentis beneficium. Vnde si interim assequatur aliquod beneficiū, iam non dicitur pauper. Consequenter † cessante causa mādati, cessat man- 2 datum, vt ibi. & in c. postulasti. de rescrip.

Et est notandum quòd † acceptando quodlibet 3 beneficium pauper expectans renunciat suæ gratiæ, secundum Domi. ibi. quia text. non distinguit quale vel quantum debeat esse beneficium quod acceptatur: sed dicit simpliciter, aliud beneficium. Credo tamen ego quòd tale debeat esse beneficiū, de quo possit viuere competenter: quia aliàs non cessaret causa mandati, cum per beneficium multum tenue non censeatur prouisum eius paupertati. fa. c. de monachis. & quod ibi nota. de præbend. & in c. is cui. eo. tit. lib. vj.

## SVMMARIVM.

- 1 Gratia per negligentiam impetrantis expirat.
- 2 Negligens quando quis dicatur, iudicio iudicantis relinquitur.
- 3 Exequutor secundi impetrantis potest mouere pri-

- mū, vt sibi prouideri faciat intra tēpus certū.*
- 4 *Clausula, Quod duxerit acceptandum, quid operetur.*
- 5 *Potest quis acceptare post tempus, dummodo res sit adhuc integra.*



- 1 **P**ertio expirant † huiusmodi literę ad beneficia, quando ille cui mandatur prouideri de præbenda prima vacante, negligit petere primam sibi debitam, tunc extinguitur gratia per ipsius negligentiam .c. si clericus. in principio. de præbend. libr. vj. Quando autem dicatur esse negligens, di. ibi glo. quod istud † arbitrio boni viri, id est, iudicis relinquendum est, arg. l. continuus. §. cum ita .ff. de verb. obliga. non enim statim post mortē necesse habet eam petere, imò aliquod tēpus illi assignandum est, in quo deliberet an præbenda sibi debeatur de iure, vel non. Idem dicunt domini de Rota decis. ccccxxij. incip. Nota primus & secundus. in antiquis. asserentes communiter
- 2 **P**raeterea quod † executor secundi impetratis potest monere primum vt faciat sibi prouideri præfigendo eidem tempus competens, quo elapso poterit secundus prouidere. Sed iste casus limitandus est dupliciter.

Primò, nisi in literis primi esset clausula, *Quam duxerit acceptandam*: quia tunc licet per negligentiam omittat primā acceptare, poterit nihilominus petere secundam nulli alij debitam, secundum Rotam



ram deci. xxxvij. incipien. Nota quòd vbi, & c. Nec isto casu habet locū dispositio d. c. si clericus. idem tenet Domi. consi. cvii. in fin. col. vbi vnum aliud addit quòd clausula prædicta, † Quam vel quod duxerit acceptandū, operatur, quòd si impetrans male acceptat primum, potest illo dimisso aliud accipere: quod aliàs non posset.

Secundò limitatur quādo neglexit petere † debitam, adhuc tamen dum res est integra, tunc potest illam adhuc vacantem petere & accipere, secundum glos. sibi. in ver. aliam. & seq. Egidius conclus. dccxxvij. incipien. Canonicus. allegat ad hoc text. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & in c. si tibi absentis. de præbend. lib. vj. & Innocen. in c. cum in cunctis. de elect.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Literæ expirant, quando expectans consequitur aliud, quod cum illo quod expectat, de iure tenere non potest.*
- 2 *De priuatione ad habitum non datur regressus.*
- 3 *Litigans super curato, si recipit secundum simile, eo ipso videtur liti renunciare.*
- 4 *Ignorans non præsumitur facere renunciationē.*
- 5 *Qui nõ facta protestatione acceptat, est in culpa.*
- 6 *Per acceptationem nullam scienter factam, consumitur gratia.*
- 7 *Imputandum est illi qui sibi non præuidit quod præuidere debuit.*

- 8 *Non præsimitur ignorantia in actu, quem quis debuit præuidere.*
- 9 *Qui possessionem non relaxat ex quo sciuit ius sibi non competere, dicitur in mora esse.*
- 10 *Facilius ius ad rem perditur, quàm ius in re.*
- 11 *Quando constat de non iure, non est expectanda noui iuris declaratio.*
- 12 *Protestatio præseruatur gratiam.*

I



Varto modo † expirant quando expectans beneficium cōsequitur aliud quod cum illo quod expectat, de iure tenere non potest, vt est casus in cle. gratiæ. de rescript. quod procedit etiam si tale beneficium recipit nedum in titulum, sed etiam in perpetuam vicariam, secundum Romanum consil. cclvj. incip. Circa primum argu. clem. vn. de offi. vica.

- Et est notandum quòd huiusmodi gratia per talem modum semel extincta, amplius nō reuiuiscit, licèt ille renunciaret vel sit paratus renunciare beneficio interim adepto, vt di. ibi. tex. in fi. quia † de priuatione ad habitū non datur regressus. l. qui res. §. aream. ff. de solut. ad quod facit glo. nota. in c. gratia. in glo. fi. de rescrip. lib. vj. quæ dicit quòd si elegerim vnum ex beneficiis mihi competentibus, non possum pœnitere, etiam re integra, per regul. quod semel placuit. lib. vj. facit etiam quod elegāter ponit Pet. de Anch. consil. ccxiii. incip. Franciscus. Vbi dicit quòd † litigans super beneficio & acceptans secundum,

cundum, quod cum primo de quo litigatur, teneri non potest, videtur eo ipso liti renūciare, per d. cle. gratiæ. allegat etiam Inno. & Compost. in c. in nostra. de rescrip. quod est notandum.

Limitatur tamen iste modus & di. clem. gratiæ. vt non habeat locum in eo qui recepit secundum incompatible credens in eo sibi ius competere, tum quia text. in c. eum qui. de præbend. lib. vj. superflueret, tum etiam quia dispositio d. clem. gratiæ. loquitur in tacita renunciatione, † quam ignorans non præsumitur facere, argum. l. si per errorē. ff. de iur. omni. iudic. & ita mirabiliter firmat Egidius conclusi. cccclxii. incipien. Conclusio, quod clementina gratiæ, & c. subiiciēs quod tali casu præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. l. verius. ff. de probatio. cum similibus.

Sed de istis verbis, & de tota ista conclusione Egidij ego valde dubito, licet istis diebus fuerit deducta & allegata in practica coram dominis de Rota. Ratio quæ me mouet, est, quia ille fuit in † culpa acceptando secundū sine protestatione consueta, videlicet si & in quantum, & c. alioquin, & c. per glo. in c. cum in multis. de rescrip. in vj. col. cum aliis per Roma. consi. cccxxxix. incipien. Præsens consultatio. vbi expressè approbat dictum illius glo. intelligendo eam † in faciente acceptationem nullam scienter, vt tunc gratia cōsumatur. pro quo facit l. iij. iun. l. seq. quæ incip. scyphi. ff. de opt. leg. vbi probatur quod habens facultatē acceptandi iure proprio, si scienter malè acceptat, suam acceptandi facultatē intelligitur cōsumpsisse. Ad idem



facit tex. in c. si compromissarius. cum ibi nota. de elec. lib. vj. & quod aliàs dicitur malam electionem scienter facienti, eam in culpam ascribi, propter quã facultate sibi concessa priuatur. l. i. §. hæc actio. ibi, sibi imputare debet. ff. si mens. fal. modum dix. & in l. iij. cum l. seq. ff. de minor. Ita dicendum est

7 in proposito istius dubij: quia imputare † debet sibi quòd acceptauit sine protestatione, & non prauidit illud quòd prauidere debuit. s. sibi nullum ius in dicto beneficio competere. l. si quis domũ. ff. lo-

8 ca. Io. An. in cap. Ioannes. de homic. Vnde in actu † quem quis debuit prauidere, non præsumitur ignorantia: nec est probabilis. arg. l. cetera. §. si. ff. de leg. i. quem tex. ad hoc vltimum formaliter allegat Rota dec. cvij. incipien. Nota quòd vbi aliquis. in anti-

9 quis. & sic de directo contra Egidiũ, qui dicit quòd hoc casu præsumitur ignorantia, nisi probetur sciẽtia. Sed esto quòd hoc sit verum, & quòd propter probabilem errorem gratia non sit cõsumpta quin possit variãdo aliud acceptare, per l. ij. in fi. ff. de optim. lega. vbi probatur non consumi facultatẽ acceptandi ob acceptationẽ illegitimẽ factam errore probabili: tamen dico quòd adhuc fuit in culpa, si præsupponatur quòd fuit † in mora non relaxandi possessionem statim quòd sibi constitit ius in dicto beneficio se non habere, & sibi illud non esse debitum: Vnde per hoc censetur sua gratia consumpta, per tex. quem Rom. dicit singul. in c. si beneficia. de præb. lib. vj. (vbi habetur quòd habes beneficium, si aliud acceptat putas illud sibi debitum, ita demũ redit ad primum, si postquã certior effectus est de

iure

iure sibi non competenti in secundo, omnino & sine difficultate aliqua illud acceptatum dimittit) quòd si difficultatem in dimittendo fecerit, tunc perdit facultatem redeundi ad primum, in quò habebat ius totale. Ergo multo fortiùs perdit quis còmoditatem gratiæ expectatiuæ, per quam priùs & antequàm deducatur ad actum, còsequitur quis ius solummodo † ad rem, quod faciliùs perditur, quàm <sup>10</sup> ius in re. c. antepenul. de præben. lib. vi. & in c. fi. de conces. præben. eod. lib. perdit inquam commoditatem gratiæ, si certior † effectus de non iure suo in <sup>11</sup> beneficio acceptato, illud sine difficultate non relaxat, sed mora & negligentia præcedente. Nec est necesse isto casu expectare sententiam super declaratione non iuris sui, imò statim potest & debet illud dimittere, vt possit aliud acceptare, vt probat multis rationibus Rom. in præfato consil. cccxix. quod est celeberrimũ in ista materia. Idem expressè tenent domini de Rota, dec. cxlij. incip. Nota quòd vbi est notorium, in antiquis.

Ex quibus patet quòd multipliciter redditur dubia præfata conclusio Egidij (de qua supra) si ita generaliter intelligatur prout sonat: ideo (vt saluetur) oportet eam restringere, vt intelligatur altero de tribus modis: vel quando recepit secundum incòpatibile cũ protestatione, vt supra quia: † protestatio <sup>12</sup> præseruat gratiam, argu. l. pro hærede. ff. de acqui. hæ. & eorum quæ habentur in c. cum M. Fer. de còstitut. vel quando non habuit pacificam possessionem secundi, nec per eum stetit quo minus haberet. c. commissã. de elect. lib. vi. & in c. licet episco-



pus. de præb. eod. lib. Aut tertio casu, quando probabili errore ductus credidit sibi ius in secundo cōpetere: demum certior effectus de non iure suo, statim sine aliqua difficultate illud relaxauit. Quibus casibus prima gratia salua manet, vt virtute illius possit acceptare beneficium in ea inclusum, per d. l. ii. ff. de opt. leg. iun. cap. si beneficia. Et hoc modo cessant omnia contraria.

## SUMMARIVM.

- 1 *Post deuolutionem factam ab ordinario, exequutor non confert.*
- 2 *Exequutor confert beneficia ad papam deuoluta, non ad inferiores.*
- 3 *Papa non potest grauari à seipso.*
- 4 *Presentatio literarum operatur affectum.*
- 5 *Nullum tempus est præfixum exequutori ad prouidendum.*
- 6 *Exequutor succedit in locum papæ, cui non currunt tempora.*
- 7 *An per solam acceptationem impediatur deuolutio.*



Vinto principaliter expirant quando gratia comprehendit primum vacaturum, ita quòd non aliud vltierius. Quo casu si certa persona grauatur per re-scriptum dato exequutore, & illius. s. collatoris tēpus est elapsū, puta semestre, ob hocq; deuolutū ad inferiorē: certè tunc post deuolutionē exequutor se



tor se intromittere de illo beneficio non potest: quia durat eius potestas solum, donec durat potestas collatoris. Casus est iun. gl. in clem. si de beneficio. de præb. Et ratio huius dispositionis est sec. Car. ibi, quia aut exequutor vult conferre tanquam spectans ad collationem primi, & non potest, cum amplius ad illius collationem non spectat ea vice tanquam ad alium deuolutum. c. ij. de concess. præb. Aut vult conferre tanquam spectans ad collationem eius ad quem facta fuit deuolutio, & similiter non potest: quia de illo non recepit mandatum, nec debet grauari non expressus in rescripto. c. cum in illis. in fin. de præbend. lib. vi. Item per hoc præiudicaretur iuri quæsito tertio, quod sibi auferri non debet. reg. indultum. cum vulga. Hæc dicunt procedere, nisi per tot negligentias collatio steterit in suspeso, quod ad papam sit deuoluta: tunc enim exequutor conferre illud potest, per illam clemen. in fin. Et ratio est, † quia hoc ultimo casu cessat causa grauaminis & præiudicium tertij, cum papa † non possit dici grauari à seipso, & rescriptum latè sit interpretandum in præiudicium cõcedentis. c. cum dilecti. de dona. Nimirum si potest conferre deuolutum ad papam, licet non reseruatim specialiter aut generaliter, prout de hoc ultimo attestantur domini de Rota dec. cccclxxxix. incip. Nuntius apostolicus. in nouis. & alia dec. cccj. in antiquis.

Sed iste casus est multipliciter limitandus. Primò, vt non procedat in exequutore dato ad prouidendum: quia tunc per † solam præsentationem literarum factam ordinario, affectum est beneficium, ita vt am-

plius non curetur diligentia vel negligentia illius in conferendo: quia si post terminum statutum ab exequutore ordinarius sit negligens, non causatur deuolutio ad inferiorē: sed exequutor poterit prouidere eo amplius non vocato. casus est in c. si capitulo. de concess. præbend. lib. vi. nec isto casu habet locum quod dicit Cardi. in dicta clem. si de beneficio. quòd durat potestas exequutoris solùm donec durat potestas collatoris, prout suprà retuli: quia imò exequutor ad prouidendum potest prouidere

5 etiam post sex menses, † cum nullum tempus sit sibi præfixum ad prouidendum, tenet Pau. in clem. vn. §. secus. de concess. præbend. licèt cōtrarium innuat ibi glo. in ver. intra mensem. sic intellecta per Card. ibi. & clariùs in consi. lxi. Tamen primum est

6 verius, † quia exequutor succedit in locum papæ, cui non est statutus terminus, nec currunt tempora. Et ita per istam rationem tenet Cald. cōsi. xxxii. incipien. An sicut. in titul. de præben. licèt eius ratio possit cauillari per c. statutum. de præben. lib. vi. Sed de hoc aliàs in superioribus latiùs dixi. ad quod circa istud me remitto. Non procedit ergo dispositio prædictæ clem. si de beneficio. in huiusmodi exequutore ad prouidendum. Quo d videtur satis iuri consonum per suprascripta, licèt glos. & docto. ibi generaliter loquantur intelligētes illum text. in quolibet exequutore indistinctè, de quo satis miror: submitto me tamen rationi & veritati.

Secundò limitatur vt procedat in exequutore ad compellendum: quia per præsentationem huiusmodi mandati non afficitur beneficium: consequēter,

si or-



si ordinarius est negligens per sex menses causatur  
 deuolutio ad superiorem, & habet locum d. cle. si  
 de beneficio. nisi in literis esset decretum irritans:  
 aut exequutor ordinario insinuasset & interdixisset.  
 Quibus casibus cum sit affectum beneficium a-  
 deò quòd alteri facta de eo collatio non tenet, vt  
 prob. in c. si soli. de concess. præb. lib. vi. certè nec po-  
 terit causari deuolutio ad superiorem. Nam affe-  
 ctio beneficij (quæ prædictis casibus inducitur) tol-  
 li non potest in præiudicium impetrantis per ne-  
 gligentiam ordinarij, sicut non tollitur per cõtra-  
 rium factum, id est, per collationem quam facit al-  
 teri, vt ibi. & in c. tibi qui. de rescrip. eod. libr. imò  
 nec tollitur eadem affectio per negligentiam exe-  
 quutoris, sec. Lap. in c. ii. de concess. præb. nisi con-  
 currat negligentia impetrantis: quia tunc illa corro-  
 dit gratiam suam, vt prob. in d. c. tibi qui. in fi. & in  
 c. si clericus. i. resp. de præben.

Ex quo elicio tertiam limitationem, quando sci-  
 licet impetrans ante deuolutionem acceptasset il-  
 lud beneficium: quia tunc (cum dici negligens non  
 possit) impediatur deuolutio, ex quo per accepta-  
 tionem est iam sibi in beneficio quæsitum ius ad ré.  
 c. pe. de præb. lib. vi. cum simil. Hoc tamen non po-  
 no pro constanti, quòd per solam ꝑ acceptationem  
 impediatur deuolutio, cum per illam solam nõ cen-  
 seatur affectum beneficium, quin teneat alteri fa-  
 cta collatio. cap. dilectus. de præben. nisi concurrat  
 alterum eorum quæ suprà dixi, & quæ habentur in  
 c. tibi qui. & c. si soli. & istud optimè probant illa  
 iura, si bene ponderentur.



Quartò limitatur vt non procedat quando in literis esset clausula, Quod duxerit acceptādum: quia tunc licet non debeat primū vacans deuolutū per negligentiam, ad aliud tamen acceptādum gratia salua manet, per illud quod dicunt domini de Rota dec. xxxvij. incipiē. Nota quòd vbi sunt duo. in antiquis. Ita limitantes c. si clericus. de præbend. lib. vj. & Domi. consi. cvij. in fi. col.

## SVMMARIVM.

- 1 *Consumuntur literæ conditionales, si conditio deficit.*
- 2 *Præsumptio est quòd ita sit sicut iudex declarauit.*
- 3 *An processus exequutoris super narratis faciat fidem in iudicio.*

1



Extò principaliter consumitur gratia & expirant literæ quando mandatū de prouidendo est cōditionale: & nō existit, sed deficit conditio requisita à Papa: quia tunc non potest effectualiter prouideri impetranti, ex quo non verificatur conditio de qua in literis, puta, Prouideas tali, si nullū possidet beneficium, vel si accesserit consensus capituli, seu quid aliud extrinsecus verificandum. arg. l. cedere diem. ff. de ver. signifi. & c. si pro te. de rescrip. lib. vj. & ita expressè firmat Panor. in cap. i. in fi. col. de re iud. vbi ad hoc adducit quod in simili notat Bart. in l. is cui. ff. de ver. oblig. in illa

in illa quaestione, si iudex dedit tutorem adulto tãquam minori, vt non teneat datio, ex quo in veritate nō erat minor, per l. Seiz̄ egress̄. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. vbi hoc clarè probatur. Secus si dedit alicui curatorem vt prodigo, qui nō erat prodigus: quia tunc tenet datio, licet in veritate non sit prodigus, vt not. glo. in l. i. C. de cura. fur. assignat rationem diuersitatis, vt ibi per eum. quam Abbas Panorm. in d. cap. i. reducit ad propositum huius materiæ, limitando vt conclusio de qua supra, non habeat locum quando conditio de qua in literis, esset verificanda facto. i. cognitione ipsius iudicis, vt puta si repererit eum vitæ laudabilis, &c. quia tunc tenet prouisio, licet conditio in veritate non existat. Cum enim ista veniant verificanda per iudicis cognitionem, † præsumptio est quod insint, <sup>2</sup> ex quo iudex sic declarauit. argu. tex. in §. semel autem. insti. quib. ex cau. manu. non licet. Vbi dicitur satis esse quod semel fuit causa approbata, siue sit vera, siue non. Bene tamen fatetur Panor. quod superior postmodum ex officio procedens poterit prouisionem cassare, si non repererit requisita argum. cap. pastoralis. de appella. & quod notat glof. in clem. vni. de offic. delega. & idem voluit ipse Panor. in cap. si. de præsumpt. vbi plene per eum.

Sed hoc vltimum ego limito per vnã cõclusionem Egidij in terminis sub numero dcxviiij. incip. Si exequutor. Vbi dicit q̄ licet † processus exequutoris super narratis in gratia parte absente nō facit fidem in iudicio, in quo agitur de non existentia

narratorum: tamen hoc verum esse dicit, nisi forma mandati haberet quòd de repertis in inquisitione fidem faceret exequutor sub proprio eius sigillo: quia tunc crederetur processui & huiusmodi sigillo, propter formam mādati, prout attestatur Spec. in tit. de remiss. §. vtile. in fi. quasi voluerit tunc Papa quòd eius assertioni & processui plenè stetur, arg. l. Theopōpus. cum ibi nota. per Bart. ff. de dor. prelega. maximè cum & aliàs magna fides adhibeatur ei cui committitur aliquod negotium extra iudicium expediendum, quando super illo negotio refert, vt nor. Innoc. in c. i. in fi. penul. glo. de fid. instru. Io. An. & mod. in c. post cessionem. de probat. & ibi latè dixi legendo isto anno. Pleniùs tamen creditur quando scribitur, vt supra.

## S V M M A R I V M.

**I** Gratia per solam acceptationē consumitur, si illa est valida.

**S** Eptimò consumitur † gratia per solam acceptationem, licèt prouisio exequutoris non subsequatur, prout tenet Old. confi. ccxxix. incip. Hæc sunt dubia. vbi dicit quòd sola acceptatio gratiam consumit. l. apud Aufidiū. ff. de opt. leg. cum aliis, vt per eum, licèt aliqui velint istud procedere quando acceptatio est valida, aliàs non. De quo superiùs latè dixi.

Octauò datur de consumptione gratiæ, si acceptantur simul plura beneficia excedentia simul taxam literarum: quia licèt valeat quo ad primum, secundum, & tertium quæ non excedunt: in aliis ta-  
men



men excedentibus non est locus gratiæ tanquam iam consumptæ, vt per Egidium conclus. cccj. incip. Si accepto. per iura quæ allegat, vt per eum. De hac re satis, vt transeamus ad materiam de Prærogatiuis expectantium.

## S V M M A R I V M.

- 1 Occultator alienæ laudis est par furvi.
- 2 In cœlestibus generis nobilitas non attenditur, sed potius vitæ honestas, & morum probitas.
- 3 In humanis quare attendatur nobilitas.
- 4 Licet arguere à ratione legis, quanuis specialiter expressa non sit.
- 5 Vices gerens debet gaudere prærogatiuis illius cuius gerit vices.
- 6 Dignitas superueniēs potius debet prodesse, quàm obesse.
- 7 Dispensatio facit licitum, quod aliàs esset illicitū.
- 8 Simile non est idem cum eo cui assimilatur.
- 9 Quando est par ratio in similibus, dispositum in vno extenditur ad aliud.
- 10 Qui locū tenet alterius, honorari debet sicut principalis cuius vices gerit.
- 11 Cessante ratione legis, cessare debet lex.
- 12 Prærogatiuæ solū debentur officialibus laborantibus.
- 13 Non militum testamenta confirmantur, sed quæ à militibus facta sunt.

- 14 *Clausula in fine posita, an sit ad omnia superiora referenda.*
- 15 *Referēdarii, & alij curiæ officiales ab ordinariis sunt exempti, nec possunt ab illis excommunicari, etiam si actu officia non exerceant.*
- 16 *Non sufficit quem fuisse officialem tempore date, nisi sit tempore vacationis.*
- 17 *Novus auditor quando gaudeat privilegiis auditorum.*
- 18 *Officiales sedis apostolicæ an præferantur pauperibus expectantibus.*
- 19 *De natura clausulæ Singulis aliis, est comprehendere omnia apta in infinitum.*
- 20 *Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te.*
- 21 *Dictio, quacunque, nõ semper stat vniuersaliter, sed limitatur in casibus à iure exceptis.*
- 22 *Expectantes in forma pauperum præferuntur diligentioribus in processu quo ad simplicia.*
- 23 *Exceptio firmat regulã in casibus non exceptis.*
- 24 *Pauperes præferuntur familiaribus papæ descriptis.*

DE PRÆROGATIVIS EXPECTANTIUM.



Estat postremò dicere de prærogatiuis Expectantiũ, & de multiplici intellectu regulæ prærogatiuarũ: quæ licet satis bene glosata fuerit per illum dominũ de Sotto Hispanũ, cuius laudem

dem in eo in quo benè dixit nō tacebo, cauēs illud quod vulgò dici solet, † occultator laudis alienæ I par furi est. l. hæreditatū. §. si. ff. ad leg. Falci. nihilominus quia in multis ab eo dissentio tam in intellectu præfatæ regulæ, quàm etiam in compluribus eiusdem determinationibus, dicam domino inspirante quod sentiam: demum complectendo totam regulam cum sua materia, faciam decē principales conclusiones cum quibusdam corollariis & illationibus opportunis.

Præmittendum est igitur pro aliquali fundamento & ratione d. reg. quòd † licèt in cælestibus non attendatur generis nobilitas, & aliæ similes prærogatiuæ, sed potius vitæ honestas & probitas morum gratum deo faciunt & idoneum seruitorem, qui ad regimen ecclesiæ non multos secundum carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles & pauperes, eo quòd non est personarum acceptio apud ipsum, vt dicit tex. formalis in c. venerabilis. de præb. † in humanis tamen alia habetur consideratio certis de causis, vel (vt ita dicam) respectibus, vt puta nobilitatis & diuitiarū, per illud quod di. glo. in c. constitutis. de appella. videlicet quòd per nobiles & potentes defenditur & subleuatur ecclesia, quæ per pauperes deprimitur & expilatur. fa. c. de multa. circa. si. de præb. Item habetur consideratio laborum quos sustinent officiales sedis apostolicæ, qui nominantur in secunda parte regulæ, quos sequentibus omnibus qualitercunque qualificatis & diligentioribus in processu, vel receptis aut creatis in canonicos, voluit per hanc regulam summus



Pontifex anteferri, & merito quidem, vt is gradus ceteros antecedit, quem prolixior labor fecerit anteire. dicit tex. elegans in l. nemo. C. de off. magistr. officior. fa. l. i. C. de praepos. labo. lib. xij.

- Et hanc puto esse veram rationem quare praedicti officiales fuerunt ita praerogatiuati ultra alios, videlicet in recompensationem laborum, vt dixi. Quae ratio cum sit vnica, nec alia conuenientius reddi
- 4 possit: certè licitum † est ex ea arguere, quanuis nō sit scripta, seu specialiter expressa, vt est casus in l. milites agrum. in princi. ff. de re mil. quem ad hoc allegat Bald. in l. maximum vicium. C. de libe. praeteri. & Roma. consilio. xxxij. incipien. Visa municipali. & alio consilio centesimo, incipiente, In praesenti causa. facit bona glo. in l. quanuis. C. de fidei com. Vnde arguendo à dicta ratione infero duo factis notanda.
- 5 Primum est, quòd † episcopi gerentes vices auditorum debent gaudere praerogatiuis cōcessis auditoribus Rotæ per istam regulam: quicquid dicat in hoc dominus de Sotto: quia dico quòd ex quo tolerantur pro auditoribus per summum Pontificem, & pariformiter laborant cum aliis, debent etiam in recompensationem laborum gaudere eisdem praerogatiuis. fa. tex. in c. charitatem. & in c. quicunque. xij. q. ij. iun. c. cum secundum. de praeb. ibi, dum dicit, Qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede.
- 6 Præterea dignitas † episcopalis superueniens auditori debet eidem quo ad hoc potius prodesse quàm obesse, arg. l. non distinguemus. §. sacerdotio,

rio. ff. de arbit. fa. bo. tex. in c. ij. de offic. delega. lib. vi. vbi dicitur, Pontificali dignitate præditi plurimum deferri conuenit, & eos plùs aliis honorari: ergo & prærogatiuari, licèt honestum esset (vt di. tex. in d. §. sacerdotio) quòd potius vacarent sacris quam aliis occupationibus. Tamen ex quo tolerantur per papam (vt dixi) illa tolerantia operatur tacitam dispensationem.

Quæ † dispensatio facit licitum, quod aliàs esset illicitum, vt di. glo. in c. dudum ecclesia Rothom. in ver. retinere. de ele. aliàs concessum ob gratiam, re-  
torquetetur in odium, contra regulas communes. Non obstat ratio dicti domini de Sotto, dum dicit quòd vicem gerens alterius nō gaudet iisdem priuilegiis quibus principalis, cum non sit idem, quod alteri assimilatur, sec. eum. alleg. glo. in l. mercis appellatione. ff. de ver. sig. Poterat allegare aliam magis communem in l. quod Nerua. ff. depositi. Ad quod ego respondeo, quòd licèt † simile non sit 8 idem cum eo cui assimilatur, vt prob. glo. prædicta: tamen quando in similibus reperitur per omnia eadem ratio: tunc † dispositum in vno extenditur ad aliud illi simile etiam in materia stricta & restringi-  
bili, puta in maleficiis, & pœnis maleficiorum. Hæc sunt verba Bald. in terminis referentis Spec. in l. si quis non dicam rapere. in i. col. C. de episc. & cler. fa. glo. in c. i. in ver. Italia. de temp. ord. lib. vi. Cum ergo in episcopis vices auditorum gerentibus sit per omnia eadem ratio, prout in aliis auditoribus, propter labores communes illis omnibus: certè debet esse eadem iuris dispositio. iurib. vulg. fac. ad

prædicta bonus tex. in c. præcipimus. xciiij. dist. Vbi  
 10 dicitur, quòd † locum tenens alterius honorari  
 debet sicut principalis cuius vices gerit: & in hoc  
 dicitur singularis ille tex. per Roma. singul. suo.  
 cccxl. incip. Bartholus. inferentem ad. q. vt per  
 eum.

Infero aliud & secundum, quòd Referendarij  
 & alij officiales ( de quibus in secunda parte regu-  
 læ ) non debent gaudere illis prærogatiuis, si tem-  
 pore vacationis beneficiorum non exercent actu  
 11 sua officia, quia † cum tali casu cesset ratio regulæ  
 (quam supra ponderaui) cessare etiam debet eius  
 dispositio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. patr. Nam  
 12 † qui non laborat, non manducet: non enim fe-  
 rendus est is qui lucrum amplectitur & commo-  
 dum, onus autem subire recusat. d. tex. in l. vn. §. pro  
 secundo. C. de cadu. tol. Et ideo mens regulæ fuit  
 dare illas prærogatiuas non simpliciter officialibus  
 sedis apostolicæ, sed laborantibus eisdem, & actu  
 sua officia exercentibus. Quod vltra prædicta pro-  
 batur necessariò dupliciter.

Primò per tex. quasi in terminis in l. Titius. ff.  
 de testa. mil. Vbi dicitur quòd constitutionibus  
 13 principum † non militum testamenta confirman-  
 tur, sed quæ à militibus facta sunt. & glo. ibi ex-  
 ponit, id est, in actu militiæ existentibus. Ecce  
 quòd priuilegium datum militibus in testando  
 quomodo velint, & quomodo possint. l. i. & l. di-  
 uus. eo. ti. extenditur ad illos tantum, qui testantur  
 in actu militiæ existentes. Idem ergo de præroga-  
 tiuis huiusmodi officialium: ideo (& hoc est se-  
 cundum)



cundum) nominatis omnibus officialibus prædictis, subiicit regula in fine illius clausulæ, videlicet, Sua officia actu exercentes. Quæ clausula †<sup>14</sup> referenda est ad omnes superius nominatos, ex quo non potest assignari concludens ratio quare ad omnes referri non debeat, vt probatur in l. iij. §. si filius. ff. de lib. & posth. & in l. i. C. de lib. præter. notat plenè Bart. in l. talis scriptura. ff. de leg. i. Et in specie per ista iura tradit hanc regulam Roma. consilio elxxx. incip. Si admittimus, &c. Vnde cum non appareat ratio cur dicta clausula magis conueniat abbreviatoribus de parco maiori ( quibus immediatè adiungitur ) quàm aliis officialibus ibidem nominatis: certè necessariò debet dici, quòd ad omnes referenda est per supradicta. Bene fateor quòd † referendarij & a-<sup>15</sup>lij officiales ibidem nominati sint exempti ab ordinariis: ita quòd excommunicari ab eisdem vel suspendi non possunt, eo ipso quòd sunt officiales sedis apostolicæ & Papæ: licèt non exercent actu officia sua, per illud quod dicit decisio Rotæ ccvij. incipiès, Licèt extra ordinationem. in nouis. de capellanis honoris Papæ, vt sint exempti ab ordinariis, etiam si non exercent actu officia sua. Illud tamen non puto procedere in terminis istius regulæ: quæ cum exorbitet à iure communi, vt patet ex c. duobus. de rescrip. debet intelligi, & ita interpretari, vt quàm minimum fieri possit lædatur ius commune. c. quæ à iure. de reg. iur. lib. vi. cum simili. Et hanc partem puto verissimam, quicquid dicat in hoc glossator in ista regula.

Patet ergo ex præmissis requiri duo copulatiuè, vt prædicti officiales in ea parte regulæ nominati potiantur illis prærogatiuis. Primò videlicet, quòd actu exerceat sua officia. Secundò q̄ sint officiales tempore vacationis, vt probât verba regulæ ibi, In  
 16 assequutione beneficiorum. Et † sic non sufficeret quem fuisse officialem tempore datæ: nisi illa qualitas etiam adsit tempore vacationis, arg. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. Et istud tenet etiam dominus de Sotto, & bene. Idem ego dico si tempore datæ non erat officialis, dummodo tempore vacationis adsit illa qualitas: quia gaudebit prærogatiuis officialium, argu. c. ei cui. de præbend. libr. vi. iun. glo. final. & eorum quæ in simili quæstione  
 17 tenet Domin. cons. cxiiij. quòd † nouus auditor Rotæ gaudet prærogatiuis auditorum, etiam quantum ad gratiam ante auditoratum obtentam, dummodo tempore vacationis sit de numero auditorum.

Dubitarur modò de aliquibus circa istam partem regulæ. Et primò, vtum † prædicti officiales præferantur pauperibus expectantibus quo ad assequutionem simplicium beneficiorum. Magna & dubitabilis est quæstio: nã prima facie videtur quòd officiales illis non præferantur, propter regulam quæ disponit circa priuilegium pauperum, dum vult eos singulis aliis quacunque antelationum prærogatiua munitis præferri. Pondero illa verba, Singulis aliis, quæ in materia larga (qualis est illa de qua loquitur  
 19 prædicta regula) † de sui natura sunt apta comprehendere omnia in infinitum, vt probant iura quæ ad hoc allegat Domi. consil. xiiij. in ij. col. Comprehendunt



hendunt igitur etiam prædictos officiales, quia per  
 totum dicit, & c. l. Iulianus. ff. de leg. iij. cum vulg.  
 Item verba illa, Quacunque antelationum præro-  
 gatiua munitis, sunt multum generalia, & stant vni-  
 uersaliter: consequenter comprehendunt omnes  
 qualitercunque prærogatiuatos. c. si romanorum.  
 Accedit ad hoc, quod regula ista prærogatiuarum  
 est exorbitans à iure communi, vt patet ex c. duo-  
 bus. Illa continens priuilegium pauperum non ex-  
 orbitat, sed est favorabilis. Ecõtra videtur quod præ-  
 dicti officiales præferantur per illud quod dicitur, † 20  
 si vinco vincentem te, vinco etiã te. c. autoritate  
 Martini. de conces. præb. lib. v j. cum similib. Sed sic  
 est quod prædicti officiales præferuntur per istam  
 regulam aliis diligentioribus in processu, & creatis  
 in canonicos: qui tamen in canonicos creati præfe-  
 runtur pauperibus expectantibus, vt apparet ex illa  
 reg. ibi, dum dicit, non canonicatus, & præbendæ  
 fuerint, & c. Ergo patet quod etiam prædicti officia-  
 les sunt pauperibus præferendi, per illud quod præ-  
 misi, si vinco vincentem te, vinco etiam te. Et te-  
 nendo hanc partem potest responderi ad verba ge-  
 neralia illius regulæ pauperum, quæ superius pon-  
 deravi. Nam † dictio, quacunque, non semper stat 21  
 vniuersaliter, sed limitatur in casibus à iure excep-  
 tis, vt probat per aliqua iura Domi. consi. cxxx j. in  
 fi. col. Vnde cum huiusmodi officiales sint speciali-  
 ter exempti per istam regulam prærogatiuarum sub  
 verbis magis generalibus & multum prægnantibus,  
 vt probant illa verba, quæ dicunt, Omnibus aliis qua-  
 litercunque qualificatis, & ibi, Quorũcunque bene-



ficioꝝ, & rursus ibi, Quacunqꝛ diligẽtia. certè ex his videretur dicendum quòd verba generalia illius regulæ limitantur per istam regulam, & per eius verba generaliora. Et sic quæstio remanet dubia

- Inclinando tamen in fauorem pauperum, & cõtra officiales, dico falsam esse rationem suprà pro parte officialium adductam, videlicet † quòd diligentiores in processu præferantur pauperibus expectantibus in beneficiis simplicibus: imò pauperes diligentioribus præferuntur, quia aliàs parum aut nihil contulisset papa per illam regulam pauperibus. Præterea excipit aliquos casus ibi summus Pontifex in quibus pauperes præferre noluit: ergo
- 23 includit omnes alios, quia † exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. nam quod liquidè. ff. de penu leg. l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instru. Vnde stante hoc pro vero ( prout verum est ) corruit illud argumentum, si vinco vincentem te, &c. Licet militet quo ad creatos in canonicos, qui præferuntur pauperibus, & postponuntur prædictis officialibus. Sed non curo multum de illo argumento, quia est materia brocardica: & posset retorqueri in fauorem pauperum, & contra officiales. Nam certum est quòd illi postponuntur familiaribus papæ descriptis, vt patet ex hac regula prærogatiuarum in fine, etiamsi dicti officiales vel quiuvis alii haberent prærogatiuas ad instar descriptorum: quia illæ conceduntur sine præiudicio
- 24 eorum quibus descriptis † pauperes præferuntur non obstante bulla descriptorum: quæ licet excipiat

piat personas cardinalium duntaxat, non tamen per hoc excludit pauperes per prius iam exceptos, per regulam de qua supra, iuxta iura communia & vulg. Ad hoc ergo sequitur, ex quo pauperes vincunt descriptos, & descripti vincunt prædictos officiales: certè ipsi pauperes debent vincere etiã ipsos officiales, per illud, si vinco vincentem te, &c. Et hanc partem sequerer ego iudicando, habendo respectum ad paupertatem clericorũ, quibus fauendum est in assequutione simplicium saltem beneficiorum, ne in opprobrium ordinis clericalis mendicent, per illud quod dicitur in c. diaconi. xcij. di. & in c. clericos. i. q. ij. & quod not. per doct. in c. postulasti. de rescript. & in c. si pauper. de præbend.

## SUMMARIUM.

- 1 *Appellatione simplicium an veniat mistum in pœnalibus, & odiosis.*
- 2 *Mens disponentis operatur vt casus simplex ad mistum extendatur.*
- 3 *Duplex qualitas concurrens in vna persona habetur pro vnica.*
- 4 *Exceptio in vno inducit conclusionem omnium aliorum casuum sub regula comprehensorum.*
- 5 *Sufficit respondentem dare instantiam.*



Secundò principaliter dubitatur circa istam partem regulæ, quæ vult prædictos officiales omnibus aliis præferri debere, non obstante diligentia, quacunque receptione, vel creatione in canonicum. Quid si omnes prædictæ prærogatiuæ sint iunctæ simul in vno, vt si quis alius expectans sit diligentior in processu, & sit receptus vel creatus in canonicum, an si aliquis prædictorum officialium concurrat cum tali, tollat eidem omnes istas prærogatiuas simul iunctas? Glossator in ista regula tenet quòd nõ, & mouetur potissimè ista ratione, † quia appellatione simplicium non venit mistum in pœnalibus. c. statutum. de elect. libr. vj. Item quia ista regula tanquam exorbitans à iure communi debet restringi.

Sed ego teneo totum contrarium, isto fundamento, quia in odiosis appellatione simplicium venit casus mistus, † quando disponens cogitauit de vtroque, & vtrunque expressit, quanuis separatim. Tunc enim mens disponentis extenditur ad casum mistum, & consequenter eius dispositio, vt est casus singu. in l. si ita facta. ff. de iniust. testa. quem ita intelligit dominus Iason in l. Gallus. §. & quid si tantum. in iij. fallentia. ff. de lib. & post. & clarius in l. ij. in princi. ff. de verb. obli. Nam ibi in exheredatione (& sic in materia odiosa) expressis duobus casibus simplicibus alternatiuè, puta si filius natus natàve sit, exhæres esto, vtrisque natis, & sic occurrente casu misto, non rumpitur testamentum, quia vterque censetur exhæredatus: quod nõ est ex alio, nisi



nisi quia (vt dixi) testator de vtroque cogitauit, & vtrumque expressit, licèt alternatiuè, Nimirum si dispositio illa simplicium quauis odiosa extenditur ad casum mistum ex mente disponentis, & identitate rationis, pari modo dico in proposito, ex quo papa cogitauit de omnibus istis prerogatiuis: & illas omnes expressit, licèt alternatiuè, certè voluit dispositionem istius regulæ in ea parte procedere quo ad omnes sequètes, quatenus etiã omnes prædictæ prerogatiuæ cõcurrerent copulatiuè in vno, quasi omnes illo tũc pro vna tantũ censi voluerit. Ad quod facit quod not. Cy. & Pe. in l. cũ quæstio. C. de legat. & Bar. in l. si seruus cõmunis. ff. de stip. seruorum. vbi dicunt quòd si quis legat priori bibliam, & cuilibet fratrum vnam cappam, prior non debet habere nisi bibliam, non etiam cappam tanquam frater, licèt in eo concurrat duplex qualitas, prioris scilicet & fratris. Nam ex eo quòd est prior, non desinit esse frater. c. fina. de simonia. Et † sic 3 illa duplex qualitas concurrens in eadem persona habetur pro vnica, ne vna, & eadem res diuerso iure ceseatur. l. eum qui ædes. ff. de vsuc. Posito etiam quòd dictæ prerogatiuæ concurrentes in vno nõ censerentur nisi plures, adhuc dico idem, quia perinde est ac si disiunctiuæ essent in pluribus personis. Vnde sicut tunc nullus illorum respectu suæ prerogatiuæ præcederet officialem, eodem modo nec iste, in cuius persona omnes simul concurrunt, ex quo ceseatur iure diuersorum, argu. l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tutorum. facit l. si consul. ff. de adoptio. Et per hæc tollo notata per In-

nocen. Ioan. Andr. & docto. in capit. cum olim. de re iud. de duplici voce, & duplicatis distributionibus.

Non obstat ratio glossatoris, de qua supra, & text. quem allegat, quia procedit, eo casu quo non militat identitas rationis in misto, quæ militat in simplici, vt apparet in casu d. c. statutum. de elect. li. vi. vbi dispositio c. licet canon. eod. tit. & lib. quod loquitur de ecclesia parochiali simpliciter, non extenditur ad ecclesiam quæ cum qualitate parochialitatis habet misturam collegialitatis, ea ratione, quia in isto misto non militat ratio quæ subest in simplici, cum provideatur tunc curæ per collegium, secundum docto. ibi. At hic est identitas rationis in casu misto, igitur ex diuersis nõ bene infertur. l. Papinianus. ff. de minor. & sic concludo officialem de ibi enumeratis præferendum, non obstante concursu illarum prærogatiuarum simul in vno.

Tertiò & vltimò quæritur pro intelligētia istius partis, nunquid prædicti officiales præferantur nominatis vigore indulti per Reges Hispaniæ. Et in hoc videtur dicendum quod non: quia (vt audiui) indultum excipit tantum familiares Papæ descriptos, quibus non vult præferri nominatos: ergo de aliis videtur concedere, arg. c. nonne. de presump. 4 & l. cum prætor. ff. de iudi. exceptio tenim in vno, inducit inclusionem omnium aliorum casuum comprehensorum sub regula l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instr. cum aliis superiùs allegatis in simili proposito. E contra videtur quòd officiales nominatis per indultum præferantur ratione maioris præ-



præminentia & prærogatiua ipsius nominantis. Nam officiales videntur nominati per Papam ex dispositione istius regula: illi per Regē, qui est multo inferior ipso Papa. c. solite. de ma. & obe. & in c. duo sunt. xvi. di. facit ad hoc c. hi qui. & c. si à sede. de præben. libr. vi. Ad rationem contrariam potest responderi dando instantiam, quia expectantes in forma pauperū, præferuntur in beneficiis sine cura prædictis nominatis vigore indulti, prout dicitur seruari in practica. Et tamen dicti pauperes expectantes non sunt excepti per indultum, sed solum familiares descripti: ergo idem potest dici de prædictis officialibus. Et sic soluitur illud arg. † quia sufficit respondenti dare instantiam, iux. glo. in c. sicut vrgeri. i. q. i. nihilominus inspiciendus est tenor indulti, & ita iudicandum. c. porro. de priuil.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Dictio repetitiua operatur multa.*
- 2 *Non est verisimile quòd eadem lex corrigat seipsam incontinenti.*
- 3 *Quandoque lex exponit seipsam.*



Irca tertiam partem regulæ in qua dicitur, Alij verò nobiles ex inferiori genere nobilium, magistri in theologia, & c. Omnibus aliis etiam creatis, & c. similiter præferantur.

Notandū est quòd illa verba, Omnibus aliis, intelliguntur. s. inferiùs non superiùs nominatis, non



obstante dictione illa repetitiua praecedentium, similiter, † cuius natura est, vt omnia expressa alio casu superiori, habeant locum in casu inferiori, vbi dicta dictio ponitur. Et idē in aliis similibus dictionibus repetitiuis, sec. Domi. formaliter per glo. ibi. in c. cupientes. §. in super. sup. gl. in ver. praesentauerint. de elec. li. vi. Nihilominus in casu istius regulae repetit alias qualitates contētas in parte superiori, non autem praerogationem personarum ibidem expressarum, vt isti praerogantur illis: alias corrigeret se incontinenti, quod non est dicendum, nec praesumendum, per illud quod di. gl. in l. non ad ea. in ver. praesens. in fine. ff. de condi. & demon. **Quam** gl. Cy. & Bal. in l. si domino. C. per quas perso. nob. acqui. extendunt ad dispositionem legum & statutorum, dicentes † non esse verisimile quod eadem

**2** lex incontinenti corrigat seipsam: eodem modo nec statutum. Et idem seq. Roma. consi. ciiij. incip. Pater reuerende. in ii. col. Est ergo sensus regulae, vt nobiles ex inferiori nobilium genere, & alii in hac tertia parte nominati, omnibus aliis, scilicet sequentibus, similiter praerogantur, id est, quacunque diligentia, receptione, vel creatione in Canonicum non obstante, prout iam dictum erat in parte superiori. Quod etiam in hac parte repetit quo ad hic expressos respectu omnium inferiorum declarando seipsam: licet satis intelligeretur illud repetitum per dictionem, similiter, vt dixi. Quandoque enim repetitur bis idem per eadem vel diuersa verba ratione maioris declarationis, vt patet in c. super que

**3** stionum. iun. c. cum te. de offi. dele. & † quandoque  
lex

lex est expositiua sui ipsius, vt colligitur ex l. Gal-  
lus. ff. de lib. & posth. cum multis simil. Exprimen-  
do ergo illas qualitates explicitè voluit exponere  
& declarare dictionem, similiter, in qua illud con-  
tinebatur implicitè, ad quod fa. bo. glos. in c. i. in  
ver. & filio. de sum. tri. & fid. catho. lib. vj. quæ est  
ad propositum not.

## SUMMARIVM.

- 1 *Mercatores an possint dici nobiles.*
- 2 *Exercens mercaturam an dicatur exercere ar-  
tem vilem vel mechanicam.*
- 3 *Negotiatio quæ fit in rebus vilibus & minutis,  
dicitur mechanica & vilis, & sic eam exer-  
cens non potest dici nobilis.*
- 4 *Veneti & Florentini possunt nobiles dici.  
Nobilitas dicitur qualitas per principatum te-  
nentem illata.*
- 5 *Nobilitas consistit in reputatione.*
- 6 *Natus de patre nobili & matre plebeia, dicitur  
nobilis, sed non econtra.*
- 7 *Mulier nubens plebeio, perdit nobilitatem.*
- 8 *Quantum ad honores, & dignitatem, inspicitur  
conditio patris, non matris.  
Bastardi an dicantur nobiles, & de nobi-  
lium genere.*



Eclarata quo ad corticem & contextum ista parte regulæ, dubitatur circa eam de aliquibus. Et primò quos intelligit nobiles hic Papa. Et licèt in hoc multa verba effundat

- 1 dominus de Sorto, subiiciens † quòd Veneti & Florentini ac aliarum ciuitatum mercatores non possunt dici nobiles, prout tenet in tractatu suo nobilitatis, ad quẽ se remittit. Sed salua pace sua dico q̄ possunt dici & sunt nobiles, non obstante mercatura quã exercent: quia † exercens mercantiam non dicitur facere artem vilem aut mechanicam, quando illa est magna, ita quòd maiorem partem suarum facultatum tenet in mercantiis. Et ideò talis de iure nõ subiacet muneribus & oneribus, precipuè sordidis, vt probat tex. & ibi Bar. in l. semper. §. negociatio. ff. de iur. immun. & ponit Alex. cõsi.
- 3 xcix. in iiij. vol. † Negociatio autem quæ fit in rebus vilibus & minutis, dicitur vilis & mechanica: & ideo eam exercens nõ potest dici nobilis, vt est tex. quẽ dicit ibi Bal. esse nobilem. in l. nobiliores. C. de commerc. Cum ergo nobiles Veneti faciant mercantias in rebus magnis & preciosis, & maiorem partem suarũ facultatum in eisdẽ teneant: pro-
- 4 pter hoc non possunt dici ignobiles. Et idẽ † de Florentinis & aliis cõsimiles mercantias exercentibus. Dico ergo quòd sunt nobiles, quia in eis cadit diffinitio nobilitatis quã ponit Bar. in l. j. C. de dignit. li. xij. vbi dicit quòd nobilitas dicitur qualitas illata per principatum tenẽtem, qua quis vltra honestos plebeios receptus ostenditur. Et dicuntur de iure communi



communi esse in ordine decurionum, penes quos non existente alio rectore vel superiore dicitur esse gubernatio ciuitatis. l. vbi absunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Licet ergo nobilis dicatur multis modis: tamen quo ad istam regulam intelligo de nobili secundum communem & vulgarem modum loquendi, argu. l. Labeo. ff. de supel. leg. & l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de leg. ii. j. cum vulg. videlicet ex stirpe. quia ita vulgus accipit, prout di. Bal. in d. l. nobiles. C. de commerc. Et non requiritur quod descendat de stirpe multum magna, vt quo ad hanc partem regulæ includatur: sed quod differat in sua ciuitate ab aliis comunibus ciuibus, & sit illis præstantior, vt colligitur ex supra scriptione c. Petrus. xxxix. di. Vnde satis est quod in illo loco sit tectus habitus & reputatus † pro tali inter alios ibidem 5 pro nobilibus reputatos, & quod admittatur cum eisdem communiter & indistinctè in congregationibus, officiis, & selsionibus. Multum enim in hoc facit consuetudo particularis locorum, & communis ibidè reputatio. Et ideo dicit Inno. in c. de multa. de præbend. quod illa est dignitas, quæ in loco reputatur dignitas: & si non reputatur dignitas, non est dignitas: licet aliàs sit de iure communi. Hinc est quod circa officia & dignitates ecclesiarum magis attenduntur particulares consuetudines locorum, quam ius commune, vt di. glo. de Archidiacono. in cap. ad hæc. de excels. præl. Et idem di. glo. circa officia. in c. ij. de offic. archi. & expressius Inno. in c. i. eo. tit.

Sed quid si aliquis † habuit patrem nobilem de 6

nobili genere secundum consuetudinem & reputationem illius loci, matrem verò plebeiam, an descendens à talibus dicatur nobilis? Dico quòd sic: quia popularis siue plebeia mulier nupta vni nobili dicitur nobilis: nam coruscat radiis mariti. l. foeminae. ff. de senato. & notatur in l. si augustae. ff. de legatis secundo. Non est sic in casu conuerso, quando plebeius accipit in vxorem mulierem nobilem: quia cum ipse tunc non efficiatur nobilis, vt di. Bar. in l. si. C. de ver. signifi. per l. pronuntiatio. ff. eod. titu. certè nobilitatem (quam ipse non habet) non transfundit in filium. Est alia & melior ratio, quia tali casu † ex quo illa nobilis nupsit plebeio, perdidit nobilitatem. Sicut enim mulier, propter viri nobilitatē coruscat & extollitur, ita propter eius ignobilitatem deprimitur, vt in l. i. & l. mulieres. C. de dignit. libr. xij. iunct. di. l. foeminae. Consequenter natus ex talibus dicitur plebeius, cum vtrunque parentem plebeium habeat, vnum ex natura, alium ex participatione. Quantum † enim ad honores & dignitatē inspicitur conditio patris & nō matris, vt not. glo. & doct. in l. partum. C. de re. vendi. An autem bastardi dicantur nobiles, & de nobilium genere, quaestio est trita & vulgaris, de qua per Bar. & alios in l. suggestioni. ff. de ver. sig. & concluditur quòd non, per rationes, vt ibi per eos.

## S V M M A R I V M.

1 *An licētiatus in studio vniuersali, doctorū gaudeat praerogatiua.*

2 *Dictio*

- 2 *Dictio, etiam, auget, & includit quod prius non includebatur.*
- 3 *Quis non dicitur miles, nisi postquam in numerum relatus est aliorum militum.*
- 4 *Doctores militant, & peculium quasi castrense habent.*
- 5 *Doctor dicitur, postquam insignia accepit doctoratus.*
- 6 *Aliud est esse talē, aliud gaudere privilegio talis.*
- 7 *In favorabilibus, licentiatus gaudet privilegio doctorum.*
- 8 *Aliquid denominationem nō recipit ab eo quod erit, sed ab eo quod est.*
- 9 *Electus non dicitur episcopus, ex quo nōdum est consecratus.*
- 10 *Destinatum non habetur pro completo.*
- 11 *Clericus destinatione animi non potest impetrare beneficium.*
- 12 *Inter doctorem graduatum extra vniuersitatem, & licentiatum in vniuersitate, debet seruari ius commune.*
- 13 *Scripturæ ordinem semper non seruamus.*
- 14 *Si familiaris papæ tempore assumptionis cōcurrat cum graduato in vniuersitate, debet seruari ius commune.*
- 15 *Seruandum est illud quod verisimiliter princeps statuisset si de illo statuēdo postulatus fuisset.*



- 16 Qui fuerunt socij passionum, sint & principes consolationum.
- 17 Satis dicitur expressum quod colligitur ex mente disponentis.
- 18 Euidens dicitur quod ex coniecturis colligitur.
- 19 Dicitur expressum in libello quod colligitur ex praesumptionibus.
- 20 Licentiatus in vniuersitate, equiparatur doctori graduato extra vniuersitatem
- 21 Doctor in vtroque iure, si ignorat Canones, non precedit bonum canonistam.
- 22 Collegium aduocatorum faciunt vniuersitatem studij Romani.
- 23 Primò licentiatus, postea doctoratus, praefertur doctorato medio tempore.
- 24 Voluntas papae habetur pro ratione, cum non sit qui ei dicat, Cur ita facis?
- 25 Papa habet plenissimam in benefitialib<sup>9</sup> potestatem.
- 26 Ante doctoratum quis ter debet approbari.
- 27 Talis praesumitur intentio principis, qualis est legis.
- 28 Dictio aliquibus, verificatur in re minima.
- 29 Vnitas non est numerus, sed principium numeri.
- 30 Legentes in domibus priuatis non gaudent priuilegio doctorum legentium.
- 31 Ad legendum publice quis non admittitur, nisi prius doctoretur.
- 32 Scholares non possunt legere publice, etiam tanquam

*quam substituti.*

33 *Præcedentia declarant sequentia.*

**S**Ecundò principaliter dubitatur in ea parte huius tertiæ partis dū dicitur, Magistri in Theologia, & Doctores in vtroque vel altero iurium, &c. † An licentiatus in studio vniuersali, gaudeat prerogatiua doctorum quo ad istam partem regulæ. In quo glossator huius regulæ arguit pro & contra: random cōcludit pro parte affirmatiua quòd sic, & mouetur quibusdam rationibus, vt per eū, qui subiicit quòd hæc videtur esse veritas. Sed cum venia sua mihi videtur quòd sit maxima falsitas, & contra verba & mentem istius regulæ. Primum patet ex clausula siue parte immediatè sequente, in qua fit mentio de licentiatis in vtroque vel altero iurium, vt patet ex dictione † etiam, quæ de sui natura est implicatiua, & auget quod primo non includebatur, vt patet ex quotis, de quibus per Domi. conf. cxx. in fi. & alio cxxv. quas hic non refero. Vnde cum tota ista regula sit diuisa per clausulas siue paragraphos seu versiculos, certè sequitur quòd posita in clausula siue versiculo inferiori, non referuntur ad superiorem clausulam siue versiculum, vt est glo. not. quam ibi ponderat Domi. in cap. vt circa. in ver. coram, de elect. libr. vj. allegat similem in c. vnico. de postul. præl. eod. libr. nisi quādo in sequenti esset dictio repetitiua præcedētium, vt supra in alio proposito dixi. Et sic ex quo in sequenti expressit de licentiatis, certè noluit in præcedenti de illis intelligere,

- aliàs sciuiſſet id exprimere ſi voluiſſet, iuribus vulga. quòd autem ſit contra mentem huius regulae, probatur ſic. Nam certum eſt quòd ſummus Pontifex in ſuis diſpoſitionibus in dubio præſumitur cõformari cum iure communi, quando aliud non exprimit. c. cauſam quæ. de reſcrip. & in c. propoſuit. de conceſ. præb. Sed ſic eſt quòd de iure communi non ¶ dicitur miles, niſi poſteaquam in numeros relatus eſt aliorum militum, vt eſt caſus in l. ex eo. ff. de teſta. mili. vbi text. ſubiicit hæc verba, Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam electi tyrones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt: debent enim in numeros referri. Ergo idem dicendum eſt in doctõribus ¶
- 4 (nam & ipſi militant, & habent peculium quaſi caſtrenſe. l. fori. & l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudic.) vt quis non poſſit dici doctõr, ¶ niſi poſtquam acceperit inſignia doctõratus: nondum enim milites ſunt, vt dicit ille tex. & ſimiliter nec doctõres. Non obſtat l. pe. eod. ti. quia non dicitur ibi quòd cingendus ſit cinctus, & aſcribendus ſit aſcriptus: aliàs contradiceret legi præcedenti, dum dicit, Nõdum milites ſunt ( vt ſuperiùs retuli ) ſed diſponit quòd cingendus vel aſcribendus gaudeat priuilegio iam cincti & iam aſcripti, vt probant illa verba ibi poſita, videlicet, Cingi conſeſtim iuſſus, teſtamentum de caſtrenſi peculio facere poteſt. Et in hoc conſiſtit priuilegium militum.
- 6 Inter hæc autem ¶ eſt differentia, eſſe talem, & gaudere priuilegio talis, ſicut patet per multa exempla. Nam partus conceptus nondum dicitur natus:



tus: & tamen in his quæ concernunt eius fauorem, gaudet priuilegio natorum. l. qui in vtero. ff. de statu hom. & in l. prægnantis. ff. de pœn. Similiter incedens in habitu clericali, & portans coronam, si nondum habet aliquem ordinem, non dicitur clericus: & tamen gaudet priuilegio. c. si quis suadente. xvij. q. iij. secundum Archi. ibi. Licet aliqui in hoc contradicant, vt in superioribus ad aliud propositum retuli: & idem in similibus. Ex quibus patet solutio & intellectus illorum iurium quæ prima facie videntur contraria, sed soluuntur (vt dixi) quia aliud est esse militem, aliud gaudere priuilegio militum. Et similiter aliud esse doctorem, aliud licentiatum, qui gaudet priuilegio doctorum in fauorabilibus: sed non est doctor, per supradicta, & si dicatur, ex quo licentiatum gaudet priuilegio doctorum, ergo includitur in hac parte regulæ. Quod ego nego, quia regula est exorbitans & restringenda, ex quo tollit ius alterius. s. diligentiam processus, receptionem, & creationem in canonicum, vt supra dixi. Et sic non sumus † in fauorabilibus, in 7 quibus licentiatum gaudet priuilegio doctorum, vt supra. Satis ergo fuit (attenta ista ratione) quod includatur in parte sequenti, vt sit aliqua differentia inter licentiatum & doctorem: quam per istam regulam Papa voluit constituere, ponendo doctores in clausula præcedenti, licentiatos autem in sequenti: vt sit sensus, quod doctor graduatus in studio vniuersali, præferatur licentiatum creato vel recepto in canonicum, aut diligentiori in processu, quanuis sit licentiatum in studio vniuersali. Et de talibus potest

intelligi clausula sequens, quicquid dicat gl. ibi.

- Quòd autem ista differentia (quam facit hic Pa-  
 pa inter doctorem & licentiatum) sit iuridica, pro-  
 8 batur ratione: † quia aliquid non recipit denomi-  
 nationem ab eo quod erit, sed ab eo quod est, sec.  
 Bal. in l. si nondum. C. de fur. inferens ibidem duo.  
 Primum est, quòd licet testator mandet in domi-  
 bus suis fieri ecclesiam: non tamen interim dicitur  
 ecclesia. Secundum est, si ciuitas interficit electum,  
 non dicitur interfecisse episcopum: nec priuatur e-  
 piscopatu, prout quando interficit episcopum con-  
 9 secratum. c. ita nos. xxv. q. ij. Nam † electus non di-  
 citur episcopus, ex quo nondum est consecratus. c.  
 tua nuper. de his quæ fiunt à præl. c. cum dilecti. de  
 10 dol. & contu. Præterea † destinatum non habetur  
 pro completo. l. cætera. §. sed si parauerit. ff. de leg.  
 i. vbi probatur quòd res legata vt adiungatur ædi-  
 bus, potest interim alienari: quia non est idem, ali-  
 11 quid esse in habitu, & esse in actu. Et † ideo clericus  
 destinatione animi non potest impettare beneficiũ  
 vt clericus: quia potest dici clericus habitu tantũ  
 & destinatione animi: sed non actu, prout latè per  
 multa motiua probat do. Fel. in c. cum aded. de re-  
 scr. quicquid dicat glo. in c. ij. de institu.

Concludo ergo licentiarum etiam in studio vni-  
 uersali non includi in ista tertia parte seu clausula,  
 sed in sequenti, ex quo sequitur ista cõclusio, Quòd  
 doctor graduatus in aliqua vniuersitate studij in  
 vtroque vel altero iurium præfertur licentiatò in  
 vtroque vel altero iurium, etiam ab vniuersitate  
 studij, quacunque diligentia, processus receptio-  
 ne,



ne, aut creatione in canonicum non obstante: factus est enim quod licentiatus fuerit parificatus doctori graduato extra vniuersitatem per cellulam sequitur ita quod paribus passibus ambulant, nec vnus alteri præfertur: nisi sit diligentior in processu, aut creatus in canonicum.

Ex quo facio aliam conclusionem, quod doctor graduatus extra vniuersitatem non præfertur licentiato ab vniuersitate diligentiori in processu, vel recepto aut creato in canonicum: † quia doctores <sup>12</sup> extra vniuersitatem & licentiati ponuntur inferius in eadem cellula. Per quod datur intelligi quod mens & intentio Papæ fuit, vt omnes positi in eadem cellula præferantur positos in cellulis sequentibus, non autem positos in cellulis præcedentibus. Et similiter inter positos in vna & eadem cellula concurrentes inter se non fiat aliqua antelatio, nisi quatenus esset vnus altero magis graduatus vel magis qualificatus, prout inferius dicitur. Constat autem doctorem graduatum extra vniuersitatem, non esse magis graduatum quo ad hoc, aut magis qualificatum, quam sit licentiatus in vniuersitate, per supradicta. facta. bonus text. in l. magistros, ibi, Optimorum consensu conspirante. C. de professo. & medic. lib. x. Nec est arguendum ab ordine literæ quo ad positos in eadem cellula: quia † non semper ordinem scripturæ seruamus. di. glo. in <sup>13</sup> c. i. de iur. cal. lib. vi. per l. nec ordo. ff. de solu. Licet ergo in cellula sequenti in ordine literæ præmittantur doctores extra vniuersitatem licentiatis cum rigore examinis, & sic in vniuersitate, vt sapius dixi: non propterea sequitur quod tales doctores



praferendi sunt huiusmodi licentiatas diligentioribus, aut receptis vel creatis in canonicos, sed erit ius commune inter eos seruandum.

Ex quo infero vnum aliud quo ad istam tertiam partem, quod nobilis ex inferiori genere nobilius, vel magister in theologia, aut doctor in vtroque vel altero iurium graduatus in aliqua vniuersitate studij, nullus eorum per se praefertur familiari Papae non descripto, qui erat familiaris continuus commensalis tempore suae assumptionis, diligentiori in processu, vel recepto aut creato in canonicum: licet de praedictis familiaribus post supradictos fiat mentio in ista cellula, quicquid dicat dominus de Sotto, qui arguendo ab ordine literae, tenet in hoc contrarium, & minus bene iudicio meo, quod patet apertissimè ex quinta parte, in qua dicitur. Inter se autem si concurrunt ipsi graduati & familiares ultimo loco scripti, ius commune seruari voluit.

Ex quibus verbis arguo sic. Sicut enim quando vnus graduatus extra studium vniuersale concurrat cum familiari papae, qui post assumptionem ad eius familiaritatem venit, vel cum vno ex xij. familiaribus cardinalium, inter eos sic concurrentes debet seruari ius commune, per illum §. Eodem modo & <sup>14</sup> pariformiter dico † quod si graduati in studio vniuersali, vel alij positi in ista tertia parte concurrunt cum familiaribus Papae non descriptis, qui erant familiares continui commensales tempore assumptionis: inter eos sic concurrentes debet etiam ius commune seruari, prout seruari voluit quo ad positos in quarta parte, quia vtroque est eadem ratio,

tio, & sic debet esse eadem iuris dispositio. l. illud.  
 ff. ad leg. Aquil. c. inter corporalia. de transf. præl. Nec  
 obstat quod papa in illa quinta parte expressit de  
 familiaribus positus in quarta parte proximè præce-  
 denti per illa verba, Et familiares vltimo loco scri-  
 pti, &c. quia qua ratione dictos familiares post as-  
 sumptionem venientes ad familiaritatem, qui antè  
 non sustinuerunt labores & seruitia in eius cardi-  
 nalatu, & etiam alios duodecim Cardinalium equi-  
 parare voluit graduatis extra vniuersitatem, eodem  
 modo & pariformiter mens & intentio sua fuit  
 idem seruari debere inter graduatos in vniuersita-  
 te, siue alios in quarta parte positos & familiares  
 existentes tempore assumptionis. Non obstat ergo  
 quòd papa expressit de illis, & non de istis: quia idè  
 expressisset de istis, si de hoc fuisset interrogatus,  
 iuxta glo. not. in l. tale pactum. §. si. ff. de pac. qua  
 dicit quòd licèt aliquis casus expressè decifus non  
 sit in lege vel statuto, † nihilominus id seruandum 15  
 est quod verisimiliter statutum fuisset si de illo po-  
 stulati fuissent statuantes. Ad idem fa. glo. in clem.  
 i. in ver. præsidentes. de rescrip. quas allegat & se-  
 quitur Roma. consil. cccxcij. incipien. Circa primū.  
 & Ancharanus consil. lxxxiiiij. inci. Domina, &c.  
 non enim absque mysterio posuit familiares post  
 assumptionem ad eius familiaritatem venientes &  
 alios xij. familiarium cum graduatis extra vniuer-  
 sitatem studij generalis: & sic in clausula inferiori:  
 alios autem familiares existentes tempore suæ as-  
 sumptionis in clausula superiori inter graduatos in  
 vniuersitate studij generalis: quia istos voluit ma-



- 16 iori praerogatiua afficere, vt † qui fuerūt socij passionum, sint etiam magis participes cōsolationum, arg. c. cum secundum. de praebend. & l. ij. C. de offi. magist. officio. ibi. dum dicit, Is gradus ceteros antecedit, quem prolixior labor fecerit antecire. Consequenter sicut inter familiares positos in quarta parte & graduatos, de quibus in eadem clausula, simul concurrentes inter se, ius commune seruari voluit: eodem modo considerata mente & intentione principis, ex ratione proximè assignata, idem censetur voluisse seruari inter familiares & graduatos qui ponuntur in ista parte tertia, vt inter eos simul concurrentes seruetur etiam ius commune. & sic non obstat quòd de istis non expressit, arg. c. ad audientiam. de decimis. & l. vnica circa fin. C. de
- 17 cadu. tol. quia dico † quòd satis dicitur expressum illud quod colligitur ex mente & intentione disponentis, per rationem naturalem (qualis est de qua supra) quæ vnica & sola reddi potest, licèt verbis expressis non sit specificata. l. milites agrum. ff. de re mil. cum aliis cōcor. superius in alio proposito, facit bonus tex. in l. licèt imperator. ff. de leg. i. †
- 18 vbi euidens dicitur id, quod colligitur ex coniecturis: & illum ad hoc allegat Panor. in c. licèt causam. in xii j. not. de probat. ad idem quod ponit Egidius conclusione dccxxxiii j. incip. Si in libello. vbi
- 19 sentit † quòd dicitur expressum in libello, quod colligitur ex praesumptionibus. Concludo ergo & ex praemissis facio breuiter has conclusiones. Prima sit, quòd licentiatus in vniuersitate studij generalis postponitur doctori graduato in consimili vniuersitate,



fitate, ex quo de licentiatis fit mentio in cellula  
 inferiori, & per alia de quibus supra. Secunda, † 20  
 quòd talis licentiatus in vniuersitate æquiparetur  
 doctore graduato extra vniuersitatem, ex quo po-  
 nuntur in eadem cellula, cum aliis rationibus, vt  
 supra. Et inter eos concurrentes insimul seruetur  
 ius commune circa diligentiam processus & alia,  
 prout in c. duobus. Nam vt plurimum doctores  
 qui graduantur extra vniuersitatem studij genera-  
 lis, sunt illiterati & ignari: de quibus ait Cicero,  
 Multi insignia virtutis sine virtute consequuntur.  
 Et ideo talis gradus non facit vt quis dicatur magis  
 graduatus licentiato in vniuersitate. ad quod bene  
 facit quod dicunt doc. moderni in c. clerici. de iud.  
 quòd legista qui habet titulum † in vtroque iure, 21  
 & ignorat canones, non præcedit bonum cano-  
 nistam: nec dicitur magis graduatus illo. Idem sen-  
 tit Pet. de Anch. in c. i. de part. dum loquitur de le-  
 gistis nescientibus rubricas decretalium. Et hodie  
 videmus multos tales, sec. do. Fel. in rub. de ma. &  
 obe. Nec est bona ratio illa quã dicit dom. de Sor-  
 to, sufficere quòd sint doctores quomodocūque &  
 vbicunque, quando in vniuersali studio non po-  
 tuerunt fecisse sumptus doctorales: quia illa ratio  
 non est vniuersaliter vera: nec habet locum sal-  
 tem in doctoribus, qui fiunt hic in vrbe: vbi mo-  
 dico sumptu & non magna impensa possunt do-  
 ctorari per collegium † aduocatorum: qui fa- 22  
 ciunt vniuersitatem studij Romani: quod stu-  
 dium nobilius est & magis antiquum aliis vniuer-  
 salibus studiis, quoniam legum originem anterior

Roma sortita est, dicit text. in authē. vt ecclesia Ro-  
mana. in princ. fa. l. sed & reprobari, in §. pe. & fi. ff.  
de excu. tut. & l. eos. in prin. ff. de vaca. mune. Magis  
in specie text. in c. ij. de priui. lib. vi. & vtinam es-  
sent bona salaria, quia non deficerent boni lecto-  
res, iuxta illud, Sint meccēnates, non deerunt Flac-  
ce Marones. Ex quō patet quōd ratio illa non est  
vniuersalis, nec concludit. Posset tamen procedere  
eo casu quo quis esset licentiatus in studio vniuer-  
sali, & doctoratus extra vniuersitatem: quia talem  
dicerem magis graduatum simplici licentiato, ita  
vt si concurreret cum eo, esset eidem licentiato  
præferendus, non obstante diligentia in processu,  
siue receptione, vel creatione in canonicū, & hoc  
per §. vi. vbi disponitur quōd magis graduati mi-  
nūs graduatis pariformiter præferantur. Et ita li-  
mito istam secundam conclusionem.

Facit ad hoc quod notabiliter ponit Ang. Aret.  
23 in §. quidam. in x. col. inst. de acti. Vbi dicit quōd †  
primō licentiatus, postea doctoratus, præcedit illū  
qui medio tempore fuit doctoratus, per tex. sing.  
in l. i. C. de consu. libr. x. Vnde in simili dico quōd  
præcedit licentiatum simpliciter in vniuersitate, li-  
cēt ille fuerit doctoratus extra.

Tertia conclusio sit, quōd doctor in vtroque vel  
altero iurium graduatus in aliqua vniuersitate stu-  
dij generalis, non præfertur familiari papæ, qui  
erat familiaris cōtinuus commensalis tempore suæ  
assumptionis, licēt nō sit de descriptis: sed inter eos-  
dem in simul concurrentes debet seruari ius com-  
mune, sicut inter familiares post assumptionem ad  
fami-



familiaritatem Papæ venientes, necnon illos xij. singulorum cardinalium & doctores graduatos extra vniuersitatem. Et idem dico de aliis qualificatis, de quibus in iij. & iiij. parte respectu familiarium in qualibet earum partium nominatorum.

Non obstat si diceretur, Ergo secundum prædicta stabularius papæ concurret & æquiparatur doctori in vtroque vel altero iurium, & cum eodem pari passu ambulat, & similiter cum aliis qualificatis, de quibus in iij. & iiij. parte. Cui absurdo non potest aliud responderi, nisi quod ita ꝑ principi 24 placuit: qui habet pro ratione voluntatem, iux. glo. in l. relegati. ff. de pœnis. quod maximè vendicat sibi locum in papa: quia non est qui ei dicat, cur ita facis? iux. glo. in c. quanto. de transla. præl. potissimè ꝑ in beneficialibus: quorum plenam & liberam 25 habet potestatem. c. ij. de præb. in Sexto & in cle. i. vt lit. pen.

Sequitur quarta pars regulæ, cuius materia pro maiori parte fuit expedita in parte superiori. Et dicit hic in prin. glossator, quod in hac parte dicitur de aliis graduatis extra vniuersitatē, ex quo postea infert quod licentiatus in altero iurium in studio vniuersali, non comprehenditur in hac parte, sed in superiori. Quod ego non puto verum, quia in parte superiori nulla penitus fit mentio de licentiatis in aliqua vniuersitate vel extra. Vnde nō est nostrū hoc velle supplere, argumen. capi. ad audientiam cū similibus, maximè ex quo verba deficiunt circa hoc, nec apparet aliter de mēte disponētis. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tutor. ibi. Sed & si maximè



verba legis hunc habeant intellectū, tamen mens  
 legislatoris aliud vult, &c. fa. quod dic. Cy. in l. non  
 dubium. in pen. quæst. C. de legib. Quòd autē ver-  
 ba deficiāt, hoc clarum est, quia nullum verbum de  
 licētiatis in parte tertia. vt dixi, & de mente proba-  
 ui latè supra. Dico ergo quòd hic loquitur de licen-  
 tiatis in studio vniuersali: quia cōmuniter fiunt licē-  
 tiati in talibus studiis ab illis de vniuersitate in pri-  
 uato examine: in quo datur eis licētia quòd possint  
 doctorari quando velint, & tunc demum fit publi-  
 cum examen, vt declarat Bar. in l. vnica C. de athlet.  
 lib. x. Ex quo apparet quòd licentiati nō fiunt extra  
 vniuersitatē, prout clarè colligitur ex verbis Panor.  
 in c. proposuisti. in fi. col. de proba. dum dicit, Ante  
 26 † doctoratum debet quis ter approbari. Primò à  
 presentantibus. Secundo in examine priuato à do-  
 ctoribus collegij. Tertiò in publico. Et sic per illa  
 verba, videlicet, A doctoribus collegij, sentit aper-  
 tē quòd licentiati fiunt à collegio vel vniuersitate,  
 consequenter arguendo à communiter accidenti-  
 bus. l. nam ad ea. ff. de legib. Et ab eo quod de iure  
 fieri debet, sequitur quòd in ista quarta parte intel-  
 lexit Papa de licentiatis in studio vniuersali, non  
 27 extra: Quia † talis præsumitur esse intentio Princi-  
 pis, qualis est legis scriptæ. c. causam quæ. de rescrip.  
 & in c. proposuit. de concess. præben. Et hunc intel-  
 lectum clarissimè ostendunt verba in hac parte re-  
 gulæ posita, dum dicitur, Et cum rigore examinis li-  
 centiati. Nec obstat dictio, Cæteri, quæ videtur esse  
 aduersatiua præcedentis orationis: quia hoc procedit  
 quo ad graduatos expressos in parte præcedēti,  
 &

& repetitos simpliciter in ista sequenti: quo casu dictio, Careri, aduersatur in hoc, vt hic non intelligatur de graduatis in vniuersitate, sed extra. Sed nō aduersatur quo ad licentiatos, de quibus nullū verbum in præcedenti.

Secundò principaliter aduertendum est, dum in hac parte dicitur, Necnō in medicina & in artibus magistri, qui post susceptum gradum aliquibus annis legerint. Per quot annos debent legisse magistri in medicina & in artibus, vt gaudeant ista prærogatiua? Puto ad minus requiri quòd biennio legerint, arg. l. vbi numerus. ff. de testib. Et reg. pluralis loquutio. lib. vj. Hoc etiam suadet natura dictionis, † Aliquib<sup>9</sup>, quæ verificatur in re minima, vt per 28 glo. in cle. i. in ver. aut earū parte. de foro cōpe. Ergo etiam in numero breuissimo, qualis est numerus binus: quo numero non potest esse breuior: quia † vnitas nō est numerus, sed principiū numeri, sec. glo. in l. si quis ante. in ver. solum. ff. de acqui. pos. licet Bar. ibi dicat quòd est idē ius de principio numeri, quod de ipso numero: de quo, vt ibi per eū, & per eundē, in l. non ideo. C. de hæred. insti. Puto etiam quòd debent legisse in studio generali, non autē in domibus suis priuatē, licet cōtrarium dicat in hoc dominus de Sotto, & minus bene, vt probat text. not. iun. glo. in vers. committunt. in proæ. digestorum. §. hæc autem tria. Vbi dicit quòd † pri- 30 uilegium doctorum non habent qui alibi legunt quàm in studis generalibus & aliis regiis vrbibus, quæ id habent ex priuilegio.

Tertiò notandum est pro declaratione illorum



verborum, Qui post susceptum gradum, &c. quòd  
 31 ideo requirit eos legisse post susceptum gradum: †  
 quia nisi prius quis doctoretur, non admittitur ad  
 legendum publicè. In eo enim actu exercendo re-  
 quiritur titulus & gradus doctoralis. l. magistros. C.  
 de profes. & medi. lib. x. & ponit Abb. in c. clerici.  
 32 de iudi. Ex quo sequitur quòd scholares † non pos-  
 sunt legere publicè, etiam tanquam substituti do-  
 ctorum, per illud quod dicit signanter Bal. in l. pa-  
 rabolani. C. de epis. & cler. Cur autem regula in ista  
 parte actum profitèdi requirat potius in magistris  
 artium & medicinæ, quàm in magistris in theolo-  
 gia vel doctoribus iurium, nō potest aliud rationa-  
 bilter dici, nisi quia sic principi placuit. fac. l. non  
 omnium. ff. de legib. cum vulg.

Quartò & ultimò ad declarationem istius partis  
 quæro in quantum dicitur de xij. familiaribus sin-  
 gularum cardinalium, an intelligatur simpliciter  
 (prout verba sonant) de familiaribus tantum: vel  
 requiratur etiam quòd sint continui commensales  
 ipsorum Cardinalium: quod puto verius, quicquid  
 33 dicat glossator: quia † præcedètia declarât sequen-  
 tia. l. si seruus pluriū. §. si. ff. de leg. i. Et clausula posi-  
 ta in præcedèti, intelligitur repetita in sequèti, quā-  
 do aliàs sine repetitione sequeretur aliquod absur-  
 dum, vt per Bar. in l. i. ff. de pac. dota. sed sic est q̄ si  
 illa clausula, videlicet, Cōtinui cōmensales, adiecta  
 familiaribus Papæ, non intelligeretur repetita quo  
 ad familiares cardinaliū: certè isti viderètur fauo-  
 rabiliores illis, quod esset absurdū, & cōtra partem  
 septimam in qua expressè dicitur, Ipsi autem fami-  
 liares



liares suæ S. supradictis xij. familiaribus cardinaliū cæteris paribus præferantur. Non obstat ratio glossatoris in quantum ponderat illam qualitatem, videlicet, Continui cōmensales, quæ adiicitur primis & non secundis, arg. l. iij. §. filius. ff. de lib. & posth. quia dico quòd illud procedit quando illa qualitas conuenit tantum illi cui adiicitur, & non alijs: secus si vtrique. Et ita soluit & intelligit illū text. Romanus cōsi. clxxx. inci. Si admittimus. in fi. col. At in casu nostro conuenit omnibus, igitur, & c.

## SUMMARIUM.

- 1 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
- 2 *Familiaritas dicitur esse instar cuiusdam societatis, quæ licet consensu plurium contrahatur, tamen alterius dissensu soluitur.*
- 3 *Cessante familiaritate, cessant priuilegia familiaritatis ratione prouenientia.*
- 4 *Licentia nominandi intelligitur de prima tantum.*
- 5 *An & quando priuilegium vnico actu consumatur.*
- 6 *Postquam priuilegium est consumptum, nõ potest amplius producere effectum.*



Vinta pars principalis regulæ clara est, quia in ea æquiparantur graduati & familiares Papæ, necnon duodecim familiares singulorum Cardinalium in

libro cancellariæ apostolicæ descripti, ita vt inter eos scilicet graduatos & familiares adinuicem concurrentes seruetur ius commune. Intellego autem & extendo istum §. vt dixi in tertia cōclusionē tertiæ partis principalis, vt ibi. Verùm quia hic & clarius in parte superiori fit mentio de duodecim familiaribus singulorum Cardinalium, quæri potest, Si cardinalis nominauit semel duodecim familiares suos continuos commensales in cancellaria, demum aliqui ipsorum recedunt de familiaritate ipsius, vel moriuntur: an possit alios loco ipsorum nominare? Ista quæstio præsupponit vnum, quòd nominatus inter illos duodecim recedens de familiaritate Cardinalis non gaudeat amplius ista prærogatiua. Cuius contrarium sentit hic glossator, maxime si familiaris fuit licentiatus sine causa, vel ille ex causa se expediuit totaliter à Cardinali, arg. c. cū non stat. & c. imputari. de regu. iur. libr. vj. Quod ego non puto verum, † quia qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. & in l. Titius. & ibi clarè Bar. ff. de testamen. milit. Vnde cum hic & in parte superiori dicatur quòd familiares prædicti omnibus aliis scilicet inferioribus præferantur pariformiter scilicet in assequutione beneficiorum, & hic dicatur quòd inter graduatos & familiares vltimo loco scriptos seruetur ius commune, subaudiaturque scilicet in assequutione beneficiorū. Ergo sequitur per rationem ( de qua supra ) quòd ad hoc vt familiaris gaudeat ista prærogatiua, non sufficit quòd tempore datæ fuerit familiaris, nisi persistat

fistat in eadem familiaritate tempore vacationis. Nec obstat quod per eum non stat, quia dico istud non esse in cōsideratione: nam † istæ familiaritates 2 sunt ad instar cuiusdā societatis: quæ licet consensu pluriū cōtrahatur, tamen alterius dissensu dissoluitur. §. manet. instit. pro socio. & ff. l. ij. & l. si conuenierit. eo. tit. In hoc ergo inspicitur nuda voluntas vtriusque, non autem iusta vel rationabilis causa. Et hoc quo ad priuilegia prouenientia ratione familiaritatis, vt illa cessent † cessante familiaritate qua- 3 litercunque, licet nō cesset affectio beneficiorum: quia semel affectum, semper durat affectum. Et hoc expressè vult regula super impetratione talium beneficiorum.

Stante ergo hoc pro vero, quòd vtroque casu sumitur familiaritas, & expirat ista prærogatiua quo ad nominatum mortuum vel recedentem de familiaritate, dubium est an expiret etiam quo ad Cardinalem, quin possit alium loco illius nominare. Et videtur glossatori quòd alium nominare nō possit: † quia ista licentia nominandi intelligitur de 4 prima tantum, & non vltiori. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. c. non potest. de præb. li. vj. Demum subiicit quòd ita cōsuleret iudici si absideret. Sed contra istam determinationem facit de directo quod in simili quæstione tenet Dom. post Io. Mo. & Io. An. in c. sicut. de verb. sig. libr. vj. vbi dicunt quòd si episcopus habet priuilegium cum tēporis præfinitione, vt possit eligere quatuor clericos suis obsequiis insistentes, qui percipiant fructus beneficiorū suorum in absentia, illósque eligat: &



demum aliquis illorum cedit vel decedit: certè loco illius poterit alium subrogare, arg. l. sicut in annos. ij. resp. ff. quib. mod. vsusf. amit. ad idem l. si ita fuerit. ff. de leg. iij. Vbi etiam eius qui natus est post testamentum, vel eius qui post in familiam venit, habetur ratio. fa. etiam l. si mancipia. ff. de fund. instru. vbi si testator legauit fundum cum instrumento & mancipiis quæ ibi erant, veniunt etiam mancipia post inducta colendi causa in illum fundum. Quæ omnia concludunt Cardinalè loco illius posse alium nominare. Confirmatur hoc bona ratione: nam cum Cardinali nõ autem familiaribus sit hæc gratia & facultas nominandi concessa, certè ipsius persona est principaliter attendenda, arg. c. si cui. de præb. lib. vj. Non obstat motium tenentis contrarium: quia dico quod cum ista gratia & facultas concessa Cardinali sit fauorabilis, nõ odiosa, vt per Ancharanum consi. cxxxj. sequitur ergo quod debeat extendi, & non consumi ex prima nominatione, quæ caruit effectu. fac. c. ex tuæ. de cler. non resid. Nihilominus prædictis non obstantibus prima pars videtur verior, quia priuilegium de quo loquimur

5 † & gratia nominandi producit suum effectum momentaneè: quo producto consumitur priuilegium, licet effectus non perseueret. Secus in priuilegio producente effectum extensiuum cum certi temporis præfinitione: quia tunc per totum illud tempus debet sortiri suum effectum, ita quod producto vno effectu & eo sublato multiplicabitur alius & alius effectus, donec durat tempus præfinitum. Et isto casu locus est subrogationi. Et ita propriè procedit qua-

quæstio doct. in d. c. sicut. Secus est in casu præsentis quæstionis, vbi priuilegium non habet certum tēpus successiuum, sed statim per vnum actum. i. per primam nominationem producit suum vnicū effectum. s. vt talis nominatus habeat istas prærogatiuas: quo effectu producto cōsumitur priuilegium: consequēter nō est locus subrogationi, quia † postquam priuilegium est consumptum, nō potest amplius effectum producere. Et ideo per hæc & similia dicit signanter Egidius conclus. dcxxvj. incipiē. suppositis, & c. q. si Papa dat potestatem Regi Franciæ nominandi duas personas idoneas in sua coronatione in certa ecclesia, certè si semel nominauit duas personas ad duas præbendas, illis deficientibus non poterit alios subrogare: quia sic procederetur in infinitum: iura autem infinitatem abhorrent. c. cum in multis. de rescrip. libr. vj. cum concor. allega. ibi in glo. Concludo ergo quòd loco familiaris deficientis, qui fuit semel nominatus, non poterit alius nominari, per supradicta.

## SUMMARIVM.

- 1 *Inter nominatos in eadem cellula, primò nominatus præfertur secundò nominato.*
- 2 *Quando purus Canonista præferatur puro theologo in beneficiis obtinendis.*
- 3 *Duo vincula magis stringunt quàm vnum.*
- 4 *Scientia theologiæ habet nobilius subiectum cæteris scientiis.*

- 5 *Scientia Canonica est melior in ecclesia dei, participatione aliorum bonorum.*
- 6 *Doctor in utroque iure praefertur puro theologo.*
- 7 *Persona in scriptura primò nominata videtur esse dignior.*
- 8 *Omnis substitutio, est institutio.*
- 9 *Nobilis de genere Ducum praefertur alteri nobili de genere Marchionum.*
- 10 *Consuetudines & iura feudorum sunt contra iuris communis regulas.*
- 11 *Vnaqueque provincia suo sensu abundat.*
- 12 *Maioritas consideratur secundum consuetudinē regionis in qua beneficium est situm.*
- 13 *Causae reales clericorum circa feuda non deciduntur secundum ius Canonicum.*
- 14 *Episcopus delicti priuat clericū beneficio alibi sito, sed exequutio realis fit à beneficij episcopo.*
- 15 *Beneficiatus respondet episcopo in cuius dioecesi est situm beneficium.*
- 16 *Magis nobiles praeferuntur minùs nobilibus, secundum communem reputationem.*
- 17 *Cardinales quare sunt episcopis digniores.*
- 18 *Si verba sunt ambigua, intelliguntur secundū cōmunem intelligentiam loci ubi sunt prolata.*
- 19 *Si filij ducum cōcurrunt inter se, magis qualificatus, vel magis graduatus alteri non ita qualificato praefertur.*
- 20 *Quando concurrunt duo priuilegiati dispari priu*



- legio, priuilegium potentius præponitur.*
- 21 *Quando aliqua coniunguntur diuersa inter se, tunc referenda sunt singulis singula.*
- 22 *Quis magis dicitur nobilis, ex quo est proximior stipiti à quo causatur nobilitas.*
- 23 *Digniores altiori loco sedere debent.*
- 24 *Sedere immediatè post episcopum, denotat dignitatis maioritatem.*  
*Primogenitus sedet à dexteris regis.*
- 25 *Cubicularij secreti aliis digniores sùt cubiculariis.*
- 26 *Nobilis ex utroque parente præfertur nobili ex altero tantum.*
- 27 *Locus nobilior maiorem confert nobilitatem.*
- 28 *Dignior est Canonicus ecclesiæ cathedralis, quam Canonicus alterius ecclesiæ, licet sint æquales in redditibus.*
- 29 *Episcopus ciuitatis nobilioris est dignior episcopo minoris ciuitatis.*

Idendū est nunc de sexta parte principali,

V quæ vult † q̄ inter graduatos & qualificatos (de quibus supra) magis graduatus præferri debeat minùs graduato, et magis qualificatus minùs qualificato, seruato tñ ordine superscripto. Que vltima verba importāt secundū glossatorē, q̄ seruetur ordo nominationis tā quo ad graduatos, q̄ quo ad qualificatos: vt sit sensus † q̄ inter nominatos in eadē cellula primò nominatus præferatur secundò nominato, & ille tertio, & sic deinceps in reliquis ibidem nominatis, quāuis posteriores sint

magis graduati prioribus. Ex quo infert quòd magister in theologia quia est primò nominatus praefertur doctori in vtroque iure. Quod ego nò puto verum, quinimò cum & ipsum ius Canonicum censeatur esse diuinum, vt in c. nimis. de iureiur. & in c. qualiter. ij. de accus. voluerunt eleganter Host. & Io. An. in beneficiis obtinēdis purum Canonistam praeferri debere puro Theologo: nisi ecclesia in qua est illud beneficium ad quod concurritur, magis Theologo indigeat, vt quia sit haereticis vicina. Ita eleganter dicunt praefati docto. in c. i. de consang. & affini. Idem consulendo seq. Ludo. Rom. cons. cccxxxij. incip. Quo ad primum. in fin. colum. & sic loquuntur in fortioribus terminis. s. in puro Canonista. Multo ergo fortius in doctore vtriusque

3 iuris, quia † duo vincula magis stringunt quàm vnum. c. i. de treu. & pace. l. fin. C. de adopt. & in au-

4 thē. post fratres. C. de legit. haered. Praeterea licet † scientia Theologiae habeat subiectum nobilius ceteris sciētiis, cum principalis eius sermo sit de deo, vt patet ex etymologia vocabuli: tamen sciētia Canonica † est melior & vtilior in ecclesia dei, participatione aliorum bonorum, quia eius subiectum est homo dirigibilis nò solùm in bonum commune, sed etiam in deum secundum sacras regulas, vt nota. in proœ. decretal. & ponit Panor. in c. clerici.

6 de iudi. Concludo ergo † quòd doctor in vtroque iure (quia est magis graduatus) praefertur puro Theologo, & tollit sibi diligentiam processus, & receptionem siue creationem in canonicum, per supradicta.

Ex quo infero non esse verum generaliter & indistinctè quòd debeat seruari ordo nominationis simpliciter inter nominatos in eadè cellula, vt primò nominatus præferatur sequentibus ibidem diligentioribus in processu, vel receptis aut creatis in canonicos, nisi ita demum quãdo primò nominatus esset magis graduatus inter graduatos, vel magis qualificatus inter qualificados, de quibus in eadè cellula. Quod apertissimè demonstratur ex quarta parte, vbi primò nominantur baccalarij formati in theologia quàm doctores in vtroque iure: & tamè nemo sani capitis diceret quòd baccalarius formatus in theologia debeat præferri doctori in vtroque, cum etiam magister illi non præferatur, vt superiùs probaui, similiter in tertia parte priùs nominantur doctores iurium quam familiares Papæ tempore suæ assumptionis: & tamen illi non præferuntur istis, sed inter eosdem debet seruari ius commune, sicut inter familiares vltimo loco scriptos, & doctores graduatos extra vniuersitatè, vt in quinta parte eodem modo.

In quarta parte primò nominantur præfati doctores graduati extra vniuersitatem, quàm licètiati in studio generali cum rigore examinis: & tamè cæteris paribus illi non præferuntur istis, prout hæc omnia superiùs latè probaui.

Ex quibus apparet quòd licèt aliàs persona primò † nominata in aliqua scriptura videatur esse dignior, iuxt. glo. vulg. in c. quorundam. in ver. prædicatorum. de elect. lib. vi. facit bonus tex. iun. glo. in c. penul. in ver. nominatus. eod. tit. & lib. & in c. ij.



& ibi. Panor. in notabilibus. de iudi. tamen Papa in ista regula non habuit talem respectum, vt inter nominatos in eadem cellula primò nominatus censeatur dignior, & sequentibus ibidem eoispo praefertur, tollatque eis diligentiam processus & alia: sed habuit considerationem, vt omnes positi in priori cellula praeferantur positus in cellula inferiori, licet sint diligentiores in processu, recepti, vel creati in canonicos. & istud propriè vult dicere ista sexta pars in illis verbis, videlicet, Seruato tamen ordine superscripto. scilicet cellularum, quia digniores quosque posuit in cellulis superioribus, per ea quæ dicit glo. in d. c. quorundam. cum aliis concor.

Hinc est quòd baccalarios & licentiatos non posuit in prima, secunda, & tertia parte, sed demum in quarta, ad denotandum quòd positi in praecedentibus cellulis sunt illis digniores & praeferendi: sicut in simili videmus quando testator in suo testamento facit plures gradus hæredum, vt puta, si ille hæres non erit, ille hæres esto. Et deinceps in quantum velit testator substituere potest, dicit text. instit. de vulg. substitut. in princi. & in l. i. cū l. sed si plures. ff. eo. tunc enim quauis omnes possint dici hæredes instituti, quia † omnis substitutio est institutio, vt di. glo. in l. Gallus. ff. de liber. & posth. in prin. nihilominus omnes instituti & positi in primo gradu praeferuntur omnibus positus in gradu sequenti: quibus. scilicet substitutis & positus in gradu sequenti ita demum locus est, quādo primi in totum deficiunt, vt probat tex. not. in l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupil. ibi, dum dicit eam videri vo-

lun-

luntatem patrisfa. fuisse, vt in tertio gradu scriptos hæredes ita demum substitueret, si tota hæreditas vacasset: licet communiter dicatur ad illum text. illud procedere ex præsumpta voluntate defuncti, secundum quam coniunctus præfertur substituto, aliàs regulariter est contrarium, videlicet vt substitutus præferatur coniuncto. l. ij. §. si duo. ff. de bon. pos. secundum tab. & l. vn. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cadu. tol. quod hic longius non disputo, sed me remitto ad notata per Bar. & moder. in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. satis est quòd (quantum ad principale propositum) procedit similitudo respectu graduum siue cellularum, vt illi qui sunt primi gradus, præferantur aliis sequentibus in gradu vel cellula inferiori tanquam digniores: quauis illi sequentes sint magis graduati quàm primi. Et sic inter primos & secundos non consideratur quo ad prælationem maior gradus vel maior qualitas, sed inter nominatos in eadem cellula concurrentes inuicem inter se, habet locum ista sexta pars, vt magis graduati minùs graduatis, &c. præferantur: nõ autem seruetur simpliciter ordo nominationis. Quapropter correspectiuando primò qualificados nominatos in eadem cellula, secundò graduatos ibidem nominatos, priùs qualificados cum qualificatis, & graduatos cum graduatis, deinde mistim inter se, videlicet qualificados cum graduatis conferam, faciendo infra scriptas conclusiones. Quarum prima sit, quòd † nobilis de genere Ducũ præfertur 9 alteri nobili de genere Marchionũ: item alteri nobili de genere Comitũ, quia primº est magis qualifi



catus secundum consuetudinem Italiae (vt est notū) quae in hoc multum debet attendi, vt patet ex notatis per doc. in c. de multa, de praebend. & ponit vna dec. in nouis. clxxiiij. incip. de thesauraria. & Card. consil. lxxij. inci. In ecclesia Bellun. Hinc est q̄ iura de praedictis nobilibus loquentia modò in ordine literae praemittūt ducem, modò Marchionem, vt patet in tit. quis dicatur Dux vel Marchio, iunct. titul. de feudo Marchiae, comitatus, vel ducatus, in vsibus feudorum.

- Ex quibus iuribus potest sumi validum argumentum in iure, vt notat Bar. in l. vt iurisiurandi. ff. de o-
- 10 per. libertorum. Vbi dicit quòd † consuetudines & iura feudorum sunt contra regulas iuris cōmunis: ideo non sunt trahenda ad consequentiam. l. quod verò, & l. ius singulare. ff. de legi. Idē ponit Alexā. in l. fin. in fin. C. de col. cōsequēter debet in hoc attēdi consuetudo regionum, vt si in aliqua regione Marchio vel comes reputatur maior Duce, descendentes de illorum genere praferantur in assequutione beneficiorum descendentes de genere Ducum:
- 11 quia † vnaquaqueque prouincia abundat in suo sensu. cap. certificari. de sepul. non obstante quòd in ista regula praemittuntur Duces, ex quò etiam datur intelligi illud quod sapius dixi, quòd in ista regula nō est simpliciter & indistinctè inspiciendus ordo nominationis, argu. l. nec enim ordo. ff. de solut. cum aliis, de quibus supra. Quid autem si vnus de genere Marchionum, qui in aliqua prouincia reputatur maiores Ducibus, concurrat ad beneficiū cum altero de genere Ducum in Italia, vter horum alteri pra-



si præferatur tãquam maior, & magis qualificatus? Puto quòd ista † maioritas tali casu debebit confi- 12  
 derari secundum consuetudinem illius regionis in  
 qua situm est beneficium ad quod cõcurritur: quia  
 quando est quæstio de ratione rei de qua litigatur,  
 & partes sunt diuersarum diœcesum: tunc seruandę  
 sunt consuetudines & leges loci vbi res de qua con-  
 tenditur, sita est, in decisoriis. capit. Raynutius.  
 de testamen. l. an in totum. C. de ædific. priua. &  
 in l. pupillo. ff. de tuto. & cura. datis ab iis. Simili-  
 ter si tractatur de onere rei, inspiciendus est locus  
 vbi sita est res, argumento l. fin. C. de prædiis na-  
 uiculariorum. libr. xj. Et ideo dicit notabiliter Ho-  
 stiensis, & referunt docto. in cap. quòd clericis.  
 de for. competen. † quòd causę reales clericorum 13  
 circa feuda non deciduntur secundum ius cano-  
 nicum, sed secundum consuetudinem terrę &  
 curiæ regis. Ad idem facit bonus text. in c. postula-  
 sti. eod. tit. Vbi episcopus † delicti condemnat cle- 14  
 ricum de delicto, priuando illum beneficio alibi si-  
 to: sed exequutio realis fit ab episcopo beneficij.  
 Per quem textum dicit ibi Panorm. quòd † ratione 15  
 beneficij tenetur beneficiatus respondere & obe-  
 dire illi episcopo in cuius diœcesi habet beneficiũ,  
 alle. Inno. in c. cum iam dudum. de præben.

Ex quibus concludo q̄ concurrentibus prædictis,  
 videlicet vno qui esset de genere Marchionum,  
 qui in sua prouincia reputarẽtur maiores Ducibus,  
 cũ alio de genere Ducum in Italia, vbi seruatur cõ-  
 trariũ ad beneficiũ situm in Italia: certè tũc descen-  
 dens de genere Ducũ præferẽdus esset alteri ratio-

ne beneficij siti in Italia. Et idem in casu ecōuerso.

16 Hæc eadem dico procedere in nobilibus ex inferiori genere nobiliū (de quibus in tertia parte) quando adinuicem concurrunt, † vt magis nobiles præferantur minùs nobilibus secundum communem reputationem. Et potest dari exemplum, vt si nobilis Venetus concurrat cum nobili Ragusino, qui & ipsi nobiles sunt, habētes dominium & suam rempublicam: certè si simul concurrant, Venetus erit præferendus Ragusino tanquam magis qualificatus secundum communem reputationem. Sicut enim nobilitas consistit in reputatione, vt superiùs dixi, & ponit Bar. in repetitione l. i. C. de digni. lib. xij. ita etiam maioritas nobilitatis.

17 Præterea nobiles Veneri sunt nobiliores nobilibus Ragusinis ratione maioris administrationis & amplioris imperij, quod longè & latè terra mariq; protenditur: cōsequenter sunt illis digniores, prout dicimus † de cardinalibus, qui sunt digniores episcopis ratione maioris officij & administrationis, cō quòd præsentunt gubernationi vniuersalis ecclesiæ, vt per Bar. in l. i. §. si quis in appellatione. ff. de appel. Eodem respectu Archidiaconus maior est Archipresbytero propter maiorem administrationē, vt di. glo. in cap. deliberatione. in ver. electionis. de offi. legat. lib. vj. Et idem dico in similibus exemplis maioris & minoris nobilitatis respectu nobilium ex inferiori genere, vt secundum prædictas considerationes vnus præferatur alteri tanquam magis qualificatus, per istam regulam in hac sexta parte, dū dicit ibi, Inter omnes & singulos supra-scriptos

scriptos magis qualificati, &c. Et si in reputatione inter prædictos esset differentia, vt quia Veneti alicubi plus & minus reputarentur nobiles quam alij: tunc attenderẽ reputationem loci vel regionis vbi sitũ est beneficiũ ad quod cõcurritur per supradicta. Facit etiam bonus tex. & quod ibi plenè notat Bart. in l. Labeo. ff. de supel. leg. & in c. ex literis. i. de spõs. Vbi si † verba sunt ambigua, intelliguntur secundũ 18 communem intelligentiam illius loci vbi prolata sunt. Ad idem melior tex. in l. precia rerum. ff. ad. l. falc. vbi dicitur quòd ex loco & tempore rerũ precia variantur. nec enim tantundẽ Romæ & in Hispania oleum æstimatur. Vnde à simili illi qui habentur pro multum nobilibus in aliquo loco, extra illum tanti non habentur: & ideo in hac diuersitate debet attendi reputatio illius loci & regionis vbi situm est beneficium, vt supra.

Dixi iam in hac prima cõclusionẽ quãdo nobilis de genere Ducũ cõcurrit cũ nobili de genere Marchionũ vel Comitum, quis eorũ alteri præferatur. Nũc dicẽdũ est quãdo nobiles de genere Ducũ cõcurrũt inter se: & de genere Marchionũ inter se, & similiter de genere Comitũ inter se. Circa quã facio secundã cõclusionẽ, † q̄ si filij Ducũ cõcurrunt 19 inter se, magis qualificatus vel magis graduatus præfertur alteri nõ ita qualificato vel non ita graduato. Ex qua cõclusionẽ sequũtur infra scriptę illationes.

Prima est, quòd descendens de genere Ducum & Marchionum præfertur alteri descendenti de genere Ducũ ac Comitũ, tãquam magis qualificatus. Quod sic probatur, quia † quando cõcurrunt duo 20



priuilegiati dispari priuilegio, tunc priuilegiū potentius præponitur. l. verum. §. si. cum l. seq. ff. de mino. & in l. si. §. si. ff. ex quibus cau. ma. plenè ponit Bar. in authen. quas actiones, C. de sac. san. eccl. refert & seq. Panor. in c. in præsentia: de probat. Sed sic est quòd priuilegium primi est potentius, quia est compositum ex altero de duobus simplicibus, potentiori quàm sit alterum de duobus simplicibus secundi, cum communiter Marchiones sint digniores comitibus. Ergo primus dicitur magis qualificatus secundo, per istam literam.

- 21 Præterea † quādo aliqua cōiunguntur diuersa inter se cum suis diuersis qualitatibus permistim, tunc referenda sunt singula singulis, vt prob. tex. iunc. glo. not. in c. si quis pecunia. in ver. laicis. lxxix. di. Vnde in proposito referendo qualitates singulas singulis, licet prædicti in genere ducum sint æquales, & ideo vnus aduersus alterum isto respectu non utatur aliquo priuilegio, concassatis tamen priuilegiis paribus, iuxta l. asiduis. C. qui poti. in pig. hab. debent vt iure communi, vt ibi. Constat autem quòd de iure communi est disparitas inter eos respectu aliarum qualitarum: quia Marchio maior est comite. Regulariter igitur primus reperitur magis qualificatus quàm secundus, consequenter est illi præferendus.

- Secunda illatio, quòd si vnus est filius Comitis, alter nepos alterius comitis: primus præfertur secundo: quia † dicitur magis nobilis, ex quo magis proximus stipiti à quo causatur nobilitas. Et hoc tenet dominus de Sotto, & bene, arg. §. aliā. cū glo. insti. de

de bo. pos. quæ dicit quòd † digniores altiori loco 23  
 sedere debent. Dicitur autem altior, qui est proxi-  
 mior domino. Poterat allegare ad hoc bonum tex.  
 in l. vnica, C. de præpos. labor. ibi, Immunitate di-  
 gni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. Fa-  
 cit etiam quod in simili dicunt Io. An. & Domi. in  
 c. si. de off. leg. lib. vi. vbi inter signa maioritatis re-  
 spectu inferiorũ dignitatum in ecclesia, dicunt potis-  
 simam esse † sedere immediatè post episcopũ. Hinc 24  
 dicit Bal. in l. decernimus. in iij. no. C. de sacrosan.  
 eccl. quòd primogenitus regis sedet à dextris re-  
 gis, ex quo datur intelligi quòd cæteris est honora-  
 tior, per glo. ibi. quæ dicit, quòd ille qui sedet à ma-  
 nu dextra superioris, dicitur magis honorari seden-  
 te ad sinistra. Et ista videntur in vsu quotidiano. Per  
 hæc potest dici quòd inter familiares Papæ ille di-  
 catur dignior cæteris paribus, qui magis est propin-  
 quus ad latus Papæ. Et ideo † cubicularij secreti iu- 25  
 dicandi sunt digniores aliis cubiculariis, per tex. in d.  
 l. vnica. ibi, nostri lateris comitatus illustrat. Hæc ea-  
 dẽ dico procedere in aliis qualificatis inferioribus  
 respectu aliorũ cõsimilis qualitatis, vt magis quali-  
 ficati præferantur minùs qualificatis. Ex quo nascitur  
 Tertia illatio, quòd si vnus est nobilis † ex vtroque 26  
 parente, præfertur alteri nobili ex altero tantũ, arg.  
 c. i. de treug. & pa. & in authen. post fratres. C. de  
 legit. hæc. Faciunt quæ latius deduxi supra in tertia  
 parte regulæ. vers. sed quid si aliquis.

Quarta & vltima illatio respectu huius secundæ  
 conclusionis est, quòd inter nobiles ex eodem ge-  
 nere nobilium circumscripta communi reputatio-





- 27 ne (de qua superius dixi) dicerem de  $\dagger$  iure illum dici magis nobilem, qui esset nobilis in loco nobiliori: quia habens dignitatē in loco nobiliori, praefertur alteri, licet sit eiusdem nominis, vt per Inno.
- 28 in c. fraternitatem. in fi. de dona. Vbi dicit  $\dagger$  quod dignior est canonicus ecclesiae cathedralis, quam canonicus alterius ecclesiae, licet in redditibus sint aequales. quod refert & seq. do. Feli. in rub. de ma. &
- 29 obe. Et ex hoc posset argui quod  $\dagger$  episcopus ciuitatis nobilioris esset dignior episcopo minoris ciuitatis. Quod vltimum non affirmo, propter tex. directē in contrarium in c. legimus. cum gl. in ver. eiusdem meriti. xcij. dist. Puto tamen quod illatio sit vera, quia communiter sic seruatur quo ad nobiles, igitur, &c.

Tertia principalis conclusio quod officiales sedis apostolicae (de quibus in secunda parte) concurrentes inter se, siue sint eiusdem qualificationis, vt referendarius cum referendario: siue diuersae, vt referendarius vel protonotarius de participantibus cum Auditore Rotae, & similiter alij ibidem nominati, si concurrant adinuicem, magis qualificati debent praeferi minus qualificatis per istam literam in sexta parte, ibi, Et similiter inter omnes & singulos supra scriptos magis qualificati, &c. Quae verba intelliguntur siue concurrant inter se qualificati eadem qualificatione, siue diuersa, vt superius exemplificaui. Sed istam maioritatem qualitatis non intelligo simpliciter ex ordine nominationis, vt primo nominati hoc ipso intelligantur digniores sequentibus & magis qualificati, prout saepius circa istam regu-



regulam in superioribus dixi, arg. l. nec enim ordo. ff. de sol. & gl. in c. i. de iur. cal. lib. vi. cum aliis de quibus supra: quia si id voluisset ita debere intelligi, expressisset. arg. c. ad audientiam. cum vulga. Consequenter hanc considerationem reliquit in dispositione priuilegiorum concessorum collegiis ipsorum officialium, quorum tenores sunt inspiciendi, & iuxta illos iudicandum. c. porrò. & c. recepimus. de priuileg. & de fid. instru. c. accepimus, & c. quoniam facti quæstio est illis non visis: nec eorū tenoribus potest dari certa doctrina, iux. tex. C. de transac. l. xv. f. Vt responsum congruum accipere possis, inferre pacti exemplum.

Verum quia (vt audiui) singula collegia prædictorum officialium habent priuilegia vberissima, & eiusdem penè tenoris, videlicet quòd omnibus præferantur, exceptis personis dominorum cardinaliū & familiarium Papæ descriptorum cū clausulis derogatoriis: & ideo in hac varietate dicerē illos officiales reputari magis qualificados & cæteris præferendos, qui essent vtiliores reipublicæ, & magis laborarēt pro communi vtilitate, arg. l. ij. C. de off. magi. offic. ad quòd facit text. optimus in auth. de referen. in prin. col. ij. vbi dicit imperator quòd omnibus opportunè prouidendum est, sed tantò magis iis qui nobis vtiliores constituti sunt. Hanc autem rationem conicio ex mente Papæ, quæ colligitur ex proæ. vt in prin. dixi. videlicet in recompensationem laborum quos prædicti sustinēt circa Papam & sedem apostolicā, prout innuunt illa verba in præfatione regulæ posita. f. Iuxta personarum

conditiones & merita. Certum est autem quòd ille qui magis laborat, magis meretur. d. l. nemo. C. de officio. mag. offic. ibi, is gradus ceteros antecellat, què prolixior labor fecerit anteire. Et ideo iuxta laborem constituenda est operario merces. Nec obstat quòd in Euangelio legitur de operariis nouissima hora venientibus, qui pares facti fuerunt illis qui venerant summo mane, & sustinuerant pondus diei & æstus. Quia dico † quòd illud mysticè & in figura dictum est de populo Iudaico & Gentili, ad denotandum mysterium fidei: vnde non est trahendum necessariò in exemplum. c. ex parte. de cõuers. coniug. c. gaudemus. de diuor. & in c. nos si incompetentes. ver. Balaam. ij. q. vij.

Ex quibus infero † quòd Auditores Rotæ, qui laborant plus omnibus aliis in ministranda iustitia toti mundo, tanquam magis qualificati debèt præferri aliis quibuscunque, exceptis personis Cardinalium & familiarium Papæ descriptorum, & fortè etiam nobilium, qui ponuntur in prima parte regulæ, non obstante diligentia processus, receptione, vel creatione in Canonicos, & hoc in recompensationem laborum, quos pro vtilitate Reipublicæ continuò patiuntur, non obstantibus priuilegiis aliorum officialium cum quibusuis clausulis derogatoriis, per quæ non intelliguntur reuocata priuilegia auditorum concessa in remunerationem laborum excedentium labores aliorum, per ea quæ singulariter & multum egregiè scripsit Ludo. Ro. circa priuilegia auditorum, in consi. ccccxxxvj. incip. Quod indultum Petri, &c. per totum. vbi allegat

gat nouem rationes, vt per eum. Post auditores in aliis officialibus idem dicerem, vt vtiliores & magis laborantes circa Rempubicam & sedem apostolicam, tanquam magis qualificati cæteris, præferantur eadem ratione. Inter se autem si concurrunt qualificati eadem qualificatione, puta auditor cum auditore, aut referendarius cum referendario, tunc conquassatis priuilegijs hincinde ratione communis officij prouenientibus, iux. l. verum. §. fina. ff. de mino. & l. assiduis. C. qui poti. in pig. hab. debet attendi aliæ qualitates, vt alter alteri præferatur, scilicet magis graduatus minus graduato, & inter æqualiter graduatos prius graduati, vt vult regula in hac parte sexta. Pondero ista verba vltima in quibus dicitur, Quòd inter æquales graduatos præferatur ille qui est prius graduatus. Nam sic innuit à contrario, quòd inter non æqualiter graduatos nõ attenditur prioritas graduationis, sed maioritas gradus. Itaque doctor in vtroque iure præfertur doctori in altero iurium etiam prius graduato. Ad quod fa. bo. glo. in c. Isidorus. xvj. di. dicens quòd non atteditur prioritas temporis, sed maioritas authoritatis, per quam glo. di. Domi. in c. Episcopus. xvij. dist. quòd si vnus Canonicus est maior altero scientia, vel nobilitate vitæ, præcedet alium etiam prius receptum. Ergo eadem ratione doctor magis graduatus debet præcedere minus graduatũ, quanuis ille minus graduatus fuerit prius graduatus. Cæteris autem paribus debent attendi ea quæ ponuntur in octaua parte regulæ, quam nunc expedio: videlicet vt præsentis in curia, qui eam per sex men-



ses ante vacationem beneficiorum sequuti fuerint, absentibus ab eadem etiam graduatis extra studiū generale pariformiter praerferantur: & sic praesentes in curia praerferuntur absentibus, propter labores quos sustinent curiales, & varias æumnas. Ad quod bene facit dictum Bal. in rubr. de offi. procō. vbi dicit quòd dignior est Cardinalis, qui est praesens in curia, quàm qui est extra curiam, arg. l. i. C. de præpos. labo. lib. xij.

Hinc est quòd quando Cardinalis est absens, nō gaudet prærogatiua regulæ super præstando cōsensu in beneficiis quæ impetrantur per obitum suorum familiarium: quāuis etiam tunc requiratur expressio nominis & tituli ipsius Cardinalis, quasi illud sit datum pro forma in impetratione, ex quo regula habet decretum irritans, iux. doctri. Bal. in l. i. ff. de lib. & post. & ideo nullo pacto omitti potest. c. dilecto. & ibi do. Ant. Imo. & Abb. de præbend. Bar. in l. de his. ff. de transac. & ita teneo, licet aliqui contrā.

Quando autem concurrunt praesentes inter se, vel absentes inter se: tunc non beneficiati beneficia obtinentibus praerferuntur: quod est summè æquum, & iuri cōsonum, vt patet in c. cum adeo. & c. postulasti. de rescript. & in c. cum secundum. de præbend. cum similibus.

Et est sciendum quòd omnia quæ in hac parte octaua dicuntur, debent intelligi cæteris paribus, vt dicit litera. Quæ verba iudicio meo hoc importāt, vt si qualificati eadem qualificatione, puta duo filij Ducū concurrant inter se, vel duo nobiles ex inferiori

riori nobilium genere inter se: aut duo graduati in studio vniuersali, qui sint pares in gradu & in tempore graduationis inter se, & sic omnia sint paria quo ad qualitates & gradus, & etiam paritatē datæ: tunc præmissis existētibus paribus, præsentēs præferuntur absentibus, & inter præsentēs non beneficiati beneficiatis. Similiter inter absentes adinuicem cōcurrentes non beneficiati beneficiatis, etiā diligentioribus in processu, vel receptis aut creatis in canonicos, vt denotat illud verbum, Pariformiter, quod est repetitiuū qualitarum in secunda parte regulæ positarum, iux. glo. in c. cupientes. §. insuper. de elec. lib. vj. Constat autem quòd nominati in secunda parte regulæ tollunt aliis inferioribus diligētiam processus, receptionem, & creationem in canonicum. Et similiter nominati in sequētibus cellulis tollūt posterius nominatis, vt denotāt verba repetitiua, similiter, pariformiter, posita in fine cuiuslibet cellulæ. Vnde cum verbum, pariformiter, de quo in ista parte, importet in præcedentibus cellulis, vt tollatur diligentia processus & aliæ prerogatiuæ iuris communis: ergo sequitur quòd idem debet importare quo ad hic nominatos, per illud vulgare, quòd præcedentia declarant sequentia. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de leg. i. a. aliàs vnum & idem verbum diuersimodam haberet significationem, quod videtur absurdum, maximè quando apponitur in eadem dispositione & eadem lege. argu. l. iij. §. filius. ff. de libe. & posthu. vbi probatur quòd clausula posita inter plura capitula, siue ponatur ante omnia, siue post omnia,

refertur ad omnia. Multo fortius quando repetitur in fine cuiuslibet capituli, debet idem significare, & eundem effectum importare: ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. l. eum qui ædes. ff. de vsuc. c. cognouimus. xij. q. ij.

Et hunc intellectum puto esse verissimum, licet contrarium dicat dominus de Sotto, & minus bene, iudicio meo. Non obstat sua ratio, dum arguit ab absurdo dicens, Si familiaris Papæ post assumptionem ad familiaritatem veniens, non tollit diligentiam processus graduato extra vniuersitatem, sed inter eos simul concurrentes debet seruari ius commune, vt vult ista regula in quinta parte, quanto minus solummodo præsens in curia non familiaris Papæ, sed aliàs fortè stabularius vnius curialis, non debet posse tollere tali graduato diligentiam processus? Sed salua pace, quia si est stabularius, iam non est ita qualificatus sicut alius: & sic cætera non sunt paria, vt vult regula in ista parte, perdit enim prærogatiuam sui gradus, licet aliàs sit graduatus, ex quo exercet officium ita vile, argum. tex. in c. fi. de vit. & honesta. cler. iunc. clemen. prima, eodem titu. Et ideo vt euitetur absurdum quod ipse adducit, oportet intelligere quòd præsens in curia ita demum tollat diligentiam processus absenti, quãdo ambo sunt graduati, vel aliàs habent pares qualitates: tunc cæteris existentibus paribus præsens tollit diligentiam processus absenti.

Et hoc apertissimè declarauit modernus pontifex Iulius ij. dum in sua regula prærogatiuarum noluit quemcunque præsentem in curia debere præferri



ferri absenti graduato, etiam extra vniuersitatē: sed ita demum, si præsentes in curia ad minus in artibus magistri, vel in aliqua alia facultate baccalarij, seu de nobili genere procreati extiterint.

Ista sunt verba formalia modernæ regulæ, quæ cum mysterio fuerunt apposita ad declarandam mentem aliorum Pontificū præcedentium. Et fuit optimè factum, vt vnde ius prodiit, interpretatio quoque procedat. c. inter alia. de sentē. ex com. Lex enim debet esse clara. c. erit autem. iij. distin.

Hæc quo ad tertiam cōclusionem principalem dicta sufficiant. Alias tres conclusiones, & sic sunt sex, posui supra circa tertiam partē regulæ, in ver. concludo ergo & ex præmissis, & c.

## SVMMARIVM.

- 1 *An nobilis ex inferiore nobilium genere, præferatur theologo, vel doctori iurium.*
- 2 *Naturalis qualitas inspicitur, & accidentali præfertur.*
- 3 *Magis est meum, quod per meam virtutem acquirō, quàm illud quod per antecessores habeo.*
- 4 *Vniuersalis ecclesia, viris indiget literatis.*
- 5 *Consuetudo de nō recipiendo quempiam in Canonicum, nisi nobilem, non valet.*
- 6 *Nobilis moribus, præfertur nobili ex genere tantum.*
- 7 *Verbum, sublimes, respicit magnos nobiles, non inferiores.*



1 **V**nde facio septimam cōclusionem. Sed quia est disputabilis ad vtrāque partem, pono eam per modum dubij, videlicet, † Vtrum si nobilis ex inferiore nobilium genere nō graduatus concurrat cum magistro in theologia, vel graduato in vtroque vel altero iurium in studio generali, qui non sit nobilis ex genere, quis horum praerferatur? Et certè (vt prædixi) dubium est disputabile: quia omnes prædicti ponuntur in eadem cellula: vnde videndum est quis eorum de iure censeatur dignior, & magis qualificatus.

Et primò pro nobilibus facit argumentū ab ordine literæ. Nā in ista reg. & in c. de multa. ad fi. de præben. præmittuntur nobiles.

2 Secundò, ad idem facit ratio: quia quādo † concurrat qualitas naturalis & accidētalis, inspicitur & præfertur naturalis. l. qui habet. ff. de tutel. Sed nobilitas potest dici qualitas naturalis, sciētia verò accidētalis, iux. gl. in c. si fortè. de elec. li. vj. igitur, &c.

3 Sed pro graduatis fa. glo. elegās in l. si quid in bello. in ver. erat. ff. de capt. & postl. re. quæ dicit q̄ † magis est meum quod per meam virtutem & probitatem acquirō, quàm illud quod per antecessores habeo. Et Phalaris in quadam sua epistola sic inquit, Ego solam virtutem nobilitatem scio, cætera omnia fortunam. Fieri enim posset, vt ex ignobilibus parentibus quis efficiatur clarus, & ex claris ignobilis. Pro hac parte facit tex. in c. cum ex eo. de elec. libr. vj. vbi dicitur † quòd vniuersalis ecclesia viris literatis permaximè noscitur indigere, similiter

liter dicit text. in c. venerabilis. de præbend. quòd vix ad culmina dignitatum, nedum ad præbendas viri eminentis scientiæ valent reperiri. Et ibi etiam reprobatur † consuetudo vel statutum disponens quem non admitti in canonicum alicuius ecclesiæ, nisi sit nobilis. Et ita illum textum notat ad hoc Roman. consil. cccxxvij. incipien. Istæ sunt rationes.

Tandem pro veritate inclinarem in istam partem per elegans dictum Cy. qui videtur decidere hanc quæstionem in l. providendum. C. de postu. ubi dicit † quòd nobilis moribus & sciētia, præferendus est nobili ex genere tantum: quia ille nobilitatē exquirat à se, alius verò pollet nobilitate suorum. Sed si quis esset nobilis moribus & genere, tunc est præferendus ei qui nobilis est moribus tantum, quia duplex decus fulget in eo, & suum proprium, & suorum. Hoc dictum Cy. refert & seq. Panor. in c. j. de dona. allegando pro eo bonum tex. in c. nunquam. de vitiis. lvj. dist.

Et tenendo hanc partem posset responderi ad c. de multa. supra pro nobilibus inductum, videlicet quòd loquitur de magnis nobilibus, de quibus in principio huius regulæ. Et hoc denotat illud † verbum, Sublimes personas, quod propriè respicit magnos nobiles, non inferiores.

Sed hanc conclusionem limito, vt non procedat quando nobilis non graduatus esset præsens in curia, quia tunc præfertur absenti graduato extra universitatē, vt vult regula Iulij, dū dicit, Seu de nobili genere præcreati extiterit, sed nō præfertur graduato



in studio generali per vniuersitatem: nec tollit illi diligentiam processus, vel receptionem in canonicum, aut creationem: quia regula in ista parte octaua (quæ vult præsentē præferri debere absenti, non obstante diligentia processus, secundum intellectū quē superius tenui) loquitur quando absens est graduatus extra vniuersitatem. Secus ergo quando in vniuersitate, arguendo à contrario sensu, quod argumentum est validissimum in iure. l. i. §. huius rei. ff. de officio eius. cum vulgaribus.

## SUMMARIUM.

- 1 *Habens plures gradus, quorum per se nullus sufficit ad alium præcedendum, nō præcedit illum virtute omnium ipsorum.*
- 2 *Duæ probationes singulariter de se imperfectæ, non inducunt plenam probationem, vt vincatur vna de se plena & perfectæ.*
- 3 *Regula exorbitans non est extendenda extra suos terminos, in quibus præcisè loquitur.*
- 4 *Per curam & consilia Cardinalium Respublica Christiana regitur & expeditur.*



**O**ctaua conclusio. Quòd si quis habet omnes istos gradus, videlicet quòd sit baccalarius formatus in theologia, & licètiatus in iure ciuili cum rigore examinis, item magister in artibus, talis non præfer-  
tur

tur decretorum doctore, & multo minus in utroque iure graduato in studio generali: quia ꝑ habēs 1  
 plures gradus (quorū nullus per se sufficit ad præcedendum alium) non præcedit illum virtute omnium ipsorum, vt eleganter prob. Roman. consil. cccxxij. incip. Quo ad primum. per l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tuto. qui est optimus text. per quem dicit Egidius conclus. ccccc. incip. Quòd duo. ꝑ duas probationes singulariter de per 2  
 se imperfectas non inducere plenam probationē, vt vincatur vna de se plena & perfecta. Vnde cum singuli prædictorum graduum non sufficiant de per se contra doctorem decretorum, vt innuit ista regula coniungendo tertiam & quartam cellulam, prout in eis dixi: igitur nec omnes simul iuncti debent sufficere cōtra talem doctorem & graduatū.

Nona. Si concurrat familiaris Papæ cum vno de duodecim familiaribus singulorum Cardinalium, & ambo sint pares in data & fulminatione processus, ac in cæteris æquales, præfertur familiaris Papæ per istam regulam in septima parte. Quam intelligo de familiaribus Papæ, etiam post eius assumptionem in familiaritate receptis, ex quo regula generaliter & indistinctè loquitur c. si Romanorum. xix. distin. & in l. i. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Et pondero quia non dicitur in hac parte, Pariformiter præferantur, sed cæteris paribus præferantur. Per quod datur intelligi quòd huiusmodi familiares Papæ non præferuntur prædictis duodecim familiaribus Cardinalium diligentioribus in processu, vel receptis, aut creatis in canoni-

cos. Quod suadet ratio, vt quanto minus fieri potest, laedatur ius commune per istam regulam, quæ est † exorbitans, & non extēdenda extra suos terminos, in quibus præcisè loquitur. c. j. de fil. presbytero. lib. vj. quod enim nō mutatur, & c. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appella.

Decima & vltima conclusio : Familiars commensales Papæ descripti in cancellaria apostolica, omnibus in hac regula enumeratis præferuntur, exceptis pauperibus expectantibus (vt in superioribus dixi) & etiam personis dominorum cardinalium, per † quorum curam & consilia Respub. Christiana regitur & expeditur, vt dicit Oldr. consi. cexj. incipien. Ad propositum. Verum quia instat principium studij, & vrgent lectiones ordinaria, receptui canam. Laus Deo, & beatæ virgini, ac diuo Hieronymo conterraneo meo. Amen.

Explicit tractatus super Literis Gratia.



391

DEIVSDEM IOANNIS STA-  
PHYLAEI TRACTATVS, DE  
signatura Iustitiæ & rescriptis apo-  
stolicis in forma breuis.

SVMMARIVM.

- 1 *Literæ de iustitia sunt aut commissiones, aut breuia, aut rescripta.*
- 2 *Sub appellatione rescriptorum omnes literæ de iustitia comprehenduntur.*
- 3 *Literæ de iustitia fiunt, & expediuntur per diuersos super diuersis materiis & vario stilo.*
- 4 *Commissiones conceduntur per papam in publico consistorio.*
- 5 *Papa committit signaturam Cardinali, quo ad commissiones quas signat, ad maiorem partem referendariorum.*
- 6 *Auditores Rotæ habent iurisdictionem delegatam in diffiniendo.*
- 7 *In curia Romana nullus habet iurisdictionem nisi Papa.*
- 8 *Vt quis dicatur habere iurisdictionem ordinariã, oportet quod respectu territorij habeat administrationem.*
- 9 *Pronuntiationi papæ standum est.*
- 10 *Commissiones conceduntur per solam signaturã, & non registrantur*

11 *Falsitas in literis de iustitia non praesumitur, sicut in literis de gratia.*

*In re modica non praesumitur, quod dolose agatur.*

12 *Sumptum de registro supplicationum signatarum, non facit fidem in iudicio.*



1 B S O L V T O tractatu Literarum Gratia, dicendum est de Literis Iustitia, quarum summa diuisio haec est, † Quia aut sunt commissiones, aut breuia, aut rescripta: licet haec omnia largè

2 sumpto vocabulo sub † appellatione rescriptorum comprehendantur: quia ius & iustitia concernunt, l. falso. C. de diuer. rescr. ibi, ad ius rescribuntur & in c. causam qua. de rescr. Proprie tamen & strictè  
3 inter se differunt: quia fiunt & expediuntur † per diuersos super diuersis materiis sub diuersa forma & vario stilo, ideo diuersis nominibus nuncupantur, iux. l. si idē. C. de codicil. & quod not. Abb. Panor. in c. quoniam contra falsam. in notab. de probat.

4 Commisiones nanque † conceduntur aliquando per papam in consistorio publico, & proponuntur per aduocatos consistoriales, vt omnes palam & publice videant summum Pontificem facere iustitiam cum aequitate. c. i. de offic. delega. iuncto cap. forus. de verb. signifi. Sed vt plurimum propter multiplices occupationes † committit istam signaturam alicui cardinali, qui videt commissiones cum referendariis, & signat ad maiorem partem ipsorum, vel committit alicui episcopo ad partem, vt  
patet

patet per experientiam, & ponit gloss. in regu. xxv. Prædictarum commissionum subiecta materia sunt causæ inceptæ vel incipiendæ in Romana curia: & diriguntur auditoribus Rotæ pro maiori parte. Et ¶ 6 ideo dicuntur habere iurisdictionem delegatam in diffiniendo, vt dicit glo. in clemen. auditor. de re- scrip. & ponit Spec. in tit. iij. §. i. post principium. Diriguntur etiam Episcopis & aliis prælatis in Ro- mana curia commorantibus, † quia ibi nullus ha- 7 bet ordinariam iurisdictionē, nisi Papa, vt not. Archid. in c. experientia. xj. q. i. Facit quod legitur & notatur in clemen. ne Romani. de electio. licet ali- qui dicant auditorem Camerae & auditorem con- tradictarum habere ordinariam. Ista tamen consi- stunt plus in facto quàm in iure, vt dicit Cardina. in d. clemen. auditor. subiiciens quòd si aliud non ap- pareat in dubio, vera est opinio Archid. quòd om- nes habent delegatam, quia † non habent certam 8 administrationem respectu territorij, quod requi- ritur ad hoc vt quis dicatur habere ordinariam, iux. not. in c. cum cōtingat. de for. competen. sed depu- tantur personis, argu. c. penul. de in integ. restitu. Et ita pronunciauit Bonifacius Papa, vt refert Ioan. And. in loco superius allegato. † Cui pronunciatio- 9 ni standum est. c. in causis. de re iudic. Omnes ergo in Romana curia existentes iudicant aut ex gene- rali delegatione Papæ, vt dicit Specu. in titul. i. §. i. in versicu. sed nunquid. in fi. aut ex specialibus & particularibus commissionibus, de quibus modo loquimur.

Conceduntur autem huiusmodi commissiones † 10



- per solam & simplicem signaturam absque alia expeditione bullarum, & secundum ipsarum tenores & formas iudices iudicant, vt vult regula xxv. Facit quod not. gloss. in c. institutionis. xxv. quæst. ij. & per docto. in proœmio sexti. Nec registrantur prout supplicationes: † quia cum illæ contineant iustitiam, istæ verò gratiam: non præsumitur ita falsitas in illis, sicut in istis. c. penultim. de crimi. falsi. sicut non præsumitur quòd in re modica dolosè agatur. l. si oleum. §. si. cum l. seq. ff. de dolo. fa. c. ex literis. de fid. instru. Et ex his colligitur causa quare † sumptum de registro supplicationum signatarū, non facit fidem in iudicio, vt dicūt domini de Rota decis. dcxxj. incip. Nota sumptum. in antiquis. Sed in commissiõibus aliud seruat, vt patet ex præmissis.

## S V M M A R I V M.

- 1 De variis modis signature in commissiõibus.
- 2 Plura sunt negocia, quàm vocabula.
- 3 An omnia petita in commissiõne intelligantur concessa, si non sunt cancellata.
- 4 Ad procedendum summarie specialis requiritur commissiõ.
- 5 Sub verbo summarie, veniunt verba de plano, sine strepitu & figura iudicij.
- 6 Vicecancellarius, in potestate cum papa olim concurrebat.
- 7 Eius est interpretari, cuius est condere.
- 8 Vicecancellarius per se vel suum regentem de mada-

*mandato papæ commissiones signat.*

9 *Non præcedente petitione, certa non potest ferri sententia.*

DE SIGNATVRA LITERA-  
rum Iustitiæ.

**D**icendum est modo † de stilo & forma 1  
signaturæ, quæ fit variis modis in huius  
modi commissionibus secundum varie-  
tatem & diuersitatem casuum & mate-  
riarum occurrētium. Et est mare magnum & cam-  
pus latissimus ad currendum. Et quia complecti om-  
nia esset nimis arduum, & mihi difficile, † cum 2  
plura sint negocia quàm vocabula. l. iij. ff. de præ-  
script. (semper enim natura nouas cupit edere for-  
mas, vt dicit text. in l. ij. §. sed quia. C. de vet. iu.  
enuclea.) ideo ex multis penè infinitis aliquas for-  
mas & nõnulla exempla subiiciam. Sed prius præ-  
mittendum est vnum generale, videlicet, † Quòd 3  
licet omnia petita in commissione intelligantur  
concessa, si non sunt cancellata (vt di. Rota decis.  
ccclxxvij. incipien. Nota quòd si petatur. in anti-  
quis. & lxxvij. in nouis. per cap. olim. de rescript.)  
sunt tamen quædam quæ debent specialiter & ex-  
pressè concedi in signatura, vtputa si in commis-  
sione petitur quòd procedatur in causa simpliciter  
& de plano sola facti veritate inspecta, &c. Licet  
prædicta verba non sint cancellata, nec aliquod  
eorum, si signatura tantùm habeat, audiat talis, &  
iustitiam faciat: auditor vigore talis commissionis

non potest procedere summarie, &c. prout fuit petitum: quia hoc non videtur commissum, imò neglectum. Si enim Papa voluisset hoc, expressisset. c. ad audientiam. de decimis. Ita formaliter dicit Rota decis. cccclxxxix. incipien. Nota quòd si in commissione. in antiquis. Præterea requiritur † expressio & specialis commissio de mandato Papæ ad procedendum summarie, vt est tex. in cle. sæpe. de verb. signi. in princ. ibi, committimus, & procedi mandamus, &c. Et ideo ad hoc vt intelligatur concessus summarius processus, debet signatura dicere, Audiat talis, & procedat summarie, &c. quia tunc sub illo verbo, &c. † veniunt omnia alia in commissione non cancellata, videlicet de plano, sine strepitu & figura iudicij, quæ tamen sunt diuersa, & vnum sine alio sæpe ponitur & committitur, vt notat Ioan. And. in d. clemen. sæpe. & ita attestantur domini de Rota in decis. præallega. & alia in nouis. cccclvij. incipien. Si commissione, &c. Idem ponunt in antiquis decisio. dclxxxvij. incipien. sciendum est. vbi dicunt quòd ita declarauit semel vicecancellarius. Et loquitur secundum illa tempora, quando vicecancellarius poterat de mero iure declarare dubia iuris: † nam concurrebat cum Papa in potestate, vt ponit Cardi. in clemen. Romani. de electio. Hodie habet potestatem restrictam & limitatam per certas regulas, & benè, vt sit vnum caput & non plura in vno corpore, tanquam monstrum. c. in apibus. vij. q. i. iunc. c. quoniam in plerisque. de offi. ordi. Et ideo quâdo occurrit aliquod dubium iuris, vt in casu præmisso, recurritur ad Papam



pam pro declaratione, † quia eius est interpretari, 7  
cuius est condere. c. inter alia. de senten. excom.

Pro commissiõibus † autem simplicibus recur- 8  
ritur ad vicecancellarium, qui per se vel per suum  
regentem cancellariæ signat, De mandato domini  
nostri Papæ, &c. Redeundo ad propositum, quan-  
do signatura dicit quòd procedatur summarie, &c.  
qui termini sunt seruãdi in beneficialibus vel pro-  
phanis: Item quando dicit quòd procedatur sola  
facti veritate inspecta, vel terminis non seruatis:  
Item quando conceditur vtrũque copulatiuè, quo-  
modo & qualiter sit procedendum, declarat magi-  
straliter decis. Rot. xxxij. incipiens, quando com-  
mittitur. in nouis.

Vnum non omitto pro complemento huiusmo-  
di signaturæ, quòd vbi petitur summarie procedi in  
causa magna, & datur quòd summarie, tunc solet  
addi quòd articuli sint loco libelli. Nam aliàs † nõ 9  
præcedente petitione non posset ferri certa sen-  
tentia prout requiritur. §. curare. instit. de act. & l.  
hæc sententia. C. de senten. quæ sine cer. quant. Et  
ideo tali casu articuli duplici funguntur officio: te-  
nent enim locũ petitionis, & locũ facti probandi,  
secundũ Oldr. in q. ccxxij. & ponit additio ad Ro-  
tam in decis. xxxij. in nouis.

## S Y M M A R I V M .

- 1 *Si petatur posse experiri literis non cõfectis, quo-  
modo signatura extendatur.*
- 2 *Gratia apostolica ante literarum cõfectionem*

- dicitur res informis & imperfecta.
- 3 Gratia dicitur perfecta quando in mundum reducitur.
  - 4 Literæ dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ.
  - 5 Ex sola impetratione commissionis, non dicitur reus vexari.
  - 6 Vexatio & molestatio incipit à citatione.
  - 7 Fatigatio ponderatur quo ad expensarum restitutionem.
  - 8 Cautela, ut quis possit experiri literis non confectis ferè usque ad sententiam.
  - 9 Commissiones sunt communes auctori & reo.
  - 10 Ex literis non expeditis quare sit inuentum quòd non possit expediri.
  - 11 Sumptum bullarum de registro, facit fidem in iudicio.
  - 12 Litis pendencia inducitur de iure post citationem exequentam.
  - 13 Si auctor moritur post decretam citationem, habet locum regula de subrogandis.
  - 14 In privilegiis pendente lite impetratis fiat de ea lite mentio, aliàs sunt nullius utilitatis.
  - 15 Per solum decretum citationis inducitur litis pendencia quo ad præiudicium impetrantis.
  - 16 Non datur commissio literis non confectis super duobus beneficiis, nisi contra unum.



Is ita generaliter cognitis, deueniendum est ad particularia, quia (vt in superioribus dixi in simili proposito) tunc veriores efficiuntur sermones nostri, cum ad indiuidua descendimus, secundum Philosophum.

In primis igitur sciendum est quod † petens posse experiri literis non confectis, debet apponere in commissione istam clausulam, videlicet, Quas tamen intra terminum ad articulandum expedire paratus est. Alias debet istud addi in signatura. Quod fit propter regulam cancellariae, quae cassat commisiones fiendas super beneficiis concessis per gratiam apostolicam, de quibus non sunt literae apostolicae confectae, cassat etiam processus desuper habendos. Quae regula habet in se aequitatem, quia (vt supra dixi in alio proposito ex mente Rotae decis. dcxxi. in antiquis) sumptum de registro supplicationum signatarum non facit fidem in iudicio. Gratia † enim apostolica ante confirmationem literarum dicitur quaedam res informis & imperfecta, quae postea in confirmatione literarum formaliter politur, & ad suum esse perfectum per adiectionem clausularum necessarium reducit, vt di. formal. Rota decis. cccclvij. incip. Circa secundum. in nouis. Et ideo dicit Oldra. consi. ccxxvij. & Bald. in c. i. in ij. col. per quos fiat inuestitura. quod quaelibet † gratia Papae non dicitur perfecta, nisi reducat in mundum per confirmationem literarum, argu. l. contractus. C. de fid. instru. Curia tamen tenet † literas dici expeditas, quando sunt plumbatae. Ad quod bene fa. tex in c. licet. de



crimi. fal. & quod ponit Domi. ex mente Lap. in c. si cui. de præben. lib. vi.

Derogatur igitur prædictæ regulæ per talem signaturam modificatam, vt supra. Nam datur commissio literis non confectis, & valet dummodo in termino ad articulandum literas expediat, nec pro hoc fit præiudicium reo: † quia ex sola impetratione commissionis non dicitur vexari seu molestari, iux. gl. not. in clem. i. in ver. vexare. de rescrip. & prob. in c. cæterum. §. verum. cod. titu. in antiquis. vbi ille qui prohibetur impetrare iudicem sub pœna, si solummodo impetrat, non punitur, nisi sequatur vexatio. Et licet prædictum terminum ad articulandum præcedant tres alij termini, videlicet ad dicendum contra commissionem, item ad libellandum, libellarique videndum, item ad iurandum, iurarique videndum de calumnia & veritate dicenda (Ex quibus potest cõtingere † vexatio & molestatio rei quæ incipit à citatione, sec. Imol. in dicta clem. i. ad fin. & ponit dominus Felin. in c. ex tenore. in i. colum. de rescrip. facit quod notat Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. ha. & Bal. in l. i. C. de nundi.) Nihilominus toleratur talis signatura, quia potest esse quòd impetrans commissionem faciat citari reum, & quòd insuper seruet prædictos tres terminos: & tamen reus nullas expensas patietur, vt quia est præsens in curia, vel si sit absens fortè citatus non comparebit. Et sic non potest prætere aliquod interesse, cum nihil interim expèdat, facit bonus tex. in c. dispendia, de rescrip. lib. vi. Vbi ponderatur fatigatio † solùm quo ad expensarum refar-

refartionem, secundum Ioann. And. & Domin. ibi. ad idem text. in dicto cap. cæterum. §. verum. ubi ponderatur quòd ille coegit reum laborare. Et sic ponderatur fatigatio rei quo ad expensas. Quibus cessantibus cessat vexatio, fatigatio, & molestia, prout verba ipsa sonant. Pone enim quòd impetrans in termino ad articulandum non expediat literas, & quòd reus est præsens in curia, vel si est absens, non comparuit (vt dixi) certè non dicetur vexatus vel fatigatus in aliquo: nec potest prætere aliquod interesse etiam quo ad hoc vt suum beneficium non efficiatur litigiosum respectu regulæ de subrogandis: quia cautum est sibi per vnã clausulam quæ apponitur in tali commissione, vt inferius dicam.

Aduertendum tamen est, quia cauti procuratores solent per indirectum extorquere commissiones † vt possint experiri literis non confectis, & illas non expedire quasi ad vltimum ferè vsque ad sententiam exclusiue: formant enim commissione quo ad istum effectum sub hac forma, Constitutio- nibus & ordinationibus apostolicis regulisque cancellariæ apostolicæ sanctitatis vestræ, illa præsertim, qua inter cætera voluit, quòd causarum commissiones & inde sequuta literis apostolicis super concessis gratis non confectis nullius sint roboris vel momenti, cui specialiter & expressè placeat derogare, dummodo præfatus N. literas apostolicas super huiusmodi concessionis gratia expediri fecerit, antequam ipse terminum ad articulandum in huiusmodi causa obseruet. Stante ista commissione



& ea signata, faciunt citare reum, seruatóque termino ad dicendum contra commissiõem, nihil aliud curant facere, ad effectum, vt non cogantur expedire literas in termino ad articulandum, quem actor seruare non curat: & dato quòd reus citatus prosequatur litem, & instet in obseruatione terminorum, quod facere potest in vim cõmissiõis ob-  
 9 tentæ per actorem, quia † commissiões sunt cõmunes, ita quòd reus potest vti rescripto impetrato etiam cum clausula præiudiciali per actorem, & econuerso. c. i. & ij. de mut. petit. not. Innoc. in c. ex conquestione. de restit. spol. & domini de Rota decis. cccij. in ci. Si actor. in nouis. nihilominus non excluditur actor quin post terminum ad articulandum tentum & seruatum per reum, possit ipse literas expedire: & processus interim factus valet: quia commissio arctat illum ad expediendas literas circa terminum ad articulandum seruandum per ipsum actorem (vt supra in forma) & non curat de termino ad articulandum seruato vel seruando per reum, quia verba ita sonant, à quibus non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. ij. cum vulg.

10 Sed quanuis ista cautela seruetur à multis, nihilominus est contra mētem prædictæ regulæ, † quæ facta est ad obuiandum fraudibus impetrantium, qui habentes solam signaturam molestant possessores, vt laboribus & sumptibus fatigati compellantur vel componere, vel cedere iuri suo, vt in simili dicit tex. in c. si. de rescrip. & sic manifeste fit per hoc fraus legi & præfata regulæ: quia amplexantes verba illius faciunt contra eius mentem, & voluntatem



ratem statuentis, vt dicit tex. in l. non dubium. C. de legi. Aliàs inuenta eſſet via ad ſubuertendum prædictam regulam: & videretur impoſita verbis, & non rebus, vt dicit in ſimili tex. in c. commiſſa. de elec. lib. vi. Præterea huiuſmodi impetrationes & commiſſiones beneficiorum contra poſſeſſores ſæpius fiunt in fraudem & cum malitia, vt ſuperiùs dixi. Et ideo malitiis hominum non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vend. c. ſedes. de reſcrip. cū aliis communibus ad hoc.

Vtrum autem dicatur ſatiſfactum huiuſmodi ſignaturæ, ſi actor in termino ad articulandum, vel intra ipſum terminum producat ſumptum bullæ, & non ipſam bullam? Certè dicendum eſt quòd ſic, † quia ſumptum de regiſtro literarum apoſto-  
licarum bullatarum, facit fidem in iudicio. Et ita tenet & ſeruat curia Romana, prout atteſtatur Rota Decif. dcxxi. incipien. Nota ſumptum. in antiquis.

Inſuper in eadem commiſſione ſuper dicta materia apponitur alia clauſula, videlicet, quòd interim beneficium ipſum etiam quo ad effectū regulæ de ſubrogandis minimè cenſeatur litigioſum: aliàs non datur commiſſio literis non confectis poſſe experiri: niſi cum prædicta clauſula, Quòd beneficium interim nō ſit litigioſum etiam quo ad prædictam regulam. Et eſt notādum quod cum myſterio apponitur dictio implicatiua, etiā, ante verbum quo ad, &c. propter multiplices alios effectus rei litigioſe, prout de iure. & per glo. in c. i. de alien. iudi. muta. cauſa fac. & per doc. in c. ii. j. vt lit. pen. &

ideo potest possessor interim possessionem beneficij liberè in alium transferre, nec reuocabitur per modum attentati, quia cessat tunc vicium litigiosi, propter quod id aliàs fieri prohibetur, vt ponit dec. Rotæ lvi. in nouis.

12 Ita ergo clausula apponitur ad tollendas fraudes impetrantium beneficia per alios possessa, qui nullo vel non ita bono iure suffulti videntes possessorem beneficij valde senem, vel aliàs verisimiliter de proximo moriturum, introducunt litem super illius beneficio, vt gaudeant beneficio regulæ de subrogandis. Facit ad similem malitiam text. in c. fina. de renunci. lib. vi. Vnde prouidetur huic morbo per dictam clausulam, propter quam interim nõ intelligitur inducta litis pendentia, † licèt aliàs de iure inducatur post citationem exequatam, iuxta tex. & glo. in clemen. fina. vt lite penden. quam pro notabili allegat Abbas Panor. in c. gratum. de offi. deleg. Sed potest Romanus pontifex ex causa (quæ prædixi) per suam signaturam limitare in certo casu dispositionem iuris communis. arg. c. inter alia. de senten. excom. cum similibus.

13 Dico tamen quòd lis dicitur interim pēdere quo ad præiudicium actoris taliter impetrantis quo ad tria, de quibus in præsentiarum recolo. Et primò, † quia si ipse moreretur ante terminum ad articulandum, dummodo post decretam citationem contra reum possessorem, certè haberet locum regula de subrogandis in fauorem possessoris, argu. eorum quæ dicit Egidius conclusi. ccclxxx. quæ incipit. Si faciens committi. quòd faciens causam committi



mitti contra possessorem, & obtinens citationem ad partes, si ante illius executionem spoliet aduersarium, reuocabitur per modum attentati, quia clem. ij. vt lit. penden. habet locum etiam in actore ante executionem citationis factam contra reum, vt tenet Palatium, & attestatur idem Egidius conclus. ccccxlvi. quæ incipit, Si pendente inquisitione, &c.

Secundò dicitur inducta litis pendentia respectu actoris quo ad alium effectum, videlicet quo ad †<sup>14</sup> priuilegia impetranda, & similiter quo ad impetrationem gratiæ per ipsum actorem in præiudicium aduersarij super eo super quo lis pender, si non fiat mentio de lite, adèd vt in ea lite talia impetrata nullum commodum afferant actori, nec incommodum reo, vt probat. in c. causam quæ. de test. & ibi bona gl. & in c. i. & c. dilectus. vt lit. pend. c. dudum. de priuileg. cum similibus.

Tertiò quia dictus actor impetrans non potest cedere ius suum alteri etiam ante dictum terminum ad articulandum, & cessio diceretur facta lite pendente, consequenter posset reuocari per eum possessorem. clem. i. §. si verò. vt lit. pend. Facit quod dicit decis. ccccxi. incip. Si lite pendente. in nouis. Ratio autem omnium præmissorum est, quia † in-<sup>15</sup> ducitur litis pendentia quo ad præiudicium impetrantis per commissionem ab eo obtentam, & citationem decretam contra aduersarium, licet illa nondum ad citati notitiam peruenerit, vt dicit formaliter Romanus consi. cccxxx. incipien. Circa primum. in i. col. clem. enim. ij. vt lit. pend. volens



ad introducendam litis pendentiam necesse fore citationem ad citati notitiam peruenisse, non loquitur quo ad pendentiam introducendam ex parte agentis: sufficit enim quo ad ipsum solum citationis decretum: quia ex quo ipse certus est de commissione, & citationis decreto, certè ampliùs certiorari non debet. de reg. iur. eum qui certus. lib. vi. c. ab excommunicato. de rescrip. cum simil.

- 16 Ulteriùs sciendum est quòd non † datur huiusmodi commissio literis non confectis posse experiri super duobus beneficiis, nisi contra vnum, & tunc ita demum si ambo beneficia sint in eadè supplicatione: quia tunc, ex quo ambo sunt in eadem supplicatione, & impetrantur ex persona eiusdem, vnica censetur gratia, ex quo signatura dicit, Fiat vt petitur, iux. regulam Cancellariæ. lx. fa. l. scire debemus. cum materia. ff. de verb. obligat. Secus si peteretur talis commissio super duobus vel pluribus beneficiis contra diuersos, quia non conceditur. nam ex quo sunt plures diuersæ gratiæ in diuersis supplicationibus, debet pro vnaquaque obtineri specialis commissio, & de per se separata, argumēto eorum quæ dicuntur de pluribus capitulis connexis vel separatis, per gl. in l. etiam. §. i. ff. de minor. per Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. per Bal. in l. ij. C. de re iud. & in l. ampliorem. C. de appella. quæ sunt loca communia.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Qualiter detur commissio super validatione processus parte absente habiti.*

2 *Suf-*

- 2 Sufficit quoquo modo ad noticiam peruenit  
citatio.
- 3 Clausula, Supplentes defectus omnes ex plenitu-  
dine potestatis, quid importet.
- 4 Citatio est de iure naturali & diuino: & sic tolli  
vel suppleri per principem non potest.
- 5 Papa non potest supplere consensus defectum.
- 6 Defectus mandati dicitur esse insanabilis.
- 7 Plus est mandatum fuisse reuocatum, quam à  
principio non habuisse.
- 8 Nullitas defectus mandati non sanatur, etiam  
refectis expensis.
- 9 Iudex legitimet personas antequam processum  
incipiat.
- 10 Iudex ex officio potest compellere procuratorem  
vt exhibeat mandatum.
- 11 Defectus iurisdictionis & competentie non sa-  
natur.
- 12 Sufficit tacitus consensus in iurisdictionis pro-  
rogatione.
- 13 In primis & ante omnia debet constare de iuris-  
dictione.
- 14 Contra tres sententias conformes non potest op-  
poni aliqua exceptio, donec plenarie fuerint  
exequutioni demandate.
- 15 Nunquam censetur sublata nullitas per quam  
negatur iurisdictione.

- 16 *Papa quando confirmet sententiam iuste vel iniuste latam.*
- 17 *Antelatam sententiam sanatur nullitas processus sine refectione expensarum in beneficiabilibus, non in prophanis.*
- 18 *Sententia confirmatoria primæ nullæ nõ est nulla, sed iniusta.*
- 19 *Qui confirmat, nihil de nouo facit, sed confirmat prout prius erat.*
- 20 *Primus iudex exequitur sententiam confirmatam, non secundus.*



**P**ostremò quo ad hanc signaturam super dicta materia addo vnum, videlicet, quòd † non datur commissio super validatione processus, quãdo fuit processum parte absente, nisi cum ista clausula, scilicet, Parte legitimè citata. aliàs minimè conceditur. Licet enim sanentur defectus processus: tamen defectus citationis est insanabilis etiam refectionis expensis.

Et hoc quando in totum fuit omissa citatio: secus quando non fuit debito modo exequuta, & nõ seruata forma: quia sanatur talis nullitas cum clausula, dummodo ad notitiam citati peruenerit. Et tunc † sufficit quoquo modo de tali citatione notitiam habuerit, si modo fuit notitia plena & certa, vt probat text. in clem. causam. ad fi. de elect. ponit Roman. consi. ccclx. & alio consi. ccccx. Rota decis. cclxxj. in nouis. Et inter modos probandi quòd sic



sic citatus habuit notitiam, est vnus videlicet, si postea misit procuratorem ad illam causam, vt ponit Egidius conclus. lix. & alia ccccxxxix. Istis ergo casibus sanatur defectus minus legitimæ citationis: secus quando in totum fuit omissa, quia tunc talis defectus insanabilis est, vt probat text. elegans, licet multum communis in clemen. pastoralis. versic. cæterùm. de re iudic. & ibi Cardi. in iij. notabili colligit quòd clausula quæ ponitur in processibus seu priuilegiis, Supplentes † ex plenitudine potestatis omnes defectus, si qui forsan interuenerunt, intelligitur quo ad defectus iuris positiui, puta circa solennitates requisitas à iure. Idem dicit Panormit. per illum text. in cap. i. de transact. referendo Specul. in titul. de legat. §. nunc ostendendum. versic. xvij. vbi notabiliter dicit quòd hæc clausula, Supplentes omnes defectus, &c. refertur duntaxat ad solennitates iuris, non autem supplet defectum inhabilitatis personarum. Et ideo subiicit Cardi. in dicto versicu. cæterùm. quòd per illam clausulam non intelligitur dispensatum, vbi est necessaria dispensatio. argum. eius quod notatur in cap. veniens. de fil. presbyterorum. sic etiam non inducitur absolutio ab excommunicatione, secundum eum per clemen. si summus. de sentent. excommu. Quod dictum est notabile, cum talis defectus videatur esse iuris positiui, iuxta notata in c. veritatis. de dol. & contu. & per modernos in c. post cessionem. de probat. tamen hoc ideo est, quia per illam clausulam non inducitur aliquod extrinsecum, neque dispensa-

- tio, nec habitatio personarum (vt prædixi) multo minus supplet defectum naturalem, qualis est
- 4 citatio: † quæ dicitur esse de iure naturali & diuino, iuxta illud, Adam vbi es. consequenter per Papam & alium quemlibet principem tolli vel suppleri non potest, iuxta not. per Innocen. & omnes in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. princip. plenè per omnes in fi. C. si contra ius vel vti. publi. & in specie quo ad citationem fa. bonus tex. in c. i. in fin. de caus. pos. & propriè.
- 5 Eadem ratione Papa † nõ potest supplere defectum consensus, vt vult notabil. Io. An. & Panor. in c. per venerabilè. qui fil. sint legit. vbi dicunt quòd Papa non potest inducere matrimoniũ supplendo consensum, cū ille sit de iure naturali, vt est notum.
- 6 Hinc est quòd etiam † defectus mandati dicitur esse insanabilis. Nã vbi processus est nullus, vel sententia nulla ex defectu mandati, iuxta text. in c. in nostra. de procurato. & in l. licèt. C. eo. ti. tunc talis nullitas non sanatur per aliquam signaturam, multo minus quando fuit processum cum procuratore legitimè reuocato, si mādati reuocatio ad illum
- 7 peruenit. c. ex insinuatione. de procurato. Nam † plus est mandatum fuisse reuocatum, quàm à principio non habuisse mandatum: quia primus egit contra voluntatem domini, vt dicit tex. nota. iunc. glo. in c. ex parte decani. in fin. de rescrip. Imò fortius talis † nullitas non sanatur etiã resectis expensis: quia qui vidit hunc defectum, fortè non curauit succumbere, sciens saluam sibi fore exceptionè talis nullitatis, etiam post sententiam, vt in dictis iuribus



iuribus, sed fortè ex eo quod malitiose tacuit & in tempore non opposuit, vt actor laboribus & expensis fatigeretur, tenetur propter hoc eidem ad expensas. per c. exceptionem. de excep. & quod notabiliter ponit Egidius, conclusio. ccxxvj. incip. In causa. tenèdo tamen primum dictum indistinctè nihil obstat. imputet enim sibi pars quæ ante omnia nõ perquisiuit mandatum: & similiter † iudex, qui nõ 9 legitimauit personas antequã inciperet processum, argu. l. si quæramus. ff. de testa. l. quidam referunt. vers. esse enim debet. ff. de iur. codicil. & in l. si in diem. in princi. ff. de condi. & demon. fa. glo. in l. vt liberis. C. de collat. quæ dicit quòd in primis quærendum est de personis, quæ ante omnia sunt legitimandæ per partem, & etiam per iudicem, qui † 10 potest etiam ex officio compellere procuratorem exhibere mandatum, ne ipse iudex laboret in vanum, vt dicit glo. not. in c. i. in ver. absentia. de elec. lib. vj. & ponit Romanus consi. lx. in fi. Dicta ergo nullitas est insanabilis propter defectum cõsensus, qui exigitur in mandato procuratorio.

Eadem ratione defectus † iurisdictionis & com 11 petentiæ non sanatur: quia tunc processus est nullus, & omnia inde sequuta, non solùm ex defectu consensus, sed etiam propter defectum solennitatis, quæ non potuit coram alieno iudice interuenire, vt dicit Panorm. in c. significasti. in pen. col. de for. compe. Præterea aut partes litigantes sciebant eum esse iudicem incompetentem, & poterat eius iurisdictione prorogare: & tunc non est aliqua nullitas ex defectu iurisdictionis, quia litigando coram



- eo tacite videntur eius iurisdictionem prorogasse,
- 12 Sufficit † enim tacitus consensus in prorogatione, vt tenet Barto. in l. i. ff. de iudi. & Innoc. in c. ad petitionem. in princ. de accus. glo. in l. vna. C. qui pro sua iurisd. & in l. i. in ver. inchoare. C. qui pro sua iurisd. Aut ignorabant eum esse incompetentem: & tunc processus inde sequutus, est nullus propter defectum consensus, qui est insanabilis, vt supra. Quauis enim potuisset illum de iudice incompetente facere competentem: tamen error impediuit prorogationem, cum nihil sit tam contrarium consensui quam error. l. si per errorem. ff. de iur. om. iud.
- Et ex iis inferitur quod sanatis nullitatibus cum clausulis quantumcunque pręgnantibus, non intelligitur sanatus defectus iurisdictionis: † quia in primis & ante omnia debet constare de iurisdictione. c. cum in iure. de offici. delegat.
- 14 Et ideo licet contra tres † sententias conformes non possit opponi aliqua exceptio, donec plenarie fuerint executioni demandate, Clem. vt calumniis. de re iud. potest tamen opponi exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis, sec. docto. ibi. & facit glo.
- 15 sing. in cle. vni. de sequest. quę dicit quod † nunquam censetur sublata nullitas, per quam negatur iurisdictionis: quia oportet quod constet de iurisdictione iudicatis. & per illam decidit ibi Cardin. quęst. dicitur statutum, quod sententia arbitri nulla obstante exceptione mandetur executioni, debet intelligi, ita tamen quod constet quod sit arbiter, & quod sententiam tulerit. Facit quod in simili dicit Bar. in l. i. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam.

Vlterius

Ulterius notandum est quòd licet signatura sanet defectus ex via nullitatis relictis expensis, quod semper apponitur quotiens sanatur nullitas, de qua per partem aduersam opponitur. nūquam tamen sanat defectum ex via siue ex capite iniustitiæ, quia vt dicit Panorm. in c. iiii. circa fi. de re iudic. inferendo ad intellectum illius text. quòd requiritur sententiam fuisse latam iustè & rationabiliter, ad hoc vt per Papam confirmetur, quando procedit ex iustitia & potestate ordinata. † Sed ex plenitudine potestatis potest confirmare sententiam quantumcūque iniustam, vt legit. & no. in c. hoc quippe. iij. q. vj. & per glo. magistram. in c. nullus. ix. q. ij. fa. text. in c. ad petitionē. de acc. Quod vltimum intelligit magistraliter Panor. in d. c. iij. procedere in dependentibus à libera potestate principis, vt in beneficialibus, quorum Papa habet liberam & absolutam potestatem, clem. ij. aliàs, i. vt lit. pendē. Qua ratione † in huiusmodi beneficialibus solet sanare nullitatem processus ante latam sententiā sine refectione expensarum, quod non facit in prophanis, nisi allegetur paupertas, prout latiùs dicam in sequentibus. quia in beneficialibus (vt dixi) habet liberam potestatem, vt patet ex notabili dicto domini Anto. in c. constitutus de relig. do. Sanat ergo iniustitiam in talibus rationibus prædictis. Sed si sententia deficit in iustitia naturali, non potest per principem confirmari seu talis defectus suppleri, vt est text. not. in clem. pastoralis. de re iud. Et ideo (vt in principio istius col. dixi) nunquam per signaturam iustitiæ sanatur defectus ex via iniustitiæ, nisi vno



- casu, qui (prout accipi) post longam discussionem obtentus fuit coram Innocentio Papa viij. videlicet quando prima sententia fuit nulla fortè ex defectu ordinis positivi, iux. l. prolatam. C. de sententiis. & in §. diffinitiva. vers. item sententia. ij. quæst. vj. & secunda illam primam confirmavit. Quo casu super vtraque data fuit sanatio resectis expensis:
- 18 quia licet † secunda sententia confirmatoria primæ nullæ non fuit nulla, sed iniusta, iuxta not. per Bartol. in l. si expressum. ff. de appellation. & in l. i. per illum tex. ff. quæ sentent. sine appella. rescind. vbi dicit quod sententia confirmatoria primæ nullæ, est nulla sicut prima, quando expressus est error in prima: nam tunc idem error est in secunda, qui est in prima. d. l. i. §. si verò prima est nulla ex alio capite quàm propter errorem expressum in ea, tunc secunda illius confirmatoria non est nulla, sed iniusta: quia presumitur quod iudex pronunciauit bene iudicatum, respectu iniquitatis nō nullitatis, quam ignorabat subesse. Licet ergo secunda confirmatoria primæ nō sit nulla, sed iniusta (vt dixi) tamen super vtraque datur sanatio, cum ista iniustitia secundæ sententiæ non tangat merita causæ, & oriatur totaliter ex illa nullitate: vnde quasi eodem morbo effectualiter videtur infecta. Nā à primordio tituli posterior formatur euentus. l. i. circa fi. C. de impon. lucr. descrip.
- 19 Præterea qui † confirmat, nihil de nouo facit, sed cōfirmat prout erat prius. c. inter dilectos. §. porrò. de fid. instru. iunc. c. i. & ij. de confir. vtil. vel inutil. Hinc est quod agitur ex sententia confirmata & nō  
ex con-



ex confirmante secundum vnam opinionem, quã recitat glos. in l. eos. in ver. vel iniustam. C. de appel. Et ideo si secundus iudex ad quem, simpliciter confirmat primam sententiam nullo addito vel detracto, † tunc primus exequitur eam, & non secundus. se. Hostien. Inno. & Panormi. in c. pastoralis. §. prætereà. de offic. delega. & in c. cum in ecclesia. de appel. ponit Io. An. in addit. Spec. in titu. de execu. sent. §. ij. in versi. sed pone. Ex quibus apparet quòd secunda consummatoria effectualiter habet dependentiam à prima: & ideo cum prima fuit nulla, etiam secunda in effectu censetur nulla potiùs quàm iniusta. Nec debet haberi consideratio quòd secunda potuit transire in rem iudicatam: quia re vera ille transitus non meruisset solitum fauorem, ex quo confirmabat & faciebat esse iudicatum id quod erat fundatum in nullitate, per supradicta.

## S U M M A R I V M .

- 1 *Impetrare ius nouũ lite pēdente, non est attētare.*
- 2 *Actor lite pendente potest sibi acquirere nouum ius tam in possessorio, quàm in petitorio.*
- 3 *In causa beneficiali deducitur omne ius ab initio, quod competit, vel competere potest vtrique parti.*
- 4 *Reus possessor iniustus nō petit expensas, si actor est ex nouo iure victor, licet in fine litis sit productum.*
- 5 *Temeritas actoris & rei in litigando quo ad expensarum refectionem compensatur.*



- Postremo circa istam materiã sanatio-  
nis notanda sunt duo. Primum est, quia  
quãdo processus non est nullus, nec vs-  
quequaq; iniustus aut inualidus, sed pẽ-  
det ex futuro euentu, puta ex bono vel non bono  
iure partis agentis, tunc propter bonum ius de no-  
uo superueniens lite pendente datur commissio, q̃  
ex eisdem actis iudex procedat super hoc nouo iu-  
re. Exemplum, Litigauit tecum diu, & fui causa quòd  
multum expẽderes: nec foui hucusque bonum ius.
- 1 Hodie impetro † ius nouum, puta si neutri, vel no-  
uam prouisionem: quòd possum, non obstante litis  
pendentia (dummodo de ea fiat mentio) nec dicor  
attentare, vt dicit Egidius conclusione cij. quæ in-  
cipit, Si possessio. per c. Abbate. de re iud. lib. v. j. vbi
  - 2 probatur ad literam quòd † actor lite pendente po-  
rest sibi acquirere nedum in possessorio, verum e-  
tiam in petitorio nouum ius agendi ex toto. facit l.  
si post acceptum. ff. de rei vendic. Modo ad propo-  
situm impetrato isto nouo iure peto per cõmissio-  
nem quòd auditor ex eodem processu hactenus ha-  
bito faciat iustitiam super hoc nouo iure, admitti-  
tur & signatur talis commissio, quia † in causa be-  
neficiali deducitur omne ius ab initio, quod com-  
petit vel cõpetere potest vtrique parti. c. statuimus.  
de elect. lib. v. j. Per quam rationem in fortioribus  
terminis dicit eleganter Egidius conclu. dclxij. quę  
incip. Si ex gratia. quòd si ex gratia per me de bene-  
ficio obtenta sub certo modo vacandi, egerim cõ-  
tra Titium aduersarium vsque ad conclusionem, &  
post conclusionem & ante sententiam obtineo de  
eodem



eodem beneficio aliam gratiam sub alio modo vacandi, absque alia terminorum reiteratione potest pro me vigore secundæ gratiæ sententia ferri, si per eam constet de bono iure meo. Nec potest cōqueri altera pars: quia omnes terminos sibi necessarios ad docendum de iure suo habuit. Posset tamen petere secundum dominos (prout attestatur Egidius) quòd termini competentes sibi assignentur, si aduersus istam secundam gratiam competere sibi defensiones legitimæ pro eis proponendis & probandis, arg. c. statuiimus. in fin. & c. vt circa. de electio. lib. vj. & c. pastoralis. in ij. respon. de except.

Sed dubium est an † reus & possessor possit petere in tali casu refectionem expensarum, dicendo quòd actor non fouendo vsque tunc bonum ius fecit ipsum multum expendere in illa lite. Videtur quòd sic. per l. eum quem temere. ff. de iudi. Sed cōtrarium est verius, quia si per sententiam constabit reum nūquam habuisse bonum ius, licet nec actor vsque tunc bonum ius habuerit: nihilominus succumbentia rei infert illum semper fuisse iniustum possessorem, & ideo non auditur petendo refectionem expensarum, argu. l. is qui se obrulit. ff. de rei vendi. Non obstat lex contraria, quia loquitur eo casu quando reus absoluitur ex non iure actoris, quod cessat in casu isto. Puto tamen † quòd licet † reus succumbat propter nouum ius actoris: tamen non condēnabitur sibi in expensis factis per actorem ante productionem illius noui iuris, qui a uterque temere egit, & actor litigando sine bono iure vsque tunc, dicta l. eum quem temere. & reus offe-



rendo se defensionem iniustæ, per dictam l. is qui se obtulit, & sic temeritas vtriusque adinuicem compensatur quo ad refectionem expensarum factarum ante productionem noui iuris per actorem. argu. l. si ambo. ff. de compensat. cum similibus.

## SUMMARIUM.

- 1 Nunquam sanatur contractus inualidus.
- 2 Dare nouum ius in meritis causæ, est potius gratia, quam iustitia.
- 3 Rescriptum concedens aliquid contra ius, dicitur priuilegium, quia mutat nomen rescripti.
- 4 In signatura de Iustitia, nunquam derogatur statutis, secus in alia, nec datur quòd de spolio & proprietate simul cognoscatur.
- 5 Suspenditur petitorium, & examinatur possessorium solum.
- 6 In dubio præsumitur commissio, & non gratia.
- 7 Cur signatura dicit, videat protector.
- 8 Ordo ecclesiasticus confunditur, si unicuique sua iurisdictio non seruetur.
- 9 Transitus in rem iudicatã extinguit subreptionẽ.
- 10 Dantur commissiones super nullitate, non obstãte quòd à tali sententia non fuit appellatum.
- 11 Sententiæ etiã nullæ executioni demandantur.
- 12 An & quando exceptio nullitatis impediatur executionem sententiæ.
- 13 De clausula, Sine iudicio legitimæ executionis.

14 *Quatenus de facto est processum, etiam de facto potest reuocari parte non citata.*

**S**ecundum est, & pro nūc vltimum, circa istam materiam sanationis, Quod †<sup>1</sup> nunquam sanatur contractus inualidus, neque testamentum, neque confirmantur consuetudines per istā signaturam iustitię commissionum: per quam nihil conceditur quod tāgāmerita causā, quia † non esset mera iustitia, sed potius gratia, dare nouum ius in meritis causā. Et ideo di. glos. notanda in c. i. in ver. noscatur. de constitut. lib. vj. quod † si rescriptum concedit aliquid contra<sup>3</sup> ius, iam in eo mutat nomen rescripti, & dicendum est priuilegium. cap. priuilegia. iij. dist. & in c. Abbate. de verb. significa.

Hinc est quod † in ista signatura de iustitia nunquam<sup>4</sup> derogatur statutis, secus in alia, argumen. l. ij. C. de diuer. rescrip. ibi, ad ius rescribuntur. & c. causam quā. de rescrip.

Similiter in ista non datur quod simul de spolio & proprietate cognoscatur, & iudicetur. quia obstat dispositio iuris communis, de quo in c. literis. de restitu. spolia. ibi. prius, & c.

Si tamen spoliatus intentat à principio simul & semel possessorium & petitorium, tunc licitum esset aduersario super vtroque se defendere, & petere quod simul de spolio & proprietate cognoscatur & iudicetur, vt vult glos. in c. cum ecclesia. in gloss. ij. de caus. possess. & proprietate. si tamen iudici videbitur, † poterit suspenso petitorio examinare



solum possessorium & illud prius terminare. cap. secundum. & ibi clarè Panormi. eod. titul. quod procedit etiam si spoliator habeat commissio-  
nem de procedendo simul in utroque, quod datur aliquando ex favore, ut per Egidium conclu. ccccvj.

6 Constat autem quòd stilus signaturæ commissio-  
num † in dubio præsumitur commissio, & non gratia, ut di. Domi. post Ioan. An. in c. si cui. de præben. lib. vj. Et hoc patet per multa exēpla, in quibus apparet quòd papa in dubio non præsumitur in ista signatura concedere aliquid in præiudicium alterius, nec facere gratiam, nisi aliud exprimat. Hinc est quòd quando vnus petit monitorium dari contra debitorem defuncti, cuius ipse qui petit est creditor, datur, sed cum ista clausula, Absque præiudicio potioris creditoris: reg. potior. lib. vj. & ff. & C. qui potio. in pigno. habe. per totum.

7 Similiter vbi materia tangit Cameram, signatura  
† dicit, Videat Camera. vbi tangit religionem, Videat protector, quia ipse est verus & legitimus ordinarius illorum de illa religione, ut di. Cardi. consi. xvij. incip. Casus post factum, & c. Eodem modo vbi tanguntur officia papæ, signatura dicit, Videant  
8 domini secretarij, quia † ordo ecclesiasticus confunditur, si vnique sua iurisdictio non seruatur. c. placuit. xj. q. i. fa. ad præmissa bonus text. in capitul. ex tenore. de foro competent. ibi, sic sumus viduis in iustitia debitores, quòd aliis iniustitiam facere non debemus.

Hinc est vltra prædicta quòd si post executionem sententiæ aliquid petitur super materia executionis.



quationis vel surreptionis monitorij, nō datur per  
 istam signaturam aliquid quod tangat rem iudica-  
 tam: ideo non datur super subreptione, † quia trā- 9  
 situs in rem iudicatam extinxit subreptionem. De  
 qua potest opponi dupliciter, vt dicit Panorm. post  
 Innocent. in c. cōstitutus. vers. extra glo. de rescrip.  
 Primò contra literas dilatoriè, vt in c. ad audientiã.  
 eod. titu. Secundo potest opponi peremptoriè con-  
 tra gratiam, cum subreptiō concernat ipsam gratiã,  
 & eam vitiet. c. si motu propriò. de præbend. lib. vj.  
 cum similibus. Sed vsque ad sententiam opponi  
 potest, & nō vltra, sicut in alijs exceptionibus per-  
 emptorijs. l. peremptorias. C. sent. rescind. nō pos-  
 se. Secus dico si aliquid allegatur quod concernat  
 nullitatem iudicij & sententiæ, vt cum dicitur iu-  
 dicium nullum fuisse, quia iudex incompetens vel  
 excommunicatus. C. quand. prouoc. non est ne-  
 ces. per totum. & si à non competenti iudi. per to-  
 tum. similiter in exceptione falsi procuratoris. l. li-  
 cet. C. de procu. Nã cū istis & similibus casibus iudi-  
 cium sit nullum, potest agi de nullitate ex dictis ca-  
 pitibus, † & dantur commissiões etiam post sen- 10  
 tentiam quæ transiuit in rem iudicatam, quia tran-  
 situs in rem iudicatam non extinguit prædictas  
 exceptiones: licet improprie dicantur exceptio-  
 nes istis casibus, vt dicit glo. magistra in l. prima.  
 C. de iur. & facti ignor. & in c. Exceptionem. de  
 except. nec potest dici iudicatum. l. iij. §. cōdemna-  
 tum. ff. de re iudi. & in l. ij. C. quando prouoc. non  
 est neces.

Hinc est quod vbi agitur de nullitate, & petitur

- super ea nullitate procedi, non debet addi in signatura ista clausula, Sine præiudicio rei iudicatæ, secundum aliquos: quia (vt statim dixi) si sententia est nulla, nõ potest dici iudicatum: sed dicitur isto modo, sine præiudicio trium sententiarum, propter clemem. vt calumniis. de re iud. Alij aliter dicunt moti ista ratione, ex eo quòd sententiæ † nullæ etiam executioni demandantur, iuxt. nota. per docto. in c. cum in iure. de offic. delega. Sed potest distingui ex mente Bar. in d. l. iij. §. condemnatum.
- 11 Quia † aut ex parte eius, qui petit procedi super nullitate nihil est probandum, vt quia dicit quòd non fuit citatus, vel non fuit præcurator qui egit: & tunc procedit prima opinio, cum dictis casibus non possit dici iudicatum, & exceptio huiusmodi nullitatum impedit executionem. d. §. condemnatum. & in l. licet. ff. de procura. Idem quòd in causa nullitatis aliquid est probandum, dummodo possit probari incontinenti. l. si prætor. §. Marcellº. ff. de iudi. & in l. iudicati. C. si ex fal. instr. Aut probatio facta super nullitate habet altiorẽ indaginẽ: & isto casu potest præcedere secunda opinio, quia tunc nõ obstat exceptione nullitatis sententia potest executioni demandari. l. si. C. de ordine cognit. cū similibus.
- Consequenter tunc debet addi, Sine tamẽ præiudicio rei iudicatæ: quod procedit quòd executio nondum est facta, alias si est facta, & aliquid petitur cõtra eam, non debet in cõmissione dici, Sine præiudicio rei iudicatæ: quia iã est facta executio, sed dicitur sine † præiudicio legitimæ executionis.
- 13 Idem si nondum est facta executio, sed iudex incepit

cepit eam facere, vt dicam latius infra in vers. quādo committitur causæ nullitas, &c. Et est notandū quòd cum mysterio additur illud verbum, legitimæ. quia si aliàs non sit ritè & legitimè facta executio, sed contra dispositionem iuris communis, vel formam sententiæ, non meretur solitum fauorem. Et ideo † quatenus de facto processit, potest de facto reuocari, etiam non citata parte, iux. sing. dictum Innocen. in c. cum dilecti. de elec. quod exclamat Francus in c. i. in princip. de relig. domi. lib. vi. Et ideo dicit idem Innocen. in c. querelam. in ij. col. de ele. quòd possessio vnus alteri data iuris ordine non seruato, potest de facto reuocari, possessore etiam non vocato. facit glo. ord. in l. minor. in princip. ff. de euis. cum multis similibus dictis ad propositum, de quibus per Roma. consil. cccxx. incipien. Hæc istorum. in fi. col.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Casus in quo plus operatur exceptio, quàm actio mota etiam cum inhibitionibus iudicis.*
- 2 *Consultius est apponere in signatura illa verba, Si-  
ne præiudicio rei iudicatæ.*
- 3 *Iudex quando non debeat curare de exceptione  
vel appellatione.*
- 4 *Subrogato non datur effectus exequutorialium  
habitarum per defunctum, nisi, &c.*
- 5 *Sufficit reo quòd vincat per non ius actoris, etiã  
si constet de non suo iure.*



- 6 *Nova gratia per actorem impetrata debet intimari reo absenti.*
- 7 *Iudex in commissione petitus non datur.*
- 8 *Iudices qualiter dantur partibus presentibus, vel absentibus.*
- 9 *Non signatur commissio alteri præiudicialis, nisi prius ille citetur.*
- 10 *Quando partes non concordant in iudicem, quælibet pars eligit unum, & curia tertium.*
- 11 *Datur commissio petenti procedi in petitorio iam suspensio, sed resectis expensis.*
- 12 *Variare non licet cum discrimine alterius.*
- 13 *Clausula, Absque retardatione solutionis pensionis.*
- 14 *Literis Papæ humiliter, & cum reuerentia est parendum, donec constet de contrario.*
- 15 *Inferiores regulariter de iure non possunt pensiones perpetuas imponere, maxime ut transeant ad successores.*



I

D prædicta facit maximè pro distinctione quam superius feci, elegans decisio Rotæ cclxxx. quæ inci. Licet per viam. in nouis. vbi dicitur † quod licet exceptio nullitatis impediatur executionem sententiæ quæ transit in rem iudicatam, si incontinenti probetur coram iudice, qui illam sententiam tulit, tamen huiusmodi executio non impeditur

peditur per viam actionis super nullitate, etiam si  
 iudex (cui nullitas huiusmodi est commissa) inhibeat  
 primo iudici volenti exequi sententiam suam. Et  
 sic sentit Rota, quod maiorem effectum operatur  
 sola exceptio quo ad impediendam executionem  
 sententiae, quam actio super nullitate mota cum in-  
 hibitione sequuta. Quod videtur contra text. in ra-  
 tione sui cum ibi notatis per glos. magistrā in c. ij. de  
 ord. cog. quod crimen probatum per exceptionem  
 non punitur sicut quando probatur per viam actio-  
 nis. Sed ratio motiva dominorum quare secundo  
 casu non obstante inhibitione potest fieri execu-  
 tio, est ex eo, quia motio litis huiusmodi non impe-  
 dit executionem, sec. Inn. in d. c. cum in iure peri-  
 tus. (quod ego intelligo cum distinctione quam su-  
 perius feci) nec etiam inhibito impedit, quia non est  
 legitime facta. c. non solum. in fi. & c. Romana. de  
 appel. lib. vi. Concludunt igitur domini in praedicta  
 decisione, quod fiat executio per primum iudi-  
 cem, per quam non impeditur litis prosecutio su-  
 per nullitate. Ex quibus apparet † quod melius & 2  
 consultius est apponere in signatura illa verba, Si-  
 ne tamen prauidicio rei iudicatae, vt non retarde-  
 tur executio, & prosecutio litis super nullitate  
 suo Marte decurrat, ex quo interim praesumitur pro  
 veritate rei iudicatae, & contra impetransem, arg.  
 text. optimi. in l. ij. C. de falsis. vbi probatur quod † 3  
 quando exequutor percipit quod malitiose oppo-  
 nitur exceptio falsi causa differendae executionis,  
 debet facere executionem salua manente quaestio-  
 ne falsi. fa. elegans dictum Innoc. in c. post electio-

nem, in fi. de concess. præben. vbi dicit quòd quancunque iudex vehementer præsumit contra excipientem quòd malitiose excipiat, non debet talè excipientem admittere, nec de appellatione curare: quia illa nõ prodest, nisi probetur veritas causa, vt per Panor. referentem istud dictum Innocen. in c. super eo. de appellat. & in c. de cætero. in fi. col. de re iudi. Nec est admodum præiudicialis dicta executio agenti in causa nullitatis, quia si in ea obtrinebit, etiam obtinebit reuocationem executionis. c. suscitata. de restitu. in inte. c. in nostra. & c. auditis. de procurat. cum multis similibus. Et per hoc iura vtriusque partis seruantur illæsa per huiusmodi signaturas. Nam (vt superius dixi) papa per istam signaturam iustitiæ non præsumitur in dubio concedere aliquid in præiudicium alterius partis, nec facere aliquid gratiose, nisi id exprimat, vel aliter appareat de sua intentione: & hoc probauit superius aliquibus exemplis. Possunt & alia exempla adduci.

Nam si quis subrogatur illi qui iam habuit executionales contra aduersarium, † non datur tali subrogato effectus executionalium, nisi intimetur condemnato huiusmodi subrogatio: quia fortè impugnabit eam ex regula de subrogandis, vel aliter.

5 Nam † sufficit reo quòd vincat per non ius actoris, etiamsi constet de non iure suo, puta per confessionem vel aliàs, arg. nota. per Cõpost. in c. mandatum. de rescr. iun. l. fi. C. de rei vend. & ponit dec. Rotæ ccccxix. quæ inc. Nota an reus. in antiquis. Et ad prædictam practicam de intimatione subrogationis



gationis facienda facit in simili dec. Rotæ cccxx. quæ incipit, Licet in causis. in nouis. vbi dicitur † 6 quòd noua gratia per actorem impetrata lite pendente super beneficio, est intimanda reo possessori etiam contumaci, nec curanti venire vel mittere: quia fortè vult & potest de subreptione eam impugnare. Ergo etiam subrogatio intimanda est condemnato per eandem rationem: & hoc quasi in terminis ponit Egidius conclusio. clvi. incip. Mortuo, & c.

Patet etiam ex alio iustitia istius signaturæ. Nam non dat iudicem petitem ab vna parte, quia dicit elegans tex. de iudi. Obseruandum est ne † is iudex 7 detur, quem altera pars nominatim petit: id enim iniqui exempli esset, & c. fa. etiam text. in c. ad hæc. de rescrip. Ideo consuevit dicere supplicatio, Alicui probo viro, & c. & postea petitur verbo. Et sic per indirectum datur iudex petitus secundum voluntatem petentis. Tamen circa hoc distinguit pulchrè Panor. in c. ceterum. in fi. colum. de rescri. quòd aut † vtraque pars est præsens coram superiore, & nõ 8 debet superior dare iudicem ad petitionem vnus. d. l. obseruandum. Et ideo regens Cancellariæ non consuevit in curia committere causam auditori Rotæ, quando vna partium allegat talem auditorem habere suspectum, & si vnum vel duos habet pars suspectos, tunc regens committit alteri auditori secundum suum turnum & certum ordinem quem seruat.

Aut pars est absens, & alia est præsens: & tunc de stilo est, vt detur iudex ad petitionem vnus

partis, salua alteri parti facultate recusandi iudicē  
 ex causa rationabili. c. insinuante. de offic. deleg. Et  
 si petit præsens aliquid præiudiciale alteri parti, &  
 dicta pars est præsens in curia, fit citatio in audientia  
 per edictum generale, secundū Panor. in d. c. cate-  
 9 rùm. sed Inno. in c. cum olim. de re iudi. non vult ꝑ  
 quòd sufficiat citatio in audientia, sed tali casu de-  
 bet fieri in persona, vel ad hospitium, ad dicendum  
 quare talis commissio non debeat signari. Et hoc  
 seq. ibid. Feli. allegans Pau. de Cast. consi. l. j. qui di-  
 cit quòd postquam Inno. hoc tenet, nō est amplius  
 de hoc dubitandum, cū fuerit pater veritatis. Et ita  
 seruat reuerendissimus Cardi. Alexan. qui est alius  
 pater veritatis, & habet in manu sceptrum iustitiæ  
 tanquam alter Salomon.

- 10 Quando verò ꝑ vtraque pars est præsens, sed nō  
 concordant in iudicem, tunc quælibet pars eligit  
 vnum, & curia tertium. secun. glo. in d. l. obseruan-  
 dum. de quo me remitto ad stilum curiæ, quem in  
 hoc non perquisui. fac. c. ex literis. de constit. & c.  
 quam graui. de cri. fal. Commendatur istius signa-  
 11 tura etiam ex hoc; nam ꝑ quādo quis petit procedi  
 in petitorio reiecta sua suspensione, eiusdem habet  
 commissionem, sed reiectis expensis in quibus fa-  
 12 tigauit aduersarium in possessorio: quia non ꝑ licet  
 variare cum discrimine alterius, vt di. tex. in l. præ-  
 tor edixit. in princip. ff. de iniur. Facit reg. mutare.  
 de regu. iur. lib. vj. & in clemen. cum illusio. de re-  
 nunciat. & hoc in terminis de refectione expensa-  
 rum, in tali casu tenet Hostien. in summa de caus.  
 pos. & propr. in §. an quæstio possessionis. vers. sed

si prius proponit. & ponit deci. Rotę ccv. quę inci.  
 In causa. in nouis. Non minus commendatur ex a-  
 lio, quia † causa non debet pensionis non com- 13  
 mittitur, nisi cum clausula, Absque retardatione so-  
 lutionis eiusdem: quę clausula ponitur duplici ra-  
 tione. Prima est, propter fraudes & malitias recu-  
 santium soluere pensiones legitimę impositas: qui-  
 bus malitiis non est indulgendum. l. in fundo. ff. de  
 rei vend. & in c. sedes. de rescrip. fa. pro ista practi-  
 ca bonus tex. in l. ij. C. de fals. quem superius in alio  
 proposito induxi. Alia & secunda ratio est quare  
 opponitur, videlicet propter honorem Papę man-  
 dantis solui pensiones per eum impositas. Et sic vt  
 eius literę super pensione nõ careant obedientia, † 14  
 quibus est humiliter & cum reuerentia parendum,  
 donec constet de contrario. c. si quando. de rescrip.  
 ibi, Mandatum nostrum reueręter adimpleas, & c.  
 Quę rationes cessant in pensionibus impositis ab  
 inferioribus, † qui regulariter de iure non possunt 15  
 pęsiones perpetuas imponere, maximę vt transeāt  
 ad successores. c. nisi essent. de pręb. Et ideo quādo  
 pensio est ab inferiore imposita, tunc datur com-  
 missio super dicta pęsione, & non apponitur prę-  
 dicta clausula, absque retardatione, & c.

## S U M M A R I V M .

- 1 *Quomodo detur commissio super reductione pen-  
sionis.*
- 2 *Pensio potest esse excessiua, non tamen est redu-  
cenda.*



- 3 Volenti & consentienti super enormi pensione non fit iniuria.
- 4 Cessio beneficij admittitur cum reservatione omnium fructuum loco pensionis, præcipuè in Francia.
- 5 Pensio reducitur aut reformatur ad instar contractus venditionis.
- 6 Pensio cõmuniter non datur ultra tertiam fructuum partem.
- 7 Quæ sit iusta causa petendi reductionẽ pensionis.
- 8 Clericus ultra quàm facere possit non cõuenitur, ad instar militis.
- 9 Licet Papa apposuerit manũ in aliqua commissione, tamen reformatur, si venit reformãda.
- 10 Ex quo Papa apposuit manum, videtur omnibus aliis de & super eo ademisse potestatem.
- 11 Factum propriis manibus dicitur, quando fit ab habente mandatum speciale.
- 12 Statur literis Papæ asserentibus resignationem fuisse factam in suis manibus.
- 13 Verba narrativa Papæ de resignatione beneficij per procuratorem facta, non probant vacationem, nec procuratorium quo ad adiudicationis effectum.
- 14 Reservatio beneficij probatur per verba Papæ.
- 15 Papæ non statur, quando est contra iura, & in præiudicium iuris alteri quæsiti.

- 16 *Papa semper ius alterius præseruat.*  
 17 *Quando legitime constat de paupertate, cedere bonis non est necesse.*



**T** est notandum quòd † non datur<sup>1</sup> simpliciter commissio super reductione pensionis, etiam successori illius qui consensit, nisi cum clausula, Prout de iure faciendum esse cognouerit, quia fortè Papa scienter dedit antecessori quòd posset obligare beneficium ultra tertiam partem fructuum. Fortè etiam data est pēsis super fructibus beneficij non resignati, quæ solet concedi dummodo exprimentur illius fructus.

Præterea † potest esse pensio excessiua, & tamē<sup>2</sup> non est reducēda, puta si is qui cessit fuit deceptus, cum crederet valorem beneficij esse magnum, ductus assertionem optantis beneficium, non curantis de enormi pensione. Ad quod facit bona glo. in sim. in c. fin. de consuet. lib. vj. ibi, minorem, fortè ex causa sibi gratam, &c.

Præterea † volenti & cōsentienti super enormi<sup>3</sup> & excessiua pēsiōne nō fit iniuria neque dolus. l. i. §. vsque ad eò. ff. de iniur. & in l. nemo. ff. de regu. iur.

Hinc est quòd admittitur † cessio beneficij cum<sup>4</sup> reseruatione omnium fructuū loco pēsiōnis, præcipuè in Francia. Sed comuniter solent imponi huiusmodi pensiones vsque ad tertiam partē fructuū, & quandoque vsque ad medietatem. Et tunc in supplicatione dicitur, Etiam si dicta pensio super fructibus dicti beneficij tertiam partē huiusmodi

fructum excederet, dummodo illorum medietate non excedat. † Tunc enim esset reducenda, si medietatem excederet. Nam quemadmodum reformationi subiacet contractus venditionis, quando ultra dimidiam iusti precij circumuentio interuenit. vt in l.ij. C. de rescin. ven. & in c. cum causam. de emp. & ven. pari modo reformationi subiacet pensio, cum illa ultra dimidiam iustæ pensionis excedit. Hic est casus (prout ibi) quo ad hoc parificatur pretium & pensio, in litem si pretio. §. si. cum l. seq. ff. locat. iunc. d. l. ij. C. de rescin. vend. Posset tamen quis scienter consentire pensioni etiam ultra medietatem (vt superius dixi) & renunciare reductioni, sed communiter † non cõceditur ultra tertiam partem fructuum eiusdem, præcipuè si sit ecclesia parochialis, vel dignitas valoris viginti quatuor ducatorum, ne beneficia tantum grauentur, sed possint illorum onera supportari. arg. c. de monachis. in fi. de præbend.

7 Et ideo iusta causa petendi reductionem † pensionis, est reddituum & fructuum diminutio contingens post impositam pensionem, qua stante beneficium grauatum onere pensionis non sufficit ad eam persoluendam, & sustinendum simul onera ipsius beneficij, prout elegãter consuluit Ludo. Roma. consi. ccclxix. inci. Circa primum. vers. quo ad quintum, & c. mouetur ex notatis per doct. & præcipuè per dominum Anto. in c. præterea. de iur. patro. decidentium in simili, quòd si census à Diocesano in fauorem patroni tempore foundationis impositus ecclesie fundatæ, in tantum ecclesiam onerat,



rat, quòd si soluatur, nō possit necessitatibus ecclesie seu sustentationi presbyteri subueniri, tunc patrōni census diminui & moderari debet. argu. tex. in c. i. de consuet. vbi est expressum quòd tolli debent vel moderari consuetudines ecclesiis graua-  
men excessiuum imponentes. Ad idem in simili bonus tex. in c. suggestum. de deci. facit etiā bonus tex. in c. quanto. de censibus.

Præterea hoc est priuilegium † clerici, vt non 8  
conueniatur vltra quā facere possit, ad instar mili-  
tis armatæ militiæ, vt di. glo. ord. in l. miles. ff. de re  
iud. id est, debet sibi tantum relinqui, vnde ipse &  
sui ministri eidem necessarij possint sustentari, vt  
dicit alia glo. in c. studeat. l. di. Cōcludo ergo quòd  
iustè petitur reductio pensionis ex dicta causa, non  
obstante indulto quod ad certam partē reduci non  
possit, ex quo contingit diminutio fructuū ex post  
facto, per supradicta.

Et hoc important illa verba quæ apponuntur in  
huiusmodi cōmissionibus super reductioe, videli-  
cet, Prout de iure faciendum esse cognouerit: quia  
attenta diminutione fructuū contingente ex post-  
facto, & consideratis oneribus incumbentibus be-  
neficio grauato pensione, ac aliis, vt supra, poterit  
reduci, & debito modo moderari.

Et ex his apparet quòd † etiam si Papa apposuit 9  
manum in aliqua supplicatione vel cōmissione, &  
venit de iure reformanda, sine dubio reformatur.  
Nam (vt superius dixi) licet Papa dicat in supplica-  
tione, q̄ pensio ad certā partem reduci non possit,  
si tamen de iure ex dictis causis venit reducenda,

indubiè reducitur & reformatur. Ad quod faciunt bona iura tex. in c. sententiam. xxxv. q. ix. in c. cum ex liter. de in integ. restit. & in c. cum olim. de re iud. In quibus dicitur sententiam Romani pontificis posse in melius commutari. Facit elegans confi. Ludo. Roman. in ordine cccccxxj. incip. Christi nomine repetito. Circa propositam. Nec obstat si  
 10 dicatur, ex † quo Papa apposuit manum, videtur omnibus aliis de & super eo ademisse potestatem. argu. c. vt debitus. de appel. consequenter commisionem nō censerī reuocatam, nec posse reformari, nisi propriis manibus Papæ reuocetur vel refor-  
 11 metur: quia † dico quòd satis propriis manibus factum fuisse dicitur, cum ab habente mādatum speciale fiat, vt est tex. in c. mulieres. in fi. de senten. excom. ibi. cū is cōmittat verè, cuius autoritate vel mādato delictum cōmitti probatur. fa. etiam tex. in l. ita tamen. §. gefsisse. ff. de admi. tur. & in l. i. §. deieciſſe. ff. de vi & vi ar. cum aliis vulg. ad hoc.

Ex his etiam potest sumi ratio vnius obseruan-  
 12 tiæ, quam seruat signatura. Nam † licet stetur literis Papæ asserentibus resignationem fuisse factam in suis manibus, iux. clemen. literis. de proba. si tamen talis resignatio facta appareat per procuratorē, & de falsitate illius mandati dubitatur, existentibus aliquibus coniecturis, committitur arbitrio auditoris, vt præfigat terminum parti, ad dicendum quo mandato vti velit, & an ex eo resignatio subsequuta fuerit. Nam vt dicit signanter Egidius conclu-  
 13 sione ccliiij. quæ incip. Si Papa. † quòd verba narratiua Papæ de resignatione beneficij in suis vel alterius

alterius manibus facta per procuratorem, nō probant vacationem nec procuratorium, & hoc quo ad effectū adiudicationis, vt per eundem Egidium conclusio. ccxc. & alia cccxlj. incip. Ad effectum, &c. licet contrarium in casu simili firmet Pet. de Anch. consi. cccxcix. incip. Intentio dominae Constantia, &c. vbi dicit quod † si Papa in prouisione 14 quam facit de beneficio, narrat se specialiter dictū beneficium reseruasse suae prouisioni, dum talis illud obtinebat, ex his verbis secundum eum probatur plenè reseruatō & praesidentia possessoris tunc temporis, sed dictū Egidij in suis terminis puto fore verius, existentibus aliquibus coniecturis de & super falsitate eius quod narratur per papam, vt superius dixi: quia tali casu non est arguere Papam de mendacio, sed quod fuerit circūuentus. Et ideo dicit idem Pet. de Anch. in cōsil. praecedenti, quod incipit, Praemitto pro clariori, &c. quod dicto seu assertioni † Papae non statur quando est contra iu- 15 ra & in praediciū iuris alteri quaesiti, quod non est suae intentionis velle tollere. l. i. §. si quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publi. c. ex tuarum. de vsu pal. maximè in ista signatura iustitiae, in † qua nō vult derogare iuri alterius, praeci- 16 pue cum graui damno. Et licet vni concedat aliquid gratiosè, semper tamen praeseruat ius alterius, conformando se dispositioni iuris canonici, & etiam ciuilib, vbi deficit ius canonicum. c. si in adiutorium. x. di. cū multis similibus, quod patet per alia plurima & varia exempla, quae subiiciam per ordinē, prout occurrēt materiae, quas vidi vel practica-



ui, seu à practicis habui. iuxta tex. in l. si auiam. C. de inge. manumif. ibi, si cum peritioribus tractatū habuiffes, facile cognosceres, &c.

Quādo quis petit admitti ad beneficiū. c. Odoardus. de solut. vel alternatiuè ad cessionē bonorum, aut ad terminum quinquennalem, iuxta l. si. C. qui bon. ced. possunt. semper in signatura dicitur, Confito summarie de paupertate, & prout de iure. Et hoc propter multa, quæ requiruntur circa hoc, iuxta nota. in d. c. Odoardus. Nec † est necesse quòd aliter cedat bonis, dummodo possit legitimè constare de paupertate, secundum Panorm. ibi. & Rotam decif. ccccclxvij. incipient. Vtrum possit. ad fi. facit bona glo. in l. miles. ff. de re iud. & in c. audeat. l. di. & de materia. dicto c. Odoardus. plenè per Bal. in §. fin. institut. de actionib.

## SUMMARIUM.

- 1 *Quis non debet duplici contritione conteri.*
- 2 *Quando iudex ecclesiasticus fecit quod potuit, inuocat brachium seculare.*
- 3 *Delegatus non inuocat brachium seculare, nisi id in signatura dicatur.*
- 4 *Episcopis inhihetur sub pœna suspensionis, non excommunicationis.*
- 5 *De modo concedendi interdictum, propter non partitionem*
- 6 *Magna & notabilia in verborum generalitate non includuntur, nisi de eis expresse dicatur.*

- 7 *In aduentu regis vel principis interdictum suspenditur.*  
 8 *Contra reges literæ contentiosæ non dantur per Cancellariam.*  
 9 *Exhortationi Papæ est parendum.*



Prenti committi inhibitionem sub censuris & pœnis, &c. datur solùm de inhibitione sub censuris: quia † non debet quis duplici contritione conteri. c. at si clerici. in fi. de iudi. & in c. presbyter aut diaconus. lxxxj. distin. nisi sit maxima contumacia, vel materia grauissima, tunc datur etiam sub pœnis. Ad quod facit bonus text. in c. quoniam frequenter. in fin. vt lit. non contesta. ibi, dum dicit, Ita videlicet quòd alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio sit contentus, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. facit etiam bonus text. in c. cum in cunctis. §. fi. de elect. & ibi Panor. in i. not. ponunt doct. in c. tuæ. de procur. & in l. senatus censuit. ff. de accu. Additur etiam quandoque & de brachio seculari, prout de iure: nam † quando iudex ecclesiasticus fecit quod potuit, & non habet ultra quod faciat, potest tunc de iure inuocare brachium seculare. c. cum non ab homine. de iudi. & in c. ij. de malef. po. Oldra. consi. lxxxix. incip. Episcopus inuocat, &c.

Et est notandum quòd nisi in signatura adderetur, & de brachio seculari, non posset † delegatus 3 inuocare tale auxilium, secundum Anch. in c. vt

officium. §. fin. de hæreti. libr. vj. dicentem curiam ita tenere, quicquid dicat Ioan. And. in c. significasti. de offic. delega.

Item est notandum quòd quãdo petitur inhiberi sub pœna excommunicationis, si inter eos quibus est inhibendum, sint episcopi vel superiores prælati, 4 tunc † ponitur quo ad eos sub pœna suspensionis, non excõmunicationis: defertur enim illis in pœnis imponendis tunc propter reuerentiã sacri officij quod exercent, vt est casus in c. ij. de offi. deleg. libr. vj. iunc. glo. in c. i. de cler. venat. tamen etiam propter periculum plurimorum. Et ideo sententiã suspensionis & interdicti tales non incurrunt, nisi de ipsis expressa mentio habeatur, vt dic. tex. in c. quia periculosum. de senten. excommu. libr. vj.

Ex quibus apparet quòd ista censura debent à principio moderatè cõcedi tam respectu personarum, vt patet ex præmissis, quàm etiam locorum in quibus morantur & degunt personæ contumaces. 5 Et ideo vbi petitur poni interdictum † propter non paritionem fortè exequutorialium, cum magna difficultate conceditur. Vnde primò ponitur in ecclesia parochiali aduersarij, & alia ecclesia parochiali vel collegiata. Demum crescente cõtumacia datur in duobus monasteriis vel ecclesiis collegiatis: & si nec sic respiscat, tota diœcesis supponitur interdicto vltimo loco vbi præmissa non afferunt remedium oratori contra aduersarium, qui tandiu infordefcit, interdicitur ecclesia cathedralis, quæ aliàs non censetur interdicta, nisi expressè interdicator, licèt tota diœcesis & ecclesiæ ciuitatis interdi-



interdicantur propter eius excellentiam & honorem. argu. c. quanuis. §. quâquam. de preben. lib. vj. & quod notabat Compos. ante illam decretalem, in c. capitulum sanctæ crucis. in versi. item quæritur de hac forma, &c. & Oldr. consi. clxxxv. incipien. Thema tale est. & domini de Rota decis. xlv. incipien. Nota secundum aliquos. in antiquis. Nam ista † magna & notabilia, nisi de eis expressè dicatur, 6 nulla verborum generalitate includuntur. l. prætor ait. §. quod autè. ff. de iniur. c. sedes. de rescrip. l. eos. C. de aquæduc. lib. xj.

Aduertendum tamen est quòd † in aduentu regis 7 vel principis in vrbe in qua dicta ecclesia cathedralis est sita, interdictum suspenditur: & in hoc deferretur talibus personis, argu. c. solitæ. ibi, regi tanquam præcellenti. de ma. & obe. sicut & aliàs defertur eisdem. Nam † contra Reges non dantur literæ contentiosæ per Cancellariam. Et in literis quæ eis destinantur per Papam, non ponitur, Mâdamus quatenus. secundum Specu. in titulo de rescrip. præsen. §. ratione formæ. versi. item contra Reges. facit bonus text. vltra Specu. in clemen. prima de testi. ibi, Reges eosdè & principes in domino exhortamur. quanuis dicat ibi glo. quòd † licèt exhortatio Papæ 9 videatur consilium, est tamen consilium reuerentiæ, cui necessariò parendum est, iuxt. nota. in c. ad aures. de æta. & qualita.

Quid autem si nec per tot gradus interdicti pareatur? tûc potest petere orator exequutiue pcedi per brachiũ seculare, arg. c. cum nõ ab homine. in fi. de iudi. Sed tûc in cõmissione debet addi hæc clausula

videlicet, In euentum quòd docuerit, &c.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Qualiter cautio debet præstari per absoluendum à censuris.*
- 2 *Cautio iuratoria sufficit illi qui ob iniectiōem manuum violentarum in clericum, est excommunicatus, nō autem pro crimine manifesto, vel contumacia.*
- 3 *Datur prærogatio fatalium, sed arbitrio iudicis.*



1

Ut inò quo ad materiam censurarū iam incurzarum sciendum est, quòd † vbi excommunicatus vel suspensus petit se absolui à censuris præstita iuratoria cautione, cassantur regulariter ista verba, & loco eorum dicitur, Cautione præstanda iudicis arbitrio, quia debet inspicere qualitas personarum, an sit de solo earum iuramento cōfidendum. arg. c. literas. de præsump. & hoc per doctrinam Innoc. in c. ad reprimendam. de offi. ordi. & ibi Panor. in i. col. & in c. qua fronte. de appell. & in c. ex parte. de verbo. signifi.

- 2 Sed ego distinguerem prout distinguit glo. nota. in c. ad hæc. de senten. excom. quòd aut † quis petit absolui ob iniectiōem manuum in clericum, & tunc sufficit sola cautio iuratoria. per cap. ex tenore. & cap. cum desideres. eod. titul. Si verò pro contumacia vel crimine manifesto, tunc sufficiens debet cautio præstari. cap. ex parte. de verbo. signi. & ibi dicit glo. quòd sufficiens cautio est, si pignora vel

vel fideiussores dentur. l. si mandato. §. vlt. ff. manda. cum similibus.

Vbi petitur † prorogatio fatalium, semper dicitur 3 in cōmissione per signantem, Arbitrio iudicis, quia fortè pars non fecit debitam diligentiam in tempore debito prout facere debuit, iuxt. ea quæ habentur in c. cum sit Romana. de appell. Non enim sufficit probare solum impedimentum tempore primi fatalis, nisi etiam proberetur quòd tale impedimentum fuit immediata causa quare non potuit profectui appellationem tempore debito, & ideo debet docere se fecisse debitam diligentiam, per text. nota. in l. qui com meatus. in princip. ff. de re milit. & ibi Barto. & in l. quibus diebus. in princip. ff. de condit. & demonstr. & Bal. in l. properandum. §. si autem utraque. C. de iudic.

## S U M M A R I V M .

- 1 *Causa ecclesie, & qualibet alia spiritualis non committitur laicis etiam de cōsensu partium, bene tamen ipsis cum clerico.*
- 2 *Clericus tanquam dignior trahit ad se laicos.*
- 3 *Causæ prophanæ regulariter non committuntur in curia Romana.*
- 4 *Semel transmissibile perdurat pertransmissibile.*
- 5 *Causa denegatæ pensionis regulariter non committitur in curia.*
- 6 *Causa iniuriarū ex partibus non cōmittitur in curia, nisi accessorie ad aliud concessibile veniat.*



- 7 *Casus in quibus cause prophanæ in curia committuntur.*
- 8 *In Cardinalibus multa sunt introducta specialia.*
- 9 *Viduis & pauperibus & aliis personis miserabilibus signatura dat commissiones in curia etiam super rebus prophanis.*
- 10 *Res feudalis de sui natura est coram domino feudi tractanda.*
- 11 *In dubio nõ est verisimile quòd papa causam pendentem coram vno iudice ab eò voluit auocare, nisi id faciat ex certa scientia.*



1 **D**icendum est modò succinctè de aliquibus causis seu materiis quæ reiiciuntur per istam signaturam Iustitiæ, & non solent signari certis respectibus. Et primò † causa ecclesiæ & quælibet alia spiritualis non committitur laicis etiam de consensu partium. Ad quod fac. c. decernimus. de iudi. iun. c. si diligenti. de for. competen. nisi laico vel laicis associetur aliquis clericus, qui vnà cum illis vel terminet vel concordet. Quæ obseruantia fundatur in dispositione c. per tuas. ad fin. de arbitr. ibi, à duob⁹ laicis & vno clerico, & c. † Clericus enim tanquam dignior trahit ad se laicos minùs dignos, argum. c. quod in dubiis. de consecratio. eccles. facit notabile dictum Barto. per illum tex. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appellatio. vbi dicit quòd si laicus & clericus debitores conueniuntur simul, ambo debent conueniri coram episcopo ratione clerici, ad idem

idem quòd ponit Ludouicus Roman. consil. cclxv. incipien. In casu proposito. vbi dicit quòd si iudicantes vel arbitantes sùnt mistæ personæ, vtputa vnus clericus, alter laicus: debet tali casu appellari, & similiter peti reductio ad iudicem ecclesiasticum ratione clerici, qui (vt dixi) tanquam dignior trahit ad se laicum. facit etiam elegans doctrina Panormitani, in capi. de iij. & vj. col. versi. sed circa prædicta, de præscrip. Vbi dicit quòd si laicus habet rē communem & indiuisibilem cum ecclesia, tunc cōtra laicum non præscribitur spatio à iure communi statuto contra laicum, sed cōseruatur ius suum propter ecclesiam. per l. si communem. ff. quemad. seruit. amit. & quod in simili not. glo. in c. vnico. de iur. patrona. lib. vj. & ibi Ioan. And.

Causæ prophanæ † non committuntur in curia, 3  
nec signantur per istā signaturam, nec etiā debent proponi: quia non sunt de foro ecclesiæ. fa. rex. in c. si clericus laicum, de fo. compe. Hinc est quòd ista signatura non committit causam dotis à matrimonio separatam, quia tunc dicitur causa prophana, & ideo coram iudice seculari agi debet, vt per glo. in cap. de prudentia. in verb. incidens. de don. inter vi. & vxo. nisi lis fuisset semel inchoata per partes coram iudice ecclesiastico. argum. eius † quod dicitur, 4  
Semel transmissibile perdurat transmissibile. l. videamus. ff. quod met. causa. cū similibus. Item nō cōmittit † in curia causa denegatæ pensionis, cum 5  
merè consistat pensio in tēporalitate, & non dicitur causa beneficalis, per illud quod in simili dicitur doc. in c. postulasti. de rescri. & in cap. ad audientiā.

ij. co. ti. nisi cessans soluere sit in curia, vel nisi solutio pensionis sit destinata Romæ, quia tunc videtur ibi contraxisse. Et ideo potest ibi conueniri, per c. Romana. in §. contrahentes. de fo. compet. li. vi. 6 iun. l. contraxisse. ff. de acti. & oblig. Similiter † causa iniuriarum ex partibus non committitur in curia, nisi veniat accessoriè ad aliud concessibile, arg. d. c. de prudentia. & l. quotiès. C. de iudiciis. In quibus probatur quòd iudex cognoscit accessoriè de causa, de qua principaliter cognoscere non potest. Idem quando reus apprehenditur personaliter in curia, secundum aliquos.

Excipiuntur quidam casus in quibus dantur & signantur commissiones in curia super prophanis. 7 Primus † est, quando partes consentiunt. Quid enim aliud agit prætor, nisi vt partes sint concordēs? l. i. §. inde quæritur. ff. de no. oper. nunc. fa. l. si conuenerit. ff. de re iud. & in l. i. §. si conuenerit. ff. de po.

Secundus, quando causa est ardua, puta supra quingentos florenos, secundum aliquos. Sed hoc puto esse arbitrarium. argu. l. non quicquid. ff. de iud. fa. c. de causis. de off. delega. & in l. i. & ij. ff. de iur. delib.

Tertius, quando non speratur iustitia in partibus ob potentiam fortè vel fauores aduersarij, argu. c. statutum. §. cum verò. de rescrip. lib. vi. præcipuè quando clerici conqueruntur de laicis, & seculares iudices in exhibenda iustitia sunt remissi. c. cum sit generale. & c. licet. de for. cõpet. bona glo. in c. si clericus. co. ti. De hoc tamen tertio casu la-  
tius



tius dicam in sequentibus respectu aduocationis  
causarum à partibus in curiam.

Quartus, de causis prophanis in terris ecclesiæ.  
arg. c. si duobus. de appel. & c. venientes. de iureiu-  
rando.

Quintus, quando supplicat Cardinalis pro seip-  
so, sec. aliquos, † in Cardinalibus enim multa spe- 8  
cialia introducta sunt, vt patet ex c. iis quæ. de ma.  
& obe. iun. eo quod di. Innoc. in c. dilectus. de ca-  
pel. mo. Nam sicut honore aliis præminet, ita ma-  
iori debet prærogatiua gaudere, vt dicit tex. in c.  
i. de offic. leg. lib. vi.

Hinc est quòd de consuetudine curiæ commit-  
tunt Cardinales obseruationes terminorum audi-  
toribus suis, etiam sine speciali mandato papæ, vt  
per Egidium concl. xliij. quæ incip. Articulus.

Item statur dicto Cardinalis in iis quæ aguntur  
coram eo in causis sibi commissis, sec. eund. Egidium,  
conclus. clxxxij. incip. assertioni. quod procedit e-  
tiam in præiudicialibus, præsertim vbi alij papæ in-  
talibus non assunt, vt per eund. conclus. dcxxxvi.  
inci. Supposito, & c. quicquid dicat glo. de iure. in c.  
sicut nobis. de senten. excommu. Item Cardinalis  
non inhihetur per auditorē. sec. eund. Egid. cū mul-  
tis similibus, prout de stilo & consuetudine curiæ.

Vltimò quo ad prædictam materiam viduis † & 9  
pauperibus, & aliis miserabilibus personis dat si-  
gnatura commisiones etiam super rebus prophā-  
nis, quia tales personæ sub protectione ecclesiæ esse  
dignoscuntur, vt prob. in c. ex parte. de for. compet.  
etiamsi patiantur oppressionem circa rem feuda-

10 lem, † quæ aliàs de sui natura tractanda est coram  
 domino feudi. c. cæterùm. de iud. c. ex transmissa. c.  
 verum. & c. ex tenore. de for. competen. dum do-  
 minus feudi in exhibendo iustitiam non probatur  
 negligens, vt in dictis iuribus. Sed quo ad viduas &  
 alias miserabiles personas credo quòd indistinctè  
 procedat primum dictum, vt possint agere in foro  
 ecclesiæ, etiamsi dominus feudi probeatur negligēs,  
 cum sint sub protectione ecclesiæ, vt dixi, & opti-  
 mè probatur in d. c. ex parte. & ibi Panormit. dicit  
 illum text. singul. ad hoc in vltimo notabil. excepto  
 si tunc lis penderet in partibus coram domino tē-  
 porali, quo casu posset excipi de tali litispendentia  
 contra commissionem factam auditori in curia ad  
 instantiam viduæ vel alterius miserabilis personæ,  
 ex quo de dicta lite in commissione non sit facta  
 mentio secundum Egidium concl. xlvi. quæ inci-  
 11 pit, Exceptio, & c. Quia † in dubio non est verifi-  
 mile quòd papa causam pendentem coram vno iu-  
 dice, ab eo velit auocare, nisi ex certa scientia id fa-  
 ciat: quod in dubio non præsumitur, nisi de procef-  
 su expressam faciat mentionem. c. coram. de offi.  
 deleg. & c. inter monasterium. de re iud. Sed nec  
 tunc solet causam auocare si iam sit instructa. arg.  
 c. pastoralis. de caus. possess. & proprietat. ibi, vt iam  
 possit causa diffinitiuæ sententiæ calculo termina-  
 ri, & c. nisi secundum aliquos orator paratus sit præ-  
 stare iuramentum de perhorrescentia, iux. nota. in  
 c. statutum. §. cum verò. de rescrip. lib. vi. de quo ta-  
 men latius dico infra in simili proposito, in versi.  
 econtra causa, & c.

- 1 *An signatura det commissiones contra iudices.*
- 2 *Iudicare est onus, quod quis appetere non præsūmitur.*
- 3 *Punitur non deferens appellationis interpositæ ad papam.*
- 4 *Quando plura narrantur, datur signatura solum de commissione cause.*
- 5 *Simplex responsio intelligitur talis, qualis præcessit interrogatio.*
- 6 *Ad citandum quem personaliter in curia, requiritur specialis commissio.*
- 7 *Dependens à negotio principali debet ad iudicem illius negotij aduocari.*
- 8 *Causa prætensæ appellationis à grauamine in curia non committitur nisi cum negotio principali.*

**S**ignatura † non dat commissiones cō-  
 tra iudices vel exequutores authorita-  
 te iudicum procedentes, licet enormiter  
 pars dicat se læsam, vel aliàs dicat se  
 indebitè spoliatam. Et ratio est, quia si passim da-  
 rentur commissiones contra tales, nunquam in-  
 uenirentur iudices vel exequutores, timentes se  
 in posterum posse molestari, & sic semper se  
 exonerarent ab isto onere. † Nam iudicare, onus  
 est. c. pastoralis. ibi. exonerare. de offic. deleg. &  
 in l. fina. §. iudicandi. ff. de muneri. & honori.



Non præsumitur autem quis appetere onerosa, ve  
 di. glo. in c. si contra vnum. in glo. magna. de offic.  
 deleg. lib. vi. Credo tamē quod si esset maxima pro-  
 teruitas & inobedientia iudicis, vt quia non obstā-  
 te appellatione, & inhibitione auditoris, processis-  
 set in causa, nimis fauendo parti, tunc daretur com-  
 missio contra partem & iudicem. Et ita proximis  
 diebus ego obtinui in causa canonicatus Siben-  
 cen. contra quendam Leonardum de Datis Floren-  
 tinum. fa. c. de priore. de appell. vbi dicitur quod  
 3 punitur † non deferens appellationi interpositæ ad  
 papam: & mittitur ad curiam puniendus: quia de-  
 bet deferre ob reuerentiam superioris, nedum vbi  
 est certum appellationem ipsam fore probabilem,  
 sed etiam vbi dubitatur an probabilis sit interposi-  
 ta, sec. dominum Antonium, in c. vt debitus, de ap-  
 pellatio. per c. sacro. ad fin. de senten. excommunic.  
 idem ponit Ludouic. Roman. vbi multa allegat in  
 consil. cccc. incipiente. Vt declarationem, & c.

- 4 Quando † narrantur plura in cōmissione, quia  
 papa non est plenē de omnibus informatus, dat si-  
 gnaturam solū de commissione causæ. Pari modo  
 seruatur in signatura gratiæ, inter quas est solū v-  
 na concedenda: tunc ponitur illa specificē in signa-  
 tura, puta de prouisione, vel de dispensatione, seu  
 confessionali in forma, & c. Aliàs si simpliciter di-  
 ceret, placet: vel Cardinalis diceret, Concessum vt  
 petitur: omnia petita intelligerentur concessa, quia  
 5 † simplex responsio intelligitur talis qualis præces-  
 sit interrogatio, vt probat. in §. Præterea. instir. de  
 inutil. stip. & in l. Titia. §. idem respondit. ff. de ver.  
 oblig.

oblig. Ideo in primo casu habens signaturam solum de commissione causæ, si vult quòd cõmitatur aliquid in specie de narratis in cõmissione, puta quòd aduersarius citetur personaliter, vel quid simile: facit vnã reformationem, & sic illud de facili obtinet. Et ad illud de citãdo quem personaliter, quòd requiratur expressa commissio in curia, fa. tex. iun. bona glo. in c. fi. in ver. personaliter. de dilatio. & ponit decis. Rotæ, in antiquis cccxxxix. quæ inci. Nota quòd regulariter. vbi dicitur, quòd auditor † 6 etiam in causa criminali non potest reum citare vt compareat personaliter, nisi hoc habeat specialiter commissio. Et licet ex multis & diuersis causis cõcedantur citationes personales, ita quòd tunc non sufficit mittere procuratorẽ, vt dicit decis. cclxxij. quæ incipit. Licet contra. in nouis. tamen passim & indifferenter id non conceditur. Et ideo quando narrantur plura propter quorum quodlibet posset citandus declarari, non datur quòd citetur personaliter, nisi omnia verificentur, vel nisi aliquod eorum esset valde graue, arg. c. i. in fi. de iudi. lib. vi. & in cle. i. eod. tit. cum similibus.

Si causa † principalis agitetur in vno loco coram 7 certis iudicibus, & aliquid dependens siue ad dictã causam attinens in alio de facili aduocatur, & committitur iudicibus negotij principalis, & hoc ne continentia causæ diuidatur. l. nulli. C. de iudi. c. dispendia. de rescr. li. vi. Et ideo † si causa agitetur in 8 partibus coram vno iudice, & contingat appellari ab aliqua interloquutoria vim diffinitiuæ habente, puta si ille pronuntiauit se iudicem competen-

tem, iux. glo. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. non auditur appellatus, si petat committi in curia causam prætenſæ appellationis tantum. Ideo additur in commissione, Cum toto negotio principali, & hoc per rationem de qua supra. De facili autem auocatur negotium principale de partibus in beneficialibus, tam quia tales causæ sunt tractandæ in curia de sui natura, tum etiam vt impingetur & bonificetur ipsa curia, dummodo non sit conclusum in causa: quia tunc nõ auocatur. Et ideo solet in commissione dici, Coram quo ad nonnullos actus ( citra tamen conclusionem causæ ) processum exitit. non fit aliqua mentio quòd causa sit instructa coram illo iudice, quia cum magna difficultate auocaretur, vt superius dixi pet. c. pastoralis. de caus. posses. & proprietat. ibi, si vero conclusum, &c.

## SUMMARIUM.

- 1 *Quando commissio petitur per breue, non solet transire certis rationibus hic descriptis.*
- 2 *In partibus non committuntur appellationes per breue, nisi certis casibus.*
- 3 *Pauperes non tenentur ad expensas eis impossibiles.*
- 4 *De clausula derogatoria dictionum.*
- 5 *Hodie gaudent breuitate moderni.*
- 6 *Non est de intentione papæ quòd alicui tollatur ius quoquo modo quæsitum neque per se, neque per suos antecessores, nisi aliud appareat in beneficialibus.*



nesicialibus.

- 7 Papa in concessione bullarum videtur quasi cōtrahere, quando accipit multam pecuniam.
- 8 Qualiter detur restitutio aduersus rem iudicatā, vel tres sententias.
- 9 Clausula parito iudicato, quid importet.
- 10 Refert an sententia fuerit lata præsente parte, an per contradic̄tas. i. absente.
- 11 Causarum merita partium assertione panduntur.
- 12 Nimia contumacia quid operetur ad restitutionē denegandam.
- 13 Qualiter conceditur restitutio aduersus sententias, quando narratur paupertas.
- 14 Qui non est soluendo, ad fructuum restitutionem, nec expensarum impossibilibium tenetur.
- 15 Malitia procuratoris non debet domino impurari.
- 16 Petens restitui habet docere in aliquo de sua iuria.
- 17 In prophanis non datur restitutio aduersus sententias, sed restitutionis causa committitur.



Vādo petitur † cōmissio ad partes per i breue, semper additur in cōmissione, Et per breue sanctitatis vestre, & c. alioquin in curia non solet transire. Et credo q̄ istud seruetur duplici de causa. Prima est propter lucrum officialium, vt orator

- cogatur expedire bullam, in qua plus exponitur. Secunda, per breue habet orator iudicem quem petit postea verbo: sed si per bullam, tunc apponitur in principio, & si alia pars opponit, tunc coguntur concordare de iudice. fa. gl. in l. obseruandum. ff. de iudi. & superius latius dixi, prædictis etiam
- 2 respectibus † non committuntur appellationes in partibus per breue, nisi in certis casibus, puta pro
- 3 pauperibus † qui non tenentur ad expensas eis impossibiles, vt di. Egidius conclus. xliij. quæ incip. Allegatio paupertatis. per l. procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. Item committitur appellatio per breue in partibus, quando alia pars habuit commissionem similiter per breue, & hoc vt seruetur æqualitas inter partes. reg. non debet licere. lib. vi.
- 4 Item in terris ecclesiæ quando in commissione † est clausula derogatoria constitutionis Bonifacianæ de vna, & concilij generalis de duabus diætiis, de quibus in c. nonnulli. de rescrip. & in c. statutum. eo. tit. li. vi. additur, dummodo non vltra duas vel vltra tres, referendo singula singulis, id est, quo ad constitutionem Bonifacij, dummodo non vltra duas, quo ad concilium generale, non vltra tres, fa. bona glo. de relatione singulorum ad singula, in c.
- 5 si quis pecunia. lxxix. distin. Sed hodie † gaudent breuitate moderni, vt etiam syllabam vnā non necessariā non apponant, vt dicit glo. in l. i. ff. quod met. caus. & ideo dicuntur solū illa verba, dummodo non vltra tres, & est melius. Cancellaria tamen non derogat diætiis, sicut nec committit causam

sam simplici clerico, prout attestatur Egidius conclus. lxxxi. quæ incip. Consensus partium. per cle. ne Romani. de elect. cum concordan. de quo latius dicam infra in materia rescriptorum.

Insuper inter alias regulas quas habent referendarij, potissimè frequentatur ista, qua cauetur quòd multa reiiciuntur per signaturam, Placet, quatenus tollatur ius quæsitum, nec est necesse quòd dicatur quomodo tollitur ius quæsitum, quia ¶ non est de <sup>6</sup> intentione papæ quòd alicui tollatur ius quoquo modo quæsitum neque per se, neque per suos antecessores, nisi aliud appareat in beneficialibus, iuxta c. penult. & si. de præbend. li. vi. & in c. si. de cõces. præb. eod. libr. fa. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. Secus quando peteretur aliquid contra bullam, in cuius concessione ¶ 7 papa quasi contraxisset accipiendo multam pecuniam quia factum vigore talis bullæ non solet reiici, etiam cum dicta clausula, nisi orator dicat quomodo tollat ius quæsitum, & hoc quia multum refert an fuerit ius quæsitum per ius positium, cui princeps potest derogare, an per ius gentium. iuxt. notat. per moder. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liber. & posthu.

Quando est lata vna sententia contra aliquem, & transiit in rem iudicatam, vel sunt tres sententiæ conformes, ita quòd non licet tertio prouocare. c. sua nobis. de appel. & in l. vni. C. ne lic. ter. pronoc. & tunc si reus condemnatus vult agere de nullitate ipsarum, aut alicuius ex eis, admittitur via ordinaria, sed cum temperamento, de quo in cle. vt



calumniis. de re iud. si verò non dicit eas nullas, sed  
 8 iniquas, † tunc ex quo præclusa est sibi via appellã-  
 di, & sic non habet remedium ordinariũ, debet re-  
 currere ad extraordinarium, & petere restitutio-  
 nem ad appellandũ à diffinitiva, vel contra lapsum  
 fatalium ad appellationem prosequendam, arg. l. in  
 causã. ff. de mino. ex clausula generali, si qua mihi  
 iusta causa esse videbitur. l. i. & per totum. ff. ex quib.  
 cau. ma. Quæ restitutio conceditur, sed cum magno  
 moderamine & temperamento: nam etiam quan-  
 9 do non sunt tres sententiæ, dum tamen sit res iudi-  
 cata, datur restitutio, sed † cum clausula, Parito iu-  
 dicato. quæ importat vt orator dimittat possessio-  
 nem, restituat fructus perceptos, & soluat expensas,  
 vt probat. in c. si. de restitu. spolia. & in d. cle. vt ca-  
 lumniis. ibi, plenariè, & c.

Sed hoc habet locum quando dicta sententia est  
 10 lata parte præsentē vel eius procuratore. Secus † si  
 per cõtradietas, quia tunc restituitur solũ refectionis  
 expensis, in quibus fatigauit aduersarium, arg. c. ex-  
 ceptionē. de excep. Sed non cogitur dimittere pos-  
 sessionē, ex quo causa nõ fuit plenè discussa propter  
 11 absentiam alterius partis, quia † causarum merita par-  
 tium assertionē panduntur. l. si. C. si per vim vel alio  
 modo. Sed istud quod dixi de refectione expensa-  
 rum, in tali casu debet intelligi quando fuit apprehẽ-  
 sus personaliter. Secus si per edictũ, ita quòd ve-  
 risimiliter potuit ignorare: tunc nõ est necessaria a-  
 liqua restitutio, sed simpliciter cõmittitur causa su-  
 per appellatione emissa à die notitiæ, per illud quod  
 dic. decis. cccxiiij. incip. Cum iura. in nouis.

Sed

Sed si per contradictas essent latæ duæ sententiæ vel tres, tunc propter † nimiam cõtumaciam partis non datur restitutio nisi cum dicta clausula, Parito iudicato. fac. bonus tex. in l. Fulcinius. §. si. ibi. propter nimiam contumaciam. ff. ex quibus cau. in pos. ea. Si verò tres sententiæ non sunt latæ per contradictas, sed cum parte vel eius procuratore, tunc attenditur quomodo & ex qua causâ petatur restitutio. † nam si narratur paupertas ab eo qui vult restitui, conceditur restitutio, iuxta text. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. & quod notat Innocē. & Abba. in c. ex ratione. de appella. & glo. ordinar. in l. eos. C. eod. titu. conceditur (inquam) restitutio, sed cum ista clausula, videlicet, Placet dimissa possessione & constituto de oratoris paupertate. Et est iustissima concessio, quia quo ad possessionem dimittendam non potest allegare impedimentum paupertatis, ideo in eo debet parere iudicato, fructus verò & expensæ reseruantur in finem litis. Pro quo fa. bonus tex. in c. olim. de restit. spolia. vbi probatur secundum vnum intel. quòd † qui non est soluendo, ad restitutionem fructuum non vrgetur, similiter nec expensarum impossibilibium, vt in superioribus dixi ex mente Egidij, conclus. xliij. quæ incipit, Allegatio, & c.

Si verò nõ narratur paupertas, sed aliquid aliud propter quod præ tendit orator sententias nõ mereri exequutionem, vtputa si in termino misit procuratorem ad prosequendum, sed procurator decipit eum & nõ iuit, quo † casu malitia procuratoris non debet domino imputari, vt dicit decisio Rotæ

- clv. quæ inci. Si certus terminus. in nouis. per l. qui mittuntur. ff. ex quibus cau. ma. istis & similibus casibus datur restitutio prout de iure, quæ restitutio tunc non conceditur ex gratia, sed de iure communi. Ideo datur prout de iure, vt dixi: aliàs conceditur cum clausula, Parito iudicato & confito de bono iure. Quo † casu docendum est in aliquo (licet non plenè) de iustitia volentis se restitui etiam quo ad negocium principale, per rationem quam ponit Egidius cōclus. xxxviij. inci. Ecclesia. prædicta procedunt in beneficialibus, in quibus datur restitutio aduersus sententias, vt supra.
- 17 In prophanis verò non † datur restitutio, sed cōmittitur causa restitutionis per hæc verba, Placet de restitutione, prout de iure. Computatur autem quadriennium à iure vltimæ sententiæ, quando petitur restitutio aduersus tres sententias vel probationes omiffas. Nam vltima sententia (quæ finem liti imponit) est quæ lædit: & ideo ab illo tempore incipit læsio, & tempus petendæ restitutionis, vt latè ponit decisio Rotæ clv. quæ incip. Latis tribus sententiis. in nouis decisionibus.

## SUMMARIUM.

- 1 *Subrogatus quando teneatur iustificare ius illius in locum cuius subrogatur.*
- 2 *Non auditur actor petens aliquid in libello, quod aduersario obest, & sibi non prodest.*
- 3 *Contra electum vel confirmatum non admittuntur ad excipiendum de crimine illi quorum*  
non



non interest.

- 4 Quorum non interest, non admittuntur, etiam in beneficialibus.
- 5 Sufficit eo quòd vincat per non ius actoris, etiam si constet de non suo iure, etiam in beneficialibus.
- 6 An habens tres sententias contra se, sit audiendus, si petat quòd ante omnia canonizetur subrogatio subrogati.
- 7 Pro non litigante datur subrogatio.
- 8 Post litem finitam non est necesse derogare de subrogandis regulæ.
- 9 Lis finitur per sententiam, appellatione non suspensam.
- 10 Restitutio est in pristinum statum repositio.
- 11 Casus in quo post litem semel finitam adhuc locus est regulæ de subrogandis.
- 12 Ad instantiam potentiorum non deberet derogari regulæ de subrogandis.
- 13 Cardinales vñ cum Papa iudicant omnes, ipsi verò à solo Papa iudicantur.
- 14 Appellatione Cardinalium cõprehenditur Papa.
- 15 In monasteriis consistorialibus regulariter non datur subrogatio, nec admittitur resignatio.
- 16 Priuatus ob crimen potest cedere beneficio in alterius fauorem.

I



Ltimo quo ad istam materiam no-  
 tadum est, quod ꝑ licet subrogatus  
 teneatur iustificare ius illius in cuius  
 locum subrogatur, vt ponit Egidius  
 conclusione cxij. per regulam cum  
 quis in ius. lib. vj. & intimare subrogationem con-  
 demnato, vt per eund. Egid. conclu. clvj. Ista tamen  
 non habent locum quando quis subrogatur illi  
 qui habuit exequutoriales vigore trium sententia-  
 rum contra aduersarium, qui non potest amplius  
 pratēdere aliquod interesse, ex quo (vt dixi) habuit  
 tres sententias cōtra se, & non est restitutus. Et ideo  
 non auditur dictus aduersarius condemnatus, vel  
 eo defuncto alius qui illi successit, si petat quod  
 non detur effectus exequutorialium iam decreta-  
 rum ad instantiam primi, in cuius locum ego suc-  
 cessi, nisi canonizata mea subrogatione, quia sua  
 non interest, ex quo nullus eorum obtinuit restitu-  
 tionem aduersus tres sententias. Facit ad hoc ele-  
 gans dictum Innoc. in c. cum Bertoldus. in fi. de re  
 2 iudica. vbi dicit ꝑ quod non auditur actor petens  
 aliquid in libello quod aduersario obest, & sibi nō  
 prodest, argumento l. in fundo. ff. de rei vendi. ad  
 idem quod notat. in c. quod super iis. in ver. exclu-  
 datur. de accusa. vbi dicit ꝑ quod ad excipiendum  
 de crimine contra electum siue confirmatum, non  
 admittuntur nisi illi quorum interest, per regulam  
 4 generalē, quę habet quod non ꝑ solent audiri quo-  
 rum non interest. arg. c. veniens. de resti. cum vulg.  
 quę regula procedit & habet locū etiam in benefi-  
 cialibus, secundū glos. in c. post electionem. in glo.  
 fi.

fi. ibi, vel ideo non fuit auditus, de concess. præben. Nihilominus ista determinatio (super qua fundatur stilus signaturæ) in hoc casu videtur posse impugnari, & nã sufficit reo quòd vincat per nō ius actoris, etiam si constet de non iure suo. l. loci corpus. §. cōpetit. ff. si serui. ven. l. qui accusare. C. de eden. & in c. vnico. vt eccle. benefi. Quæ iura etiã in beneficiis locum obtinēt, sec. Compost. in c. mandatum. de rescri. & seq. Lud. Roma. con. cccxlviij. inci. Quod ad articulum. in prima columna.

Consequenter licet & per tres sententias constet de non iure cōdemnati, tamen videtur audiendus si petat quod nō detur effectus exequutorialiū cōtra se, nisi prius canonizetur subrogatio subrogati. fortè enim subrogatio non tenuit, & potest impugnari. Et ideo ex quo est possessor, satis est quòd vincat per non ius subrogati. Item melius est quòd iste iniuste remaneat in sua possessione, quam quòd alter vitiose ingrediat: nec propter hoc ille iniustus possessor (qui habuit tres sententias contra se) remanebit in beneficio, quia ordinarius illum poterit ex officio remouere, per c. ordinarij. de offic. ordi. lib. vj. Et ista ratione in terminis vtitur decis. Rotæ ccccxix. quæ incip. Nota an reus. in antiquis.

Ex quibus manifestè apparet quòd petenti talem commissionem nō potest dici, tua nō interest, ex quo habuisti tres sententias contra te, & non es restitutus: imò potest sua plurimū interesse, vt patet ex præmissis. Et ideo in superioribus dixi signaturam seruare, q̄ vbi quis subrogatur illi qui habuit



exequutoriales contra aduersarium, nō datur ei effectus illarum, nisi intimetur condemnato huiusmodi subrogatio, quia fortè impugnabit eam: ergo sua iam interest, alias ad impugnādum non admitteretur, per superiūs allegata. Posset tamē practicari prima opinio, & ille stilus in illis qui se intruserunt in beneficio post mortem illius qui habuit tres sententias contra se, vel in venientibus pro suo interesse, iuxt. tex. in c. i. j. vt lit. pend. lib. vj. qui cum non habeant aliquam possessionem, non possunt petere quòd non detur effectus exequutoriālū decretarū cōtra defunctum, nisi canonizetur subrogatio subrogati. Nam tunc verum est dicere quòd sua nō interest, ex quo non possident, & aduersus tres sententias non sunt restituti. Et hoc modo intelligo illam obseruantiam & stilum signaturæ, de quo supra.

- 7 Et ex prædictis patet quòd etiam † pro non litigante datur subrogatio in locū & ad beneficium illius qui iam habuit exequutoriales contra aduersarium, & illis nondum exequutis decessit. Nec isto † casu necessarium est derogare regulæ de subrogandis collitigantibus, ex quo lis iam est finita per sententiam quæ transiit in rem iudicatam, iuxt. text. cum glo. in c. i. de lit. cont. lib. vj. & in l. causas. C. de transact. in quibus probatur † quòd per sententiam non suspensam appellatione finitur lis, & sic nō dicitur ampliūs collitigās, multo fortius post tres cōformes, nisi aduersus eas sit restitutus: Quo casu efficitur collitigās, vt prius erat: quia † restitutio est in pristinum statutum repositio. l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minori. & in l. i. C. de sent. pass.

Et

Et ideo post restitutionem † credo quòd in eo ha  
beret locum regula de subrogandis, quia virtute re-  
stitutionis dicitur adhuc lis pendere, consequenter  
sua subrogatio intra mensem post impetrationem  
alterius erit potior, & præualebit impetrationi alte-  
rius tertij per dictam regulam de subrogandis, nisi  
illi derogatū esset in impetratione illius tertij, pro-  
ut sæpe & quasi indifferenter derogatur in benefi-  
ciis litigiosis vacantibus per cessum vel decessum,  
quod minimè fieri deberet, ne propter novos ad-  
uersarios qui malitiosè interdum subrogantur, liti-  
gia in ecclesiarum dispendium prorogari cōtingat,  
vt di. elegans tex. in c. si ij contra quos. vt lit. pendē.  
lib. vj. & potissimè derogatio dictæ regulæ de sub-  
rogandis † deberet denegari potentioribus, præci- 12  
puè dominis Cardinalibus, qui possunt minacè vul-  
tum & terribilem feruorem suis aduersariis osten-  
dere. arg. tex. in l. vnico. C. si rector prouinc. & in l.  
i. C. si quacunq; præditus potestate. Nec est dubiū  
eos esse potentiores aliis clericis, imò verò poten-  
tissimos, quia vt di. Ioan. And. in c. cum olim. de re  
iud. Cardinales † vnà cum papa iudicāt omnes, ipsi 13  
verò à solo papa iudicantur. Hinc est quòd † appel- 14  
latione Cardinalium comprehenditur etiam papa,  
vt tenet Archi. in c. sacrosancta. xij. distinct. Et ideo  
iactura causæ affici deberent hi qui sibi patrociniū  
potentiorum aduocant, vel eis iura & actiones ce-  
dunt, annullata penitus cessione, vt disponit text. in  
l. i. & ij. C. ne liceat potent.

Et ideo istis de causis tempore Innocentij viij.  
Cardinalis Alerien. tūc signator denegauit expres-



se derogationem dictę regulę de subrogandis, licet multum esset ad concedendum sollicitatus per Reuerendissimum Cardina. sancti Petri ad vincula, nunc Magnanimum Iuliū ij. Pontifi. maxi. qui tunc in Cardinalatu petebat commendari omnia beneficia cuiusdam sui familiaris per obitum eiusdē vacantia, & se etiam in litigiosis cum derogatione dictę regulę subrogari, sed fuit sibi denegatum (vt dixi) & bene per supradicta, propter quę quando derogatur dictę regulę solent apponi ista verba, videlicet, Attento quod orator non est cedente potentior. Aliquando tamen ex favore derogatur in casu præmissō, videlicet pro Cardinalibus per obitū familiarium suorum, ideo bonum est esse Cardinalē, & habere fauores.

Est & alius casus in quo non derogatur regulę de subrogandis, sed nec datur subrogatio, videlicet in beneficiis consistorialibus, hoc est, monasteriis viutorum valorem ducentorum florenorum auri cōmuni æstimatione excedentium, quia talia sunt per vnā regulam reseruata, & de illis solet prouidere papa consistorialiter: ideo in illis non datur subrogatio, nisi præcesserit alia prouisio vel commenda consistorialis. Et ita seruat stilus, qui pro iure habetur, c. ex literis. de constitut. & in c. quām graui. de cri. fal. cum similibus.

Hinc etiam est quod non admittuntur resignationes talium monasteriorum dictum valorē excedentiū, quia (vt dixi) illis cōsistorialiter prouidetur de personis idoneis, aut commendatur illiteratis & asinis ferratis, iux. illud Io. Mo. in c. cū ex eo. de ele. lib. vj.

Vlti-



Ultimò quo ad istam materiam subrogationis occurrit etiam alius casus, in quo non datur subrogatio videlicet vbi de crimine agitur ad priuationem, quia beneficiũ non est litigiosum, sed persona propter crimen. Et ideo † antequam priuetur, potest 16  
cedere in fauorem alterius, vt sentit glo. not. in c. ij. in ver. finita. circa medium. vt lit. pend. lib. vj. Eadẽ ratione non datur gratia si neutri vel si nulli. Tamẽ post diffinitiuam priuationis sententiã, gratiã prædictã & subrogatio dari possunt, quia per sententiam prouidetur de beneficio. Et ideo quando in impetratione priuationis ponitur clausula, Et cum decreto, quòd si priuãdus metu priuationis post accusationem & inscriptionem beneficium huiusmodi in alterius quàm oratoris fauorem resignauerit, iudices nihilominus ad exequutionem literarum priuationis procedere possint, perinde ac si resignatio huiusmodi minimẽ facta fuisset, tunc addi solẽt hæc verba, videlicet, Post primam priuationis sententiam, quia (vt dixi) per sententiã prouidetur de beneficio, clem. auditor. cum ibi nota. de rescri. Non prosequor vlteriũ hanc materiam subrogationis, quia maiori parte potius concernit signaturam gratiã quàm iustitiã.

## S U M M A R I V M .

- 1 *Priuationes propter crimen, in quibus committuntur casibus in curia.*
- 2 *Impetrans contra priuãdum ob crimina, tenetur ad probationẽ omnium propositorũ criminũ.*

- 3 *In causis criminalibus nō datur summarius processus.*
- 4 *Qui excommunicatus missam celebravit, beneficiis privandus venit, cū sit effectus irregularis.*
- 5 *Privandus ob irregularitatem per celebrationem incursum, debet habuisse excommunicationis notitiam, saltem per famam.*
- 6 *Privatio ob non pensionis solutionem, soli pensionario datur.*
- 7 *Signatura impetrationis per priuationem quomodo fiat.*
- 8 *Reuocās procuratores in materia beneficiāli quādo sit periurus, si per prius nō reuocare iuravit.*
- 9 *In iuramento semper est excepta superioris auctoritas.*
- 10 *Non valet votum de nunquam petendo à papa dispensationem super voto.*
- 11 *In prophanis non datur restitutio, sed restitutionis committitur causa.*



Erūm quia supra proximè facta est mētio de priuatione propter crimen, ideo subiiciā aliqua quæ seruat signatura iustitiæ in tali materia.

Et primò sciendum est † quòd priuationes huiusmodi non solent committi in curia, nisi delictum sit ibi commissum, vel quia césuræ ob quarum incursum datur priuatio, fuerūt in illa fulminatæ, aut priuandus sit præsens & residens in eadem

dem curia. Istis casibus priuandus sortitur ibi forū,  
vt proba. in l. i. C. vbi de cri. agi oportet. fa. c. postu-  
lasti. & c. si. de foro compet. cum ibi plenè notatis  
per scribentes.

Secundò notandum est quòd quando impetrans  
narrat multa delicta per priuandum commissa, &  
postea in conclusione petit committi probis viris,  
vt si eis de præmissis vel altero præmissorum con-  
fiterit, dictum N. & c. tunc semper consueuerunt  
cassari illa verba, Vel altero præmissorum, quia di-  
ctus impetrans diffamans aliquem de pluribus cri-  
minibus † debet arctari ad probandum omnia qui-  
bus illum diffamat, & propter istam rationem cui-  
tatur tex. qui nititur probare contrarium in c. inter  
cæteras. de rescript. & quod per illum dicit decisio  
Rotæ lxviij. quæ incipit, Licet plura. in nouis. Si e-  
nim non probat omnia, tenetur ad pœnam talio-  
nis, vel saltem ad pœnam diffamationis. c. super iis.  
de accusat. & in c. licet Heli. de simonia.

Hinc † est quòd in priuationib<sup>9</sup> & aliis causis cri-  
minalibus, pura iniuriarum, quando agitur crimina-  
liter, non datur & quòd summarie, quia (vt dixi) in-  
terest partis propter pœnam talionis. In causis autè  
ciuilibus & prophanis datur summarius processus,  
vt in superioribus dixi: sed solent cassari hæc verba,  
videlicet, sola facti veritate inspecta, nisi ex fauore.  
Ob quæ autem crimina dantur priuationes huius-  
modi, dixi latè in tertia parte præcedentis tracta-  
tus, & ultra ibi dicta addo duo. † Primum est quã-  
do quis existens excōmunicatus celebrauit missas: 4  
quo casu irregularitatè incurrit, & est priuandus be-



beneficiis, c. latores. & c. postulastis. de cler. excō. mi.  
 Sed aduertendum est quòd datur tali casu priuatio, & signatur impetratio, si ab homine fuit excōmunicatus: sed tunc addi debent in supplicatione hæc verba, videlicet, Declaratus & publicè denunciatus, propter concilium Constantien. Et sic isti concurrentibus datur priuatio sub forma prædicta, secus quando à iure exigerem, tamen in primo casu <sup>5</sup> fuit quòd ille habuisset notitiam excommunicationis vndeunque saltem per solam famam, nam tunc celebrando diuina incurrit irregularitatem, vt est casus quem ibi ponderat Panor. in tertio notab. in c. illud. de cler. excom. mini. sed quoad priuationem beneficiorum requiritur (vt dixi) quòd celebrauerit declaratus & publicè denunciatus.

Secundus casus est in quo datur priuatio vltra in superioribus enumeratos, videlicet ob nō solutionem pensionis, & propter incursum censurarum. <sup>6</sup> Sed huiusmodi priuatio non debet committi nisi ad illius instantiam cui debetur pensio, quia illius tantum interest, & ideo alij non audiuntur. c. cū inter. de elec. & in c. non solent. ij. q. vj.

Postremò quo ad istam materiã datur vna regula generalis, quòd nunquam <sup>7</sup> signatur impetratio per priuationem, nisi in forma iuris, id est, nisi de iure ille veniat priuandus, etiam si clericus petit priuari regularem & sibi conferri. Nec debet poni conditionaliter, si priuandus est, propter honorem signaturæ, quæ videretur ignorare iura, & tenderet in eius dedec⁹, iux. illud in l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. nisi esset articulus valde dubius in iure, an quis  
 ob

ob talem causam debeat priuari, quia tunc datur prout de iure in forma iuris. Hęc licet tangat signaturam gratiæ, conferunt tamen ad intelligentiam signaturæ iustitię, & ideo volui ea hic inserere. Qui iuravit † non reuocare procuratores in materia beneficii, reuocando eos absque autoritate superioris, efficitur periurus, vt di. glo. in c. si. in ver. reuocatus. de procura. lib. vj. allegat. c. sicut. & c. si inter. de spōsa. in fi. Ideo ad hoc vt sine metu periurij, possit eos reuocare, debet petere relaxationem à iuramento, quæ danda est in materia beneficii, secus in materia contractuum. Et ideo quando minor petit absolui à iuramento, de quo in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. vt possit petere restitutionem aduersus contractum, debet sic dici, quòd absque metu periurij aperiatur ei via ad implorandum officium iudicis super restitutione, quatenus de iure sit ei concedenda. Et est notandum quòd per talem signaturam non conceditur minori restitutio aduersus contractum per rationem quam statim subiiciam, sed solùm aperiatur sibi via ad petendam restitutionem non obstante iuramento †, in quo intelligitur semper excepta autoritas superioris. cap. venientes. de iureiur. Nec incurrit periurium veniendo contra iuramentum, quia certum est istum actum esse licitum, ex quo vult contrauenire autoritati superioris. Ad quod bene facit quod eleganter voluit Cardina. consil. xxv. incipiente. In dei, & c. In causa & questione, & c. quòd qui in transactione promisit sub pœna nō impetrare iudicem, si impetrat facta mentione transactionis, non incidit



in pœnam, per tex. nota. in c. ceterũ. de rescrip. vbi do. Feli. corroborat hoc per dictum Ricar. in iij. dist. xxxviii. q. ix. arti. iij. Vbi firmat † nō valere votum de nunquam petendo à papa dispensationem super voto, quia esset in præiudiciũ superioris, cuius authoritas est semper excepta etiam in iuramēto, vt supra.

Quare autem per talem signaturam non conceditur restitutio, dico quòd ideo illud est, quia † in prophanis non datur restitutio, sed cōmittitur causa restitutionis, vt in superioribus dixi. Et isto respectu dicitur in ista materia super restitutione, Quatenus de iure sit ei concedenda. Iusta autem causa concedendi restitutionem in materia. d. auth. sacramenta puberum, est si de dolo re ipsa & euidēti iniquitate contractus arguatur, nam tunc iuramētum esset vinculum iniquitatis, & per consequens non seruandum. c. si verò. de iureiu. & in c. inter cetera. xxi. q. iij. & ideo de facili relaxatur, cū contra iniquitatem iudex debeat occurrere. Et ita in terminis prædictæ auth. sacramenta puberum. expressè di. Pet. de Anc. conf. lxxxiiij. incip. Visis diligenter. & alio conf. clxxx. incip. Visa diligenter, &c.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clausula que apponitur in gratiis, si neutri, quòd expediantur primæ literæ prouisionis.
- 2 Ante causæ introductionem lis non dicitur, nec impetrans potest dici collitigans.
- 3 In quo differt gratia si neutri, à gratia perinde va
- 4 Qualiter conceditur citatio per edictum. (lere,
- 5 Quali-



- 5 *Qualiter deponunt testes super non tuto accessu.*  
 6 *Brachium seculare quando debeat concedi.*  
 7 *Commissio de iusticia non datur post conclusionē  
 in causa.*



Vando aliquis ꝑ petit gratiam si neutri, I  
 literis non expeditis, attēto quod prius  
 obtinuit posse experiri literis non con-  
 fectis, tunc debet poni hæc clausula, Et  
 dummodo literas primæ prouisionis expediat. Vel  
 sic, Et quod super concessione huiusmodi literas o-  
 mnino expedire teneatur. Et sic datur gratia si neu-  
 tri, super sola supplicatione signata, virtute cui<sup>o</sup> stā-  
 te prima cōcessione quam obtinuit posse experiri  
 literis non confectis, poterit introducere litem ad  
 effectum obtinendi gratiam si neutri, quæ datur ꝑ<sup>2</sup>  
 postquam causa coram iudice legitimè fuerit in-  
 troducta, antè enim lis non dicitur, nec impetrans  
 interim dici potest collitigans. arg. l. amplius nō pe-  
 ti. ff. rem ra. ha. & c. forus. de verb. sig. & quod no.  
 gl. in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Et ꝑ in hoc dif-<sup>3</sup>  
 fert gratia neutri ab illa perinde valere, nam non  
 datur perinde valere super supplicatione signata,  
 sed super literis expeditis in literis perinde valere  
 narrandis, ad hoc vt possint de surreptione impu-  
 gnari. sola enim cōcessio & supplicatio signata dici-  
 tur res informis & imperfecta ante cōfectionē lite-  
 rarū, vt di. Rota dec. cccclviij. incip. Circa secūdū in  
 nouis. & in superiorib<sup>o</sup> dixi circa p̄cip. hui<sup>o</sup> tract.

Si petitur committi causa cum facultate citandi  
 etiam per edictum, debet addi & consuevit apponi

- ista clausula, videlicet, constituto summarie de non tuto accessu, & hoc propter tex. in cle. i. de iudic. Vnde tunc necessarium est quod super hoc fiat informatio per auditorem per aliquos testes, an sit verum quod dicit supplicans, & si inuenitur modo predicto ¶ citandi sunt tales, decernitur etiam citatio per edictum, & ita seruat Rota, prout attestatur decis. dcclij. que incipit, dic quod. in c. dudum, & c. in antiq.
- 4
- 5 Qualiter ¶ autem debent deponere testes super non tuto accessu in tali casu, ponit alia decis. dxciii. que inci. no. ¶ aliquoties. in antiquis. sufficit enim quod dicant se credere ¶ impossibile vel non tutum sit illos personaliter vel in domo citare. Et est aduertendum quod cum mysterio ponitur dicta clausula eo modo ut supra, quia si simpliciter signaretur ut petitur, tunc non esset necessarium ¶ super non tuto accessu fieret aliqua informatio, ut di. dec. dcclxxxii. que incip. si aliquis. in antiquis.
- Vbi quis petit executiue procedi constituto de certa qualitate, & subdit de brachio seculari, & c. solet addi hæc clausula, In euentum scilicet quod docuerit, & c. Brachium ¶ enim seculare non debet passim & indifferenter concedi, sed tunc in casu in quo ecclesia vel iudex ecclesiasticus fecit quod potuit, & non habet ultra quid faciat. c. cum non ab homine. de iudi. & in c. ij. de malef. ibi, si necesse fuerit. cum aliis iuribus ad istud propositum allegatis per Oldra. consil. lxxxix. incip. episcopus. Dixi etiam aliquid super hoc in præcedentibus, ad quæ me remitto.
- 7 Non datur aliqua ¶ commissio de iustitia post conclusionem in causa, etiam si in ea de conclusione huius-

huiusmodi implicite vel explicitè mentio fiat, nisi expressè derogetur conclusioni, & hoc propter regulam cancellariæ sic disponentem, contra quam inuenta est vna cautela, & practicatur. Nam quando est conclusum in causa, ille qui vult habere cõmissionẽ aliquã in illa causa, producit certas materias de nouo, vel aliquos testes: & si per auditorẽ admittuntur, videtur tacite rupta conclusio: quia auditori non obstat conclusio, vt ponit Rota decis. v. quæ incip. Si post conclusionem, in nouis. & quod dicit glo. in c. cum dilecti in versic. decennium. de elect. postquã igitur rupta est conclusio, tunc præsentatur commissio, & valet, & sic (vt dicit glossator in illa regula) oportet in istis habere iudicem propitium, per illud quod dicit glo. in reg. in iudiciis. lib. vi.

## S V M M A R I V M .

- 1 *In reformatione debent tolli exorbitantia.*
- 2 *Quando in cõmissione est aliquid à stilo & cõmuni cursu exorbitans, commissio dicitur falsa.*
- 3 *Electa in abbatissam, petens confirmari eius electionem, dicat se electam per conuentum, aut medietatem illius, non per moniales.*
- 4 *Aliud est dicere, capitulum fecit, & aliud, Canonici fecerunt.*
- 5 *De exequutorialibus intimãdis intruso lite p̄dẽre.*
- 6 *Commissio super homicidio qualiter fiat.*
- 7 *Fideiussor non interuenit quando est imponenda mortis poena.*



- 8 Carceratus, per procuratorem defenditur.  
 9 Qualiter conceditur moratoria in curia.  
 10 Cum dicitur, idonea cautio, non sufficit hypotheca.  
 11 Minus est dare hypothecam, quàm pignora vel fideiussores.  
 12 Qui non habet immobilia, nec cautionem dare potest, dat iuratoriam.  
 13 Casus in quibus moratorie non dantur.  
 14 De signatura, quando petitur executio sententiæ.  
 15 De verbis Papæ & Cardinalis circa signaturâ.



Lterius pro declaratione omnium præmissorum & etiam sequentium sciendum est, quòd licèt præinsetur vna supplicatio vel commissio, in qua sit aliquid exorbitans: & reformatio sit honesta, tamen semper † in reformatione debent addi verba corrigentia illam exorbitantiam: quia potest esse quòd sit falsa illa præinserta. exemplum. Dicitur in præinserta quòd causa priuationis committatur in curia, quod non datur regulariter, prout in superioribus dixi, tunc in reformatione debet poni, quòd extra curiam, & idem in similibus. Facit ad hoc quod not. Oldr. consi. ccxv. incipien. Puncta breuia, vbi tenet quòd gratia dicitur obreptitia quando in ea narratur imperfectè & truncatè alia gratia priùs obtenta. Bene ergo facit referendarius corrigèdo verba commissionis præinsertæ, quia ex quo in ea cõtinetur aliquid † exorbitans

bitans à stilo & communi cursu signaturæ, præsumitur quòd sit falsa, iuxta glo. in c. causam quæ. in versi, rationi. de testi. & est bonus text. in c. ex parte. i. de rescript. & in c. porrecta. de confirma. vtil. vel inutil.

Hinc insurrexit alia practica, nam cum oratrix dicit se electam per moniales eiusdem monasterij, tunc stante ista narratione illius electio non consuevit confirmari, neque dari ei noua prouisio, nisi † dicat se electam per conuentum aut medietatem 3 conuentus: quia illa verba, per moniales, cum sint nomina designantia singularia corpora, possent verificari de duabus tantum, fortè enim duæ mulieres elegerunt: quo casu verum esset dicere, quòd moniales elegerunt. l. inter illam. §. vlt. ff. de verb. sign. & in l. libertas. §. fina. ff. de manu. testamen. Vnde propter hæc in noua prouisione debet poni clausula, videlicet, Et de consensu medietatis conuentus. Sed (vt dixi) satis esset dicere se electam per conuentum absque eo quòd exprimantur aliter nomina monialium, ex quo ponitur nomen collectivum, per illud quod eleganter ponit Old. consi. c. incip. In exequutione. vbi tenet quòd † valet pro- 4 curatorium capituli, si dicatur per nomen collectivum, videlicet, Capitulum constituit procuratorè. nec est necesse tunc exprimere nomina canonicorum. Secus si dicatur per nomina singularia, puta Canonici, per supradicta.

Datur talis commissio † quòd exequutoriales § possint intimari intruso pendente lite, non cognito per exequutorem an sit intrusus pēdente lite, ne

per talem cognitionem & disceprationem retar-  
detur executio. fa. c. pastoralis. §. quia verò. de off.  
delega. ibi, cum non cognitio sed executio tan-  
tùm demandetur eidem. fa. l. si vt proponis. C. de  
except. rei iudic. & in c. de cetero. de re iudi. Est &  
alia ratio cur per exequutorem non debeat co-  
gnosci de intrusione, quia facta intimatione exe-  
quutorialium & illis reproductis, si auditor nolit  
illum declarare, tunc citabit eum, & tunc coram au-  
ditore docebitur quòd fuit intrusus pendente lite.  
facit quod nota. in c. non solùm. de appellatio. lib.  
vi. & per Rotam decis. cccxxi. incip. Si lite. in nouis.

- 6 Quando homicida † in terris ecclesie petit  
committi causam appellationis per eum interpo-  
sitæ in partibus, tunc in signatura semper ponun-  
tur hæc verba, Oratore in carcere constituto. quod  
fit vt purget indicia, item ne eludat aufugiendo  
primam & secundam sententiam, cum illa sit cor-  
poris afflictiva, & tendat ad pœnam mortis. l. iij.  
de episc. aud. ibi, homicida quod fecit expectet. &  
est similis tex. in decret. iij. dist. c. omnis. vbi po-  
nitur pœna interficientis alium, quia damnatur  
7 ad mortem. † Nec in tali casu potest accedere fi-  
deiusor, ex quo (vt dixi) venit imponenda pœ-  
na mortis, iux. gl. vulg. in c. cum homo. xxij. q. v.  
& ponit Bald. in l. si quis reum. C. de custo. reo.  
Istis respectibus datur commissio & signatura vt  
supra. Cancellaria tamen hoc non seruat, sed com-  
mittit causam appellationis simpliciter cum clau-  
sula, Quod iustum fuerit decernatis, &c.

- 8 Stante tamen prima signatura, & oratore in †  
carcere



carcere constituto , tunc admitretur procurator ad eum defendendum , ex quo ipse personaliter seipsum defendere non potest , licet aliàs in causa criminali non possit interuenire procurator. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. c. veniens. de accusa. & ita firmat decis. cci. quæ incip. Licet in causa criminali. in nouis.

Quando † conceditur moratoria in vrbe alicui 9  
 grauato onere debitorum , solent addi hæc ver-  
 ba , videlicet, data idonea cautione. & hoc per  
 text. qui ita disponit in l. vniuersa. C. de preci-  
 bus imperato. offeren. canonizata in c. vniuersa.  
 xxv. quæstio. ij. Aliquando additur etiam ista clau-  
 sula , Et ad electionem creditorum , an velint ex-  
 tunc bona immobilia pro satisfatione accepta-  
 re. Ponitur enim in electione creditorum an ve-  
 lint acceptare cautionem idoneam , cuius nomi-  
 ne intelliguntur fideiussores vel pignora. l. man-  
 dato Titij. §. fina. ff. manda. & in l. ergo. §. adii-  
 ci. ff. de fideicom. lib. vel acceptare hypothecam  
 immobilium , de qua ideo specialiter exprimitur,  
 quia sub illis verbis generalibus, videlicet, Data  
 idonea cautione, non includitur: † nam cum di- 10  
 citur idonea cautio, non sufficit hypotheca, vt  
 probat eleganter Oldr. consilio lxxvij. incipiente  
 Nomine cautionis, &c. Et † licet minus sit da- 11  
 re hypothecam, quam pignora vel fideiussores,  
 vt per Oldra. in dic. consil. tamen istud ponitur in  
 electione creditorum, & satis est quòd illis ad eo-  
 rum voluntatem qualitercunque satisfiat, argum. l.  
 si rem. §. satisfactum. ff. de pignora. actio. Quid autè

12 si debitor qui impetrauit moratione: non ꝑ potest dare idoneam cautionem, nec etiam habet immobilia: tunc dabit quam potest, videlicet iuratoriam, argument. text. in authen. generaliter. C. de episcopis & cler. & l. fin. §. in super. C. de assertio. tol. & in §. sed hodie. institu. de satisfda. fa. c. alma. de senten. excom. lib. vj. & quod notat glo. in l. i. ff. qui satisfda. tenent. In quibus iuribus probatur quòd si habens satisfdare, facultatem satisfdandi non habet, tunc sufficit cautio iuratoria, licet aliud videatur innuere tex. in l. ij. C. de tuto. vel cura. qui satis non dedit. & glo. ordi. in l. iij. C. de vsufr. sed loquuntur in aliis casibus, vt ponit Romanus consi. ccccxxxix. quod incip. Circa primum. in fi. col.

13 Prædicta procedunt ꝑ quando moratoria conceduntur in vrbe. In partibus autè non dantur moratoria laicis extra terras ecclesie, argu. illius quod ponit Innoc. in c. inquisitioni. de senten. excom. fa. c. si duobus. ad fi. de appel. & c. venientes. de iureiur. non dantur etiam clericis in odium laicorum, arg. tex. in c. nouit. in prin. de iud. & quod ponit glo. in c. si clericus laicum. in ver. de consuetudine. de foro compe. & sic ex prædictis apparent duo casus in quibus non dantur moratoria.

Alius & tertius casus est, nam contra exequutoriales non datur moratoria, quia in exequutoriabilibus apponuntur certi dies ad parendum iudicato, & arctatur tempus quadrimestre, quod datur condemnatis, iuxta l. ij. C. de vsur. rei iudi. facit l. si debitori. cum ibi notatis. ff. de iudi.

Quartus casus est, quia pro fideiussoribus nõ datur

tur moratoria, quia sic res iret in infinitum, infinitas autem reprobatur à iure. c. ij. de rescri. lib. vj.

Quando petitur committi executio sententiæ, quia non fuit appellatum intra decem dies. iux. c. concertationi. de appel. lib. vj. & in auth. hodie. C. eo. aut quia appellatio mansit deserta, & non fuit consequuta intra tempus à iure datum. iux. c. cum sit Romana. de appel. cum similibus istis casibus. † 14  
Dicitur in corpore cōmissionis, aut in clausulis vel in signatura, Placet, vel, Fiat cōstito de re iudicata. nam si sentētia est nulla, nō potest dici res iudicata. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Sententia enim nulla nunquam transit in rem iudicatam. Pari modo stante nullitate sententiæ non potest causari vel produci desertio, iuxta iura communia.

Et nota hic incidenter, quia † quādo Papa signat 15 supplicationem de gratia, dicit, Fiat vt petitur, nisi sit materia quæ signatur motu proprio, prout sunt expectatiuæ: quia tunc simpliciter dicit, Fiat motu proprio, & non additur, Fiat vt petitur motu proprio, quia implicaret contradictionem, & hoc vbi est gratia noua. sed vbi est reformatio, dicit, Fiat. Et Cardinalis signans dicit, Concessum. Io. Cardinalis: aliàs signatura Cardinalis semper dicit, Concessum vt petitur, &c. Quando verò papa signat cōmissionē, dicit, Placet. nisi rescribat ad partes cōmittēdo, quia dicit, Fiat. Et ita seruat stilus in similibus.

## S V M M A R I V M.

I Non cōmittitur causa grauaminis nisi cū negotio



- principali, ne causæ continentia diuidatur.
- 2 In euentum legitimæ appellationis ab interloquutoria, committitur auditori cognitio causæ principalis, non aliis.
  - 3 Delegatus in appellatione interiecta à grauamine per interloquutoriam illato, nõ cognoscit de negotio principali.
  - 4 Causa semel in curia commissa, regulariter non extrahitur ab ea.
  - 5 Causa quando euocetur in curia.
  - 6 Quæ consistunt in animo, per solum iuramentum probantur.
  - 7 Quando eoipso euocetur causa, mentione alia de lite non habita.
  - 8 Auditor non potest sine speciali mandato admittere articulos obiectiuos post terminum.
  - 9 Ex quo quis habet remedium ordinarium, nõ est ad extraordinarium recurrendum.
  - 10 Vnicuique licet in suo facere quod vult, licet alius per hoc damnificetur.
  - 11 Qui dat articulos obiectiuos, non dicitur proprius ius tueri, sed alienum impetere.
  - 12 Omnis exceptio datur seruo, quæ ipsum duntaxat tuetur, non alium grauat.
  - 13 Materia obiectiua est odiosa, & restringenda.
  - 14 Iudex æquitate prorogat terminum, etiam parte non vocata.

Quando

Q
V
 vando appellatur ab interlocutoria, & petitur committi causa grauaminis auditori, tunc † additur in pede com-  
 missionis hæc clausula, videlicet, Et cum  
 toto negotio principali: quod ideo fit, ne conti-  
 nentia causæ diuidatur. l. nulli. C. de iudic. & c. i. de  
 sequestra. posses. & fruct. & aduerte † quòd tali  
 casu non ponitur tota causa in cognitione audito-  
 ris, nisi in euentum legitimæ appellationis ab inter-  
 loquutoria, vt dicit Egidius Bell. conclus. cccxix.  
 incip. Si auditori. & sequenti. Idem ponit vna de  
 cisis in nouis. in titu. de appel. tertia in ordi. Non  
 ob. quòd illa verba, & cum toto negotio principa-  
 li, videntur secundum hoc esse superflua, & nihil  
 prima facie operantur, ex quo illud inerat de iure,  
 quòd esset iudex totius causæ in euentum grauami-  
 nis. c. vt debitus. de appella. quia responder Egidius  
 vbi supra, quòd c. vt debitus. loquitur in iudice or-  
 dinario appellationis, secus in delegato, † qui cau-  
 sa obseruadi formã rescripti non posset cognosce-  
 re, nisi de grauamine etiam iustificato, si non esset  
 dicta clausula. Imo plus dicit Egidius conclus. sequ.  
 incipien. Illud quod, &c. quòd etiam si auditor de  
 consensu partium procederet super toto negotio  
 non iustificato grauamine, adhuc liceret partibus  
 redire ad iudicem à quo, quia c. vt debitus. ponens  
 totum negotium in manibus iudicis ad quem, cui  
 constitit de grauamine, non habet locum in dele-  
 gato, vt supra. Facit ad hoc bonus tex. in c. Roma-  
 na. in prin. de foro compet. lib. vj.

Audiui tamen quòd stilus Romanæ curiæ se ha-

bet in contrarium in causis grauaminum de partibus, secundum quem si est commissa auditori causa grauaminis de partibus cū toto negotio, quanuis auditor pronuntiat malè appellatum, nihilominus non reuertitur causa ad priorem iudicem, prout attestatur Feli. in c. causam quæ. de rescrip. pro quo facit quod dicit idem Egidius conclus. xlvij. incip. Processus, &c. † Causa enim semel commissa in curia non extrahitur regulariter, nisi cum maxima difficultate, & bona iustificatione, vt puta si facienti committi causam in Rota, inhibeat per suum dominum temporalem, vt faciunt domini mei Veneti, qui sub grauissimis pœnis non permittunt quòd eorum subditus trahat alium subditum ad curiam Romanam. Ideo tunc solet extrahi causa, quanuis iam pendeat in Rota, & committitur in partibus. Et ita obtinui in vna causa mea contra quendam obstinatum & bestialem aduersarium, qui tandem meritas dedit pœnas, non ob l. vbi cœptum. ff. de iud. quia ex quo alia pars, scilicet rea, procurauit talem inhibitionem, vt communiter faciunt intrusi in partibus nostris, certè non potest excipi de liti pendencia coram primo iudice, consequenter valet processus agitatus coram secūdo, per illud quod not. Panor. in c. cum M. Ferrarien. circa fin. de constitutio. & in c. ex tenore. iun. c. cum cōtingat. in ij. notabil. de rescrip. & ita seruetur.

Econtra † causa iam incepta in partibus euocatur & cōmittitur in curia, etiam si ad aliquos actus ibidem sit processum, citra tamen cōclusionem in causa. arg. c. pastoralis. de cau. pos. & proprie.

Vnde



Vnde etiã si causa sit instructa, nihilominus euocatur, dummodo in cõmissione sint apposita dicta verba, Citra tamẽ, &c. & ita intelligo quod dixi in superioribus in simili proposito.

Solet tamen huiusmodi cõmissio semper iustificari, dicendo quòd orator sperat non posse consequi iustitiã complementum in partibus. † Quo casu sufficit hoc probare per solum iuramentum impetrantis, quia ea quæ consistunt in mente vel animo alicuius, aliter probari non possunt, vt dicit de ci. Rot. xlij. quæ inci. Si impetratur. in nouis. allegat. c. si verò. de sen. excõ. & c. vt circa. de rescrip. in vj. 6

Et est aduertendum quòd non est necesse petere specialiter in tali commisione quòd causa auocetur à primo iudice. sufficit enim solum narrare pendentiã litis coram illo, & petere quòd alteri committatur, quia si signatur, Audiat talis, &c. † eo ipso reuocata censetur causa à primo sine alia expressa reuocatione, sec. dom. de Rota decis. lxvi j. incip. Si petatur. in nouis. Et ratio est, quia satis constat de mente cõmittentis alteri causam, quòd voluit eam à primo reuocare, ne continentia causæ diuidatur & contingat intricatio processuum. c. pastoralis, & c. cum contingat. cum ibi not. de rescrip. 7

Auditor † non potest sine speciali mandato admittere articulos obiectiuos post terminum, ideo opus est quòd fiat commissio releuans pro talibus articulis admittendis, vigore cuius commissionis admittitur impetrans ad probandum materias obiectiuas, non obstante lapsu termini, & hoc in prima instantia duntaxat, sed nõ in secunda vel tertia, 8

vt vult decis. xcij. quæ incip. Commissio impetra-  
 ta. Ratio est, quia in dictis aliis instantiis, videlicet  
 secunda & tertia, potest tales articulos de nouo in  
 termino dare, iuxta l. per hanc. C. de tempo. appel.  
 9 & in c. cum Ioannes. de fid. instru. Vnde ex † quo  
 habet ordinarium remedium, non est ad extraor-  
 dinarium recurrédum. l. in causâ. ff. de minori. sal-  
 uo si in secunda vel in tertia instantia specificari nõ  
 posset illa materia, vt quia esset negatiua, vel aliàs  
 impossibilis ad specificandum, quia tunc potest &  
 debet admitti in dictis instantiis vigore dictæ com-  
 missionis, non obstante mala specificatione, secun-  
 dum dom. vt supra. Et hoc modo debet intelligi  
 quod dicit Egidius, conclus. cccxxij. quæ incipit,  
 Commissio. vbi nimis generaliter loquitur, sed de-  
 bet intelligi vt supra.

Et ista procedunt in materia obiectiua, vt iudex  
 non possit post terminum admittere articulos ob-  
 iectiuos sine noua commissione & speciali man-  
 dato. Dicit tamen Egidius conclus. cclxx. quòd ar-  
 ticuli obiectiui non dati in termino, postea in alio  
 termino dari possunt, si alius terminus huiusmodi  
 per iudicem assignetur, & ab assignatione termi-  
 ni non appelletur. Puto tamen ego quòd malè fa-  
 cit iudex assignando alium terminum, quia talis  
 materia est odiosa & restringenda, ex quo non est  
 directè de iure ecclesiæ, vel dantis personæ, vt not.  
 in c. vt circa. de elect. & in clemen. constitutionē.  
 10 eod. titu. Sicut † enim licet vnicuique in suo face-  
 re quòd vult, licet per hoc alius damnificetur: non  
 licet tamen quòd in alienum immittat etiam stra-  
 menta.



menta. l. Proculus. ff. de damn. infe. & in l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui vendicetur. Et ideo † qui dat arti- 11  
culos obiectiuos, non dicitur proprium ius tueri,  
sed alienum impetere. l. iij. §. si duo. ff. ad Carbo.  
Hinc dicit l. quoniam Alexādrum. C. de adul. quòd  
seruus accusatus à domino de adulterio, non potest  
excipere de lenocinio, quia vt dicit Oldra. consil.  
clxx. incipien. Ad hoc, & c. vbi optimè declarat istā  
materiam, † omnis defensio datur seruo, quæ ip- 12  
sum duntaxat tuetur, non alium grauat, quod fa-  
cit exceptio lenocinij. l. ij. §. si publico. ff. de adulte.  
& in l. ita pudor. C. cod. titu. & similiter alia ma-  
teria obiectiua. Nec moueat quenquam secundum  
Oldra. vbi supra, quòd per indirectum & ex quo-  
dam consequenti facit ad ius dantis, quia hoc at-  
tendi non debet. l. i. ff. de author. tuto. & in l. is qui  
duos. de libera lega.

Ex quibus apparet † quòd materia obiectiua est 13  
odiosa & restringenda, & ideo non admittitur vl-  
terius post terminum vel malam specificationem  
nisi vigore commissionis releuantis, vt supra. Au-  
diui tamen quòd aliàs fuit reiecta quædam com-  
missio Regien. in qua petebatur post elapsum ter-  
minum ad articulandum admitti quædam ad pro-  
bādum de falsa expressione valoris in impetratio-  
ne per aduersarium facta, sed illud ideo fortè quia  
poterat ei consuli per gratiam, si neutri.

Secus est in alia materia, in qua † potest iudex ex 14  
æquitate prorogare terminū. c. consuluit. de offic.  
deleg. & ponit Egidius inferendo ad pulchrum ca-  
sum, conclusio. clxxvij. incip. In casu, & c. & sic non

HH ij





obstante lapsu termini admittere articulos qui sunt de bono iure dantis, parte alia etiam non vocata, quia dicit Bald. in c. i. in principio. de milite vassal. qui contumax est, quod interlocutoria, qua iudex dilationes suas moderatur augendo vel minuendo eas, potest fieri parte non citata. alleg. Inno. in c. ad petitionem. de accu. & idem dicit Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. per edictum. in ij. col. quanuis contrarium teneat Bald. in l. i. in fin. C. quomodo & quando iud. Sed primū est verius, quia non requiritur citatio partis in interlocutoria, quæ sit modici præiudicij, puta quæ citationem partis contineat, vel prorogationem termini, sec. Bar. & communiter doct. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul. & lega. & in l. quod iussit. fi. de re iudi.

## SUMMARIUM.

- 1 Si commissæ est possessionis causa, an propterea dicatur causa proprietatis commissæ, & ecõtra.
- 2 Petitorium est principalius, & trahit ad se possessorium.
- 3 Commissiones in curia, late sunt interpretandæ.
- 4 Indefinita æquipollet vniuersali.
- 5 Commissiones non extenduntur ad ea quæ sunt præter vel contra intentionem committentis.
- 6 Commissio includens aliquem vt reum, non suffragatur illi, si actor esse velit.
- 7 Non datur commissio sæpe causis motis, & mouendis

uendis in futurum cōtra certum nominatum.

- 8 Constat appellationem fuisse interpositam tēpore  
commissionis, aliās commissio est nulla.
- 9 Quando eadem die appellatur, & commissio im-  
petratur.
- 10 Non ius impetrantis non inficit ipso iure cōmis-  
sionem impetratam.
- 11 Valet cessio facta vni ex litigantibus lite penden-  
te per tertium.
- 12 Ad videndum taxari fructus & expensas, ci-  
tatur pars.
- 13 De modo liquidandi fructus per iudicem.
- 14 Non derogatur regulæ de infordeſcentibus.
- 15 Potestas exequendi non solet auocari, quando iu-  
dex facere exequutionem cœpit.
- 16 Non est verisimile quòd Papa velit auferre iu-  
risdictionem vni iudici, & dare alteri, nisi  
appareat de eius certa scientia, quòd velit ea m  
auocare.



I commissa † est causa possessionis I  
auditori, non videtur commissa cau-  
sa proprietatis, nec e contra, vt pro-  
bat tex. in l. si de proprietate. C. si à  
non compet. iud. quod intellige ve-  
rum, secun. Bal. in c. i. de cau. pos. & proprie. quan-  
do delegans commisit causam discretiue, nam com-  
mittendo vnum specialiter & expresse, aliud non

expressum videtur denegasse, argu. l. cum prator. ff. de iud. cum similibus. Sed si committat absolute & indefinitè, puta committimus causam quæ vertitur inter Titium & Sempronium super tali re, tunc vtraque causa videtur commissa, scilicet possessionis & proprietatis, vt vult glos. nota. in c. ij. in glo. i. de caus. pos. & proprie. quando delegans commisit causam discretiue. nam committendo vnum specialiter & expressè, aliud non expressum videtur denegasse, argum. l. cum prator. ff. de iudi. cum similibus. Sed si committat absolute & indefinitè, puta, committimus causam quæ vertitur inter Titium & Sempronium super tali re, tunc vtraque causa videtur commissa, scilicet possessionis & proprietatis, vt vult glo. nota. in c. ij. in glo. i. de caus. pos. & proprie. quæ alleg. optim. text. in c. ad hoc. de sequestr. posses. & fruc. de quo latius dixi isto mane in lectione ordinariæ allegando duas decis. vna est in ordi. cccxcvj. in nouis. alia Egidij Bell. de vi. in quibus tenent indistinctè vtranque causam videri commissam, siue committatur discretiue siue indefinitè, maximè quando simpliciter committitur

2 petitorium, quod † est principalius, & trahit ad se possessorium, licet de eo in commissione specialiter non exprimatur. c. cum ecclesia. & c. cum dile-

3 ctus. de caus. posses. & proprie. item quia † commissiones sunt late interpretandæ in curia, vt not. Inno. in c. super literis. de rescrip. Sed istæ rationes iudicio meo militant eo casu quando commissæ est causa absolute & indefinitè. tunc enim includitur vtra-

4 que causa. † nam indefinita æquipollet vniuersali,



iux. glos. vulg. in c. vt circa. de elect. lib. vj. cum similibus. Secus quando delegans commisit causam discretiue per rationem quam prædixi, & ita conclusi in lectione. Possent tamen saluari prædictæ decisiones quando in commissione essent apposita verba quæ possent applicari ad vtrūque, iux. doctri. Innoc. in c. episcopi. de reb. eccle. non alie. vbi dicit q̄ sub illa forma qua scribitur per Cancellariam, Ea quæ de bonis talis ecclesiæ alienata repereris, ad ius & proprietatē ecclesiæ studeas reuocare. Quo casu dicit Innoc. quòd potest agi super possessorio & petitorio, quòd non est mirum, quia tali verba cōprehendunt vtrunq; aliàs minimè, per supradicta.

Ex quibus collige quòd licet commissiones sint latè interpretandæ in curia, vt di. Innocen. quem supra retuli, tamen † non extenduntur ad ea quæ sunt contra vel præter intentionem committentis, vt superiùs probaui. Et ideo dicit deci. Rotæ. ciij. in nouis. † quòd commissio impetrata per actorem contra duos reos, victo vel mortuo impetrante finitur, in tantum quòd auditor non poterit procedere vigore illius commissionis inter illos duos reos simul conuentos volentes inter se experiri, sed necessaria est noua commissio, quia nullus istorū obtinuit hanc commissionē, & quia mutata sunt personæ. nam qui primò fuit reus, nūc est actor. Et ideo illa commissio quæ comprehendebat illum vt reum, non extenditur ad illum eundem vt actorem, licet aliàs sit nominatus in cōmissione, quòd est notab. ad c. P. & g. cum materia. de offic. dele.

Non datur † cōmissio super causis motis & mo- 7

uendis in futurum etiam contra certum nominatum, & ita se habet stilus in similibus, vt legi. & nota. in c. ad hæc. de rescrip. nisi liquidò appareret de veritate rescripti seu commissionis, & certa scientia papæ, quia tunc parendum esset. fac. c. audita. in princip. de resti. spolia. & quod notat. in c. si quando. de rescrip. aliàs minimè, bene tamè datur commissio super causis motis & mouèdis per impetratorem, dummodo non addatur illud verbum, in futurum. Et tunc talis commissio extenditur dūtaxat ad causas tunc, id est, tempore impetrationis, & nō postea exortas, vt vult decis. cxlviiij. quæ incip. Commissio. in nouis. quod dicit procedere etiam si postea statim inciperet competere actio, puta si post impetrationem incipiat possidere, & spoliatus vult agere de possessorio, certè non potest vigore dictæ commissionis, quæ non extenditur ad futura vt dixi. fac. c. si. de rescrip. ibi, ad futuras trahunt controuersias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis exortæ. Et ideo dicit Egidius Bell. conclu. cap. † quòd si constat appellationem non fuisse interpositam tempore commissionis impetratæ, talis commissio effectualiter nulla est, quia ad futuram appellationem extendi non potest. allega. c. nonnulli. de rescrip. † Quid autem si eadem die fuisset appellatum, & similiter impetrata commissio, quod istorum præsumeretur præcessisse? Et videtur Egid. inclinare quòd excipiens contra commissionem haberet probare commissionem præcessisse, vt ibi per eum, & latiùs ponit vna decisio, ccx. quæ incipit, Si immediatè. in nouis.

Sed

Sed quid si impetretur commissio super certa re, & quibusdam aliis rebus, iux. c. Pastoralis, de rescri. & tempore impetratæ commissionis nullū ius sibi competit in illis rebus, sed post impetrationem sibi ceduntur vel donantur? an valeat commissio taliter impetrata? di. notabil. decis. Rotæ clxxvj. quæ incip. Commissio impetrata. in nouis. quod valet etiam si cessio vel donatio fiat post litem contestatam. per cap. abbate sanè. de re iud. lib. vj. pro quo facit bona ratio, † quia non ius impetrantis non inficit ipso iure commissionem impetratam, aliàs exceptiones peremptoriae concernentes negotium principale possent obiici contra literas, & litis cōtestationem impedirent, contra casum. cap. i. de lit. contest. libr. vj. Sed istud ego intelligo dummodo ex inspectione commissionis non appareret euidenter de non iure impetrantis, aliàs non daretur sibi commissio, vt si exprimeret talem causam etiam proprietatis, qua expressa non darentur literæ etiam ad possessorium, iuxta singulare dictum Vinc. quod ibi clarè declarat Abb. in c. ex parte. b. in fi. col. de fo. cōpeten. & Rom. consi. ccccxcix. aliàs procedit quod statim dixi ex mente Rotæ.

Ex quo infertur alia conclusio secundum dominos vbi supra, quod cessio † facta vni ex litigantibus lite pendente per tertium, valet & tenet. clem. ij. cum ibi notat. vt lit. penden. Nec ista sunt cōtraria conclusioni præcedenti, quia commissiones nō trahuntur ad futuras controuersias, vt dixi supra, sed super controuersia tempore impetrationis iuste vel iniuste exorta includunt omne ius tunc cō-



petens impetranti vel comperiturum exposit etiam post litem contestatam. dicto c. Abbate sanè. quod est sanè intelligendum quando impetrans non expressit certam causam, sed in genere dixit sibi ius comperere absque alicuius causæ declaratione seu specificatione, ut vult ille tex. not.

Latis tribus sententiis conformibus, vel vna quæ transiit in rem iudicatam, solet impetrari vna commissio, per quam committitur eidem auditori qui tulit tertiam sententiam, vel primam appellatione non suspensam, ut taxet fructus à tempore moræ litis perceptos per illum qui succubuit, & etiam expensas, ut superius in alio proposito dixi. Dubitatur modo an in sententia taxationis saltem expensarum debeat citare aliam partem? Bar. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expē. dicit quod non. & in l. ii. C. quomod. & quand. iud. † Sed in curia seruatur contrarium, quia citatur pars per cursorem ad videndum liquidari fructus, & taxandum expensas, ut ponit decis. Rotæ cccciij. quæ incip. Fuit dubitatum vtrum subexequutor. in no.

13 Qualiter † autem auditor habeat liquidare fructus, ponit decisio Rotæ cccxxxvij. quæ incip. Auditor. in nouis. vbi dicit quod habet declarare taxando fructus singulis annis tantum valuisse & valere, fietque postmodum coram exequutore computus quot annis possederit, & fructus perceperit, & compelletur per eundem exequutorem ad restituendos omnes fructus vsque ad illud tempus perceptos. Non solet dari commissio de fienda sequestratione aliarum rerum quam earum de quibus agitur, etiā obtentis

obtentis exequutorialibus, & sequuta excommuni-  
catione, aggrauatione, reaggrauatione, &c. Et ideo  
si possessor beneficij post primam sententiā latam  
contra se in curia nō dimittat possessionem bene-  
ficij, nec velit ponere fructus in sequestrum, prout  
tenetur, iux. cle. i. de sequestr. tunc non datur com-  
missio de sequestrandis fructibus aliorum benefi-  
ciorum eiusdem. Eodē modo si quis innodatus est  
prædictis censuris pro certa summa pecuniarum,  
in qua extitit condemnatus, quia iudicato non pa-  
ruit: non datur etiam contra talem commissio, in  
qua petitur quòd debeant sequestrari fructus suo-  
rum beneficiorum vsque ad condignam satisfactio-  
nem illarum pecuniarum. fac. ad hoc rubr. & nigr.  
C. de prohibi. sequest.

Istud tamen debet sanè intelligi, cum ista modifi-  
catione, videlicet, nisi lapsum foret tātum tempus,  
vt propter inordescentiam in censuris exequutio  
nimium differretur. Et ideo in tali cōmissione de-  
bet exprimi tempus, in quo talis debitor sic mansit  
innodatus & inorduit, tunc enim propter nimiam  
illius contumaciam & inordescentiam dabitur cō-  
missio de fructibus beneficiorum sequestrādis, arg.  
c. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non cōtesta. & l.  
Fulcinus. §. fi. vbi bonus tex. ff. ex quib. cau. in pos.  
ea. Datur enim tali casu huiusmodi commissio pro-  
pter inordescentiam, tanquam remedium substi-  
diarium in eorum odium qui tandiu inordescunt,  
& contemnendo censuras ecclesiasticas veniunt in  
profundum malorū. c. cum non ab homine. de iu-  
di. Propter quod nō solet dari derogatio regulę de 14

inordescantibus, nisi pauperibus, præsertim quando per annum inorduerunt. Et si ponantur hæc verba in supplicatione, videlicet, etiam in singulis casibus, eiusdem regulæ verba huiusmodi consueuerunt tolli propter bullam in cœna domini.

Quando committitur causa nullitatis alicuius sententiæ cum illa clausula consueta, sine tamen præiudicio legitimæ executionis, prout in superioribus dixi, † tunc non solet dari cōmissio quòd iudex cui committitur causa dicte nullitatis, procedat ipse super executione, quatenus sit procedendum auocata tali potestate exequendi ab alio iudice, & hoc quando idem iudex cœpisset facere executionem. fac. text. vulgar. in l. vbi cœptum. ff. de iudi. & quod nota. in c. ex tenore. de rescrip. ad idē faciunt notata per Inno. in c. cum M. de constitur. c. vt nostrum. de appel. & c. vt debitus. eodem titulo. 15  
16 lo. per quæ apparet quòd † non est verisimile quòd Papa velit auferre iurisdictionē vni iudici, & dare alteri, nisi appareat de certa eius scientia quòd velit eam auocare. Idem dicit Egidius conclusione ccccix. quæ incipit, Si auditori, & c. Et hoc indubitanter procedit in Romana curia, secus in partibus, per rationem quam in superioribus dixi.

## SUMMARIUM.

- 1 Valet processus contra intrusum, mentione non facta de intrusione lite pendente.
- 2 Quando petitur dari iudici adiunctus.
- 3 Cautius est agendum quando vertitur maius periculum.

4 Datur



- 4 Datur adiunctus etiam post litem contestatam, dummodo non sit conclusum in causa. -
- 5 Ad solam allegationem suspicionis, nouus iudex non debet dari.
- 6 Ad solam allegationem datur adiunctus.
- 7 Propter solam cōfessionem iudicalem spoliij, exequutoriales non possunt decerni.
- 8 Præceptum iudicis, loco sententiæ succedit.
- 9 Ponens videtur fateri omnia in positionibus contenta.
- 10 Positio etiam iurata, per errorem facta, potest reuocari.
- 11 In possessorio sufficit titulus coloratus.
- 12 Coloratus quando dicatur titulus.
- 13 Si constat in iudicio de titulo reprobo, spoliatus non debet restitui.
- 14 In prophanis propter notorium non ius agentis, non impeditur restitutio.



Trum † autem valeat processus factus per exequutorem sententiæ cōtra intrusum, licet de intrusione facta lite pendente, vel post sententiā non cognouerit? Dicendum est quòd valeat secūdum dominos de Rota decis. cccclxxx. quæ incipit, Si exequutor. in nouis.

Et ideo datur commissio quòd exequutoriales possint intimari intruso pendente lite non cognito aliter per exequutorem an sit intrusus pendente

lite, vt in superioribus latius dixi.

- Dantur literæ per Cancellariam quando petitur
- 2 † deputari adiunctus propter suspicionem iudicū ab aduersario impetratorum. Sed hoc datur quo ad Cancellariam ita demum, si nondum est ad litis contestationem processum, iux. not. per doc. in c. insinuante. de offi. deleg. & c. causam quæ, co. tit. iun. l. apertissimi. C. de iud. Signatura autem rarò consuevit concedere adiunctum propter intricaciones iudiciorum, quæ inde contingunt. arg. c. cum contingat, de rescr. nisi fortè in criminalibus propter maius periculum quod in illis † vertitur, ideo
- 3 cautius est agendum. l. sciant. C. de probat. cum vulg.

Dat † autem signatura adiunctum etiam post litem contestatam, dummodo non sit conclusum in causa, raro tamen hoc concedit, vt præmissi, & aliquid tangam in sequentibus. Ideo autem propter suspicionem iudicum ab aduersario impetratorum datur ad instantiam alterius partis adiunctus, non autem illis primis totaliter inclusis dantur noui iudices, quia † ad solam allegationem suspicionis nõ debet dari nouus iudex, cum habeat allegans remedium arbitratorum, iux. c. suspicionis. de off. deleg. & in c. ab arbitr. eo. ti. lib. vi.

- 6 Ideo † ad solam allegationem datur adiunctus, ad hoc vt lites sine suspitione procedat. l. apertissimi. C. de iud. & pro deputatione huiusmodi adiuncti fac. ibi authen. seq. si verò. licet loquatur in dando adiunctum quando ordinarius recusatur.

Sed idem seruatur de stilo curiæ quando iudices impetrati

impetrati allegantur suspecti per aliam partem, vt patet ex præmissis. predicta procedunt quando petitur adiunctus vt supra.

Aliud seruatur circa dandum confidentem, quia in tali materia semper consuevit dici, Dummodo partium ipsarum confidens per eosdem iudices eligatur. Post quam deputationem & electionem si deputatus vnà cum dictis iudicibus vel eorum altero procedat, parsque redeat conquerens de duobus iudicibus ad nutum aduersarij impetratis, & propterea velit auocare ab eis causam, & alteri committi, non auditur: quia (vt superius dixi) ad solam allegationem suspicionis non datur nouus iudex, per rationem vt supra. Ideo tunc additur in commissione, quòd prædicti iudices procedere non valeant sine deputato aliàs ad instantiam ipsius oratoris impetrato. Et ita seruatur.

Si spoliatus beneficio agit de spolio, aduersarius eius videns se succumbere obtinet procedi in petitorio dicto spolio purgato, quod tamen post trinam dilationem eidem concessam non facit, petit modo spoliatus † quòd propter istam confessio- 7  
nem aduersarij (quæ iudicialis est) decernantur executoriales ad instar rei iudicatæ. An debeat hoc sibi concedi? Audiui quòd aliàs hoc fuit denegatum per Reueren. Cardi. Alex. Et potuit esse ratio, quia dato etiam quòd talis confessio sit iudicialis, & in confessum nullæ sint pattes iudicis. l. proinde. cum vulg. ff. ad leg. Aquil. tamen requiritur saltem præceptum iudicis. l. si. debitori. ff. de iudic.



- 8 quod præceptum † succedit loco sententiæ. *sec. Panormita. & doct. in c. fi. de confes. Item quia confitito de errore forsan posset reuocari, iuxt. nota. per Ioan. And. in c. fi. de iureiuran. lib. vi. vbi dicit quòd*
- 9 positio, & sic confessio, † quia ponens videtur confiteri omnia contenta in positionibus, *iuxt. nota. in c. i. de confes. eodem. lib. † positio (inquam) facta per errorem potest reuocari docto de errore, etiam si sit iurata, dummodo fiat per modum credulitatis, sec. Egid. conclus. ccccxxi. Cum ergo talis confessio in omnibus vim sententiæ non sortiatur, certè non possunt decerni aliquo modo tales executoriales vigore solum confessionis, quanuis illa sit iudicialis, vt supra.*
- 11 In possessorio † non statuitur terminus de probando canonico titulo, quia in eo sufficit quòd existat coloratus, vt notat Inn. in c. in literis. de restit. spolia. quod est receptum potius per stilum, quàm quòd sit introductum de iure communi. Ratio autem istius stili, quòd agens interdicto recuperandæ, teneatur coloratum titulum producere, fuit introducta & sumpta à paritate rationis. c. cum qui. de eo qui mit. in posses. caus. rei seruan. lib. vi. Et hoc firmat collector decisionũ in nouis, decis. cccxcij. quæ incip. Si conferatur. subiiciens ex mente Innocen. in c. ex parte. de restit. spolia. sufficere pro † colore quòd agens interdicto probet se autoritate superioris possessionem beneficij apprehendisse, licet fortè sua collatio siue electio sit vitiosa & non canonica, quia etiam prædo restituendus est. c. in literis. cum seq. de rest. spo. fa. c. cum nostris. de concess.

conces. præb. cum ibi not.

Quod ego intelligo procedere cum ista limitatione, videlicet † nisi notoriè constaret in iudicio<sup>13</sup> de titulo reprobato petētis restitui, iux. notabile dictū Innoc. in c. cū ecclesia Sutrina. de cau. posses. & proprie. vbi dicit quòd prædo & possessor malæ fidei restituendus est, nisi cōstet in iudicio eū esse prædonem per confessionē vel pacta, vt in c. significasti. de diuor. fa. c. ad decimas. de resti. spo. lib. vi. & quod not. Innoc. in c. constitutus. de fil. presbyterorum.

Quid autem si conuentus super spolio vult improbare titulū allegatū, excipiendo ipsum nunquā sed alium tempore spoliationis prætenſe possedisse, peritque ad id probandū se admitti, an sit audiendus? In hoc per omnes dominos fuit aliàs cōclusum quòd sic, sed collector tenet contrarium, talē scilicet in probādo hanc exceptionē nullatenus audiendum, nisi de hoc notoriè constaret, vt dixi statim ex mente Innoc. hæc ponit dec. ccccxxxix. quæ incip. si agēti. in nouis. & certè collector mouetur bonis rationibus, vt in dicta decisio. & patet ex præmissis. Prædicta procedunt in beneficialibus, ne in illis detur vitiosus ingressus per rationem d. c. eū qui.

Secus † in prophanis, in quibus propter notoriū<sup>14</sup> non ius agentis non impeditur restitutio, quia in illis cessat ratio quæ militat in beneficialibus, & subest odium spoliatoris, prout tenet decis. vij. quæ incip. Nota quòd vbi agitur. in antiquis. & Oldr. cons. i. vbi quo ad beneficialia ponit notabile dictum, quòd spoliatus possessione beneficij, quam manu & auctoritate regia fuerat consequutus, non

venit restituendus. Quod ego intelligo quando de hoc constaret notoriè, vt supra.

## SUMMARIUM.

- 1 *In commissionibus iustitiæ, decretum irritans nō apponitur.*
- 2 *Præsentatio commissionis operatur acquisitionē iurisdictionis actu.*
- 3 *Ad hoc vt possit inhiberi, oportet coram iudice inhibente litem pendere.*
- 4 *Præsentata commissione iudex potest inhibere.*
- 5 *Datur commissio quòd simul cognoscatur de nullitate, innouatis, & principali.*

**I**N commissionibus ꝛ iustitiæ decretum irritans non consuevit apponi. Vnde si in commissione petatur adiunctus deputari, nō debet addi clausula, Quòd si absque eo quicquā fieret, ex nunc irritum sit & inane, &c. Sed in tali casu per signantē solēt addi ista verba, Quòd si post cōmissionē præsentatam secus actum fuerit, &c. Dicunt tamen aliqui, & fortè non malè, quòd etiam talis additio non est multum necessaria, cum statim valeat inhiberi aliis coniudicibus per ipsum adiunctum, ꝛ qui statim præsentata commissione recipit iurisdictionem actu. c. super eo. ij. de appel. no. gl. in c. i. in ver. receptis. de procur. in cle. Archid. in c. si is cui. de off. deleg. lib. vi. & in c. is qui. de procu. co. lib. cum multis aliis quotis allegatis per Roma. conf.



consi. ccclij. incip. Quo ad primum, &c. Vnum tamen videtur obstare, in quantum dixi quòd adiunctus præsentata commissione statim potest inhibere aliis coniudicibus, quia † ad hoc vt possit inhiberi oportet coram iudice inhibente pendere litem, vt prob. in c. tuam. de ord. cog. c. lator. & c. causam. qui fil. sint legi. sed lis non potest dici pendere, nisi saltem sequuta citatione. cle. si. vt lit. pend. Ergo ante & sic statim præsentata commissione videtur quòd adiunctus non possit inhibere. 3

Nihilominus hoc non obstante contrarium practicatur, nam † iudex præsentata commissione discernit simul & semel citationem cum inhibitione. 4  
Ad quod faciunt no. per Bald. in authen. causa quæ fit cum monacho. & melius in l. presbyteri. C. de episc. & cle. & per domi. Ant. in d. c. tuam. pro qua practica facit bona ratio, quia inhibitiō potest fieri præsentate & inuita altera parte, & suis iudicibus, ergo & absentibus, & minimè citatis, per regul. quod potest inuitis. ff. de reg. iur. facit l. iij. §. illud. ff. de fideicom. liber. Concluditur ergo quòd adiunctus potest statim inhibere, vt supra. Sed quia talis inhibitiō non impedit processum illorum coniudicum, nisi postquam eisdem intimatur, ideo bonum est quòd addantur in commissione illa verba, Quòd si post commissionem præsentatam secus, &c.

Si diuersæ causæ etiam forsan dependentes diuerso tempore sint introductæ, & contingat illas auocari & alteri committi, parsque ex aduerso instet vt eodem modo diuersis scilicet temporibus

decidantur, prout etiã decidisset primus iudex, ne registra & causã inculcentur. argu. l. permisceri. ff. de acquiren. pos. & l. ordinarij. C. de rei. vendi. nihilominus consuevit addi in tali commissione hæc clausula coniunctim vel diuisim, Prout præfato iudici vel auditori videbitur. quod fit ea ratione, quia posset fortè expedire partibus vt omnes causæ (de quibus actum est) simul & semel diffinirentur, & e contra, vt est tex. optimus. in c. ij. de cau. pos. & proprie. vbi probatur quòd licèt simul actum est de possessorio & petitorio per spoliatum, quo casu de iure debet vtrunque vna sententia terminari data prærogatiua possessori in ordine pronunciandi, vt in c. cù ecclesia Sutrina. & c. cum dilectus. eod. titul. si tamen iudici videbitur hoc expedire & fore cõducibile, poterit discutere probationes super possessorio, & illud priùs terminare. Pari modo si viderit magis expedire vt simul terminentur, poterit simul & semel vna sententia diffinire, quia commistio & cumulatio cõseruans ius partium & illis proficiens debet per iudicẽ admitti. l. i. ff. de quib. reb. ad eund. iudi. ea. debet enim iudex parcere sumptibus litis, vt sic quàm minimè fieri possit grauentur partes in illis. c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. vi. cum similibus.

5 Qua ratione conceditur † commissio quòd simul & semel cognoscatur & iudicetur de nullitate sententiæ, innouatis seu attentatis, & negotio principali, ne continentia causæ diuidatur, & fiant plura registra in damnum & dispendium partiũ, quod bonus iudex debet cauere, vt dixi. Et idem in similibus casibus.

## SVMMARIVM.

- 1 Auditor non citat quem personaliter sine speciali commissione.
- 2 Citatio personalis propter quas causas cōcedatur.
- 3 Clausula, Constito de assertis, quid importet in cōmissionibus.
- 4 Verbum constito, importat vocationem partis.
- 5 In informatione super non promouēdo debet pars vocari.
- 6 Verba impropriantur ratione materie subiecte.
- 7 In iudicialibus semper requiritur partis vocatio.
- 8 Quando agitur de re modica & paruo præiudicio, non est necessarium quod pars citetur.
- 9 Clausula, Constito de paupertate, vel constito de bono iure.
- 10 Mandatum de non innouando intelligitur scilicet in præiudicium litis.
- 11 Inhibendi non sunt, nisi collitigantes.
- 12 Pendente appellatione omnia debent esse in eodem statu quantum ad collitigantes, non quantum ad extraneos.
- 13 Quando signatura dicit, prout de iure, quid significet.
- 14 Spoliatus, post sententiam contra se in possessorio latam quæ transiit in rem iudicatam, auditur, sed resectis expensis.
- 15 Quæ acta percutunt perempta instantia.



16 *Iteratio terminorum fit vnico actu.*

17 *Si commissio habet quod simul & semel, &c. nihilominus primum potest expediri de quo prius constat.*

I



Iteratio personalis † non potest decerni per auditorem, nisi expressè & specialiter sibi committatur, vt di. glos. exposuit. in ver. personaliter. de dila. Ex multis autem & diuersis causis citationes personales conceduntur, vt in c. i. de iudi. libr. vi. & in cle. i. eo. tit. & inter cætera quando agitur de crimine cõtra aliquem, etiam ciuilitè † conceditur citatio personalis, tum propter pœnam ordinariam sibi pro crimine infligendam, & causam in qua non potest interuenire procurator. l. penul. §. ad crimen. & in c. tuæ. tum etiam propter enormitatem fortè criminis, & scandali ex hoc exorti in partibus. Et quia forsàn non potest ita plenè constare nec probari per testes de facto, sicut per suam responsionem & confessionem, iis respectibus conceditur citatio personalis, prout superiùs in alio proposito dixi. Solet tamen in commissione super tali materia dici illum de iis fore publicè diffamatum, & ideo additur in commissione, Citet personaliter, si repererit de contentis in commissione publicè diffamatum. Quo casu super infamia & diffamatione illius auditor recipit testes, sed non recipit aliquos testes pro parte infamati de bona fama, vt firmat decisio Rotæ cccclxxvij. incip. Auditor. in nouis.

Secus

Secus fortè si in commissiõne diceretur, † con- 3  
 stito de assertis, quia tũc non potest citare illũ per-  
 sonaliter, nec facere informationẽ super infamia,  
 nisi prius citet procuratorẽ illius, & recipiat testes  
 pro parte sua super bona fama: & hoc propter † 4  
 verbum constito, quod importat vocationem par-  
 tis, iux. glo. in cle. præsent. in ver. cõstiterit. de cen-  
 sib. & po. decis. dclxxxiiij. quæ incip. Dic quod si in  
 aliqua. in antiquis. Et idẽ in similibus casibus quan-  
 do in cõmissiõne dicitur, constito de assertis. nam  
 semper citãda est pars, vel eius procurator, antequã  
 auditor faciat summariam informationẽ super as-  
 fertis in commissiõne. Imò danda est ei copia rece-  
 ptorum in informatione super assertis, vt nota. sen-  
 tit decis. dclxxxiiij. in antiquis.

Et ex hoc infero quod si cõmittitur auditori, vt  
 constito sibi illum cuius beneficium est impetratũ  
 tanquam vacans, per eius non promotionem, per  
 verisimiles coniecturas non fuissẽ promotũ, præfi-  
 gat ei tempus intra quod doceat de promotione,  
 vel de impedimento, aut dispensatione. iuxta c.  
 commissã. cum ibi not. de elect. lib. vj. Certè ha-  
 bita tali commissiõne auditor in informatione hu-  
 iusmodi super non promotione debet † primò & 5  
 ante omnia vocare partẽ, & summarie de hoc co-  
 gnoscere, & hoc propter naturã illius verbi, consti-  
 to, &c. Idem tamen dicendum esset hoc casu, etiam  
 si in huiusmodi cõmissiõne non esset verbum con-  
 stito, sed aliud, puta, si inuenerit, vel si repererit,  
 quia talia verba licet de sui natura non inferãt ne-  
 cessariò vocationem partis, vt superius dixi, tamen

quando adiiciuntur in personam iudicis, & circa materiam iudicalem, accipiuntur pro verbo, si cō-  
 6 stiterit. † Et sic ratione subiectæ materiæ improprian-  
 7 tur, argum. l. si vno. ff. loca. Et hoc in terminis  
 firmat Egid. cōclu. clxxvj. inci. Auditor, & c. In † iu-  
 dicialibus enim semper requiritur (secūdum eum)  
 partis vocatio. c. inter quatuor. de maio. & obe. c.  
 in nomine domini. de testi. Quæ decisio in hoc nō  
 procedit mihi sine dubio, quia talis informatio po-  
 tius est extraiudicialis: quo casu satis videtur quod  
 ipsi auditori & sibi soli cōcludat, vt sentit deci. Ro-  
 tæ cccclxxvij. in no. quā super. allega. & alia in an-  
 tiq. dclxxxv. quæ incipit, Nota si ponatur.

In commissiōe possent tamen istæ decisiones  
 concordari cum dicto Egidij, vt quādo ponitur in  
 commissiōe, si inuenerit, vel si repererit, & agi-  
 8 tur † de re modica & paruo præiudicio, tunc non  
 est necessariū quod pars citetur. Secus quando tra-  
 ctatur de graui præiudicio, vt in exēplo Egid. circa  
 informationem super non promotione, cum talis  
 materia sit grauis, ex quo agitur de priuatione, in  
 qua est procedendum citata prius parte, & adhibi-  
 ta summaria cognitione super tali extraiudiciali in-  
 formatione, vt vult Egid. Et hanc distinctionē vi-  
 detur sentire decisio Rotæ dclxxxvj. quæ inci. Do-  
 minus Petrus. in antiquis. Quæ distinctio potest ha-  
 9 bere locum etiam quādo adest in cōmissiōe illa †  
 clausula, Constito de assertis, vel alia similis, puta,  
 constituto de paupertate, aut constituto de bono iure.  
 licet aliqui dicant his & similibus casibus indistin-  
 ctè non requiri citationem partis, quasi huiusmo-  
 di



di informationes sint extraiudiciales, & propterea dicunt sufficere quòd si soli iudices còcludant: pro quo faciunt duæ decisiones superius allegatæ.

Hodie practicaui vnã commissiõnem, quæ talis est. Petebatur vt constito de re iudicata mandaretur eidem auditori taxari fructus & expensas. Itẽ quòd procederet super attentatis & innouatis lite pendente, & quòd inhiberet tam parti contrariæ, quàm etiam iudicibus & colonis, ne aliquid innouarent lite pendente. in pede cõmissiõnis erat additum ad illa verba de non ¶ innouando, videlicet, 10  
In præiudicium dictæ litis. Quæ clausula ideo apponitur, quia nõ omnia quæ fiunt lite pẽdente, etiam per ipsas partes, dicuntur attẽtari vel innouari, nisi fiant in præiudicium illius litis. Et ideo si reus lite pendente continuat suam possessionem, non dicitur attentare. c. i. vt lite penden. & in c. dudum. de privileg. Nec iudex dicitur innouare, si reformat possessionẽ appellanti in qua turbatur pẽdente appellatiõne. c. cum teneamur. de appel. facit ad hoc quod notat Innocen. in c. dilectæ. de excep.

Signatura autem dictæ commissiõnis erat talis, videlicet, Placet prout de iure. De quo valde miratus sum, attento quòd omnia petita in dicta commissiõne sunt iuridica, & procedunt de iure, vt patet ex præmissis. Sed fortẽ ideo fuit signata prout de iure, quia petitum fuit vt inhiberetur etiam colonis, qui non sunt de collitigantibus. Constat ¶ fau- II  
tem de iure non esse inhiibendum, nisi collitigantibus tãtum, arg. eor. quę notan. in l. creditor. §. mandatorem. in prin. ff. mand. & in c. Roman. §. in aliũ.

de appella. lib. vj. In quibus locis habetur in simili  
 12 quòd † pendente appellatione omnia debent esse  
 in eodem statu. Hoc verū quantum ad colligātes,  
 non quantū ad extraneos: licet aliqui dicant inhi-  
 bendum esse etiā illis, qui liti possunt præiudicare,  
 vt sentit deci. Rotæ lvij. inci. Nota quòd vbi audir-  
 tor. in antiquis. Istis (vt puto) respectibus fuit dictū  
 13 in signatura, Placet † prout de iure. Et isto modo  
 semper concipitur signatura, quando omnia petita  
 non sunt concessibilia, vel quādo aliquis articulus  
 est valde dubius in iure, tunc committitur iudici vt  
 procedat circa illud, prout de iure. Fa. c. cum venif-  
 set. ibi, secundum ius. & c. de eo qui mit. in posses-  
 cau. rei seruan.

14 Quando † sententia absolutoria fertur in posses-  
 sorio pro possidente & spoliante, & contra spolia-  
 tum in expensis condemnatum: si dicta sententia  
 transiit in rem iudicatam, & spoliatus petat resti-  
 tuti propter negligentiam sui procuratoris debito  
 tēpore non appellantis, auditur, sed resectis expen-  
 sis, nisi alleget paupertatē: quia tūc datur sibi cōmis-  
 sio constituto de ipsius paupertate: & expensæ reser-  
 uātur in fine litis, aliàs tenetur prius satisfacere ex-  
 pensas possidenti, vt prædixi. Et hoc modo debet  
 intelligi & limitari decisio Rotæ cccxix. quæ inci.  
 Licet spoliato. in nouis. vbi dicit spoliatū succum-  
 bentem in possessorio, & volentem resumere pe-  
 titorium antea per ipsum suspensum, non teneri  
 ante huiusmodi resumptionem satisfacere possi-  
 denti de expensis, in quibus extitit condemnatus,  
 sed victor recuperet eas (si velit) vigore exequuto-  
 ria

riæ suæ super sententia prædicta factæ, & nihilominus in petitorio procedat. Ratio est secundum dominos, quia tali casu cessat odium ex parte spoliati, sed non cessat in casu econuerso, quando scilicet spoliator succumbit in possessorio. Quo casu ante ingressum petitorij per ipsum intèrandi, debet spoliatus plenè & integraliter restitui, etiam quo ad fructus & expensas. c. fin. de ordi. cog. c. Pisanis. de restitu. spoliato. & in c. significauerunt. de testi. Primus ergo casus debet limitari, vt spoliatus succumbens in possessorio non teneatur ante omnia satisfacere de expensis, si velit prosequi vltèrius causam in petitorio vel possessorio, nisi dicta prima sententia transiisset in rem iudicatam. tunc nihilominus auditur si velit prosequi, sed resectis expèsis (vt supra) propter transitum in rem iudicatam, per præmissa.

Quando instantia statutaria dierum vtilium est decursa, puta in capitolio secundum statuta vrbis, & dubitatur quod sententia propter id subiaceat nullitati, tunc impetratur commissio vt in omnem euentum reiteratis omnibus terminis, simul & semel ac vnico contextu iudex ad vltèriora procedat & terminet. aliàs iustitiam ministrando, datur talis commissio, sed resectis expèsis. Pro ista practica facit bona glo. iunct. tex. in l. properandum. in princ. C. de iudi. in ver. triennij. vbi tenet quod † perempta <sup>15</sup> instantia, ex quo pereunt acta ordinatoria, sententia super illis lata non tenet, quia reperitur lata sine tela iudicij, & substantialibus debitis. Perimitur enim citatio libelli, litis cõtestatio, satisfactio, & similia, quæ sunt acta litis ordinatoria, sed nõ perimuntur.



tur acta causę tendentia ad veritatis indagacionem, vt depositio testium, confessio partium, & cętera huiusmodi, vt hęc proban. ex l. cum lite mortua. ff. iudica. solui. iunc. l. cum antea. C. de arbitris. & l. iubemus. C. de lib. cau. ponit Innoc. & seq. Panor. mita. in c. causam quę. j. de testib. & Barto. in l. d. cū lite. Et licet prædicta iura loquantur in peremptione instantię per lapsum triennij de iure ciuili, idem tamen intelligo in peremptione instantię statutarię, quāuis illa sit breuior, arg. l. ij. C. de noxali. cum similibus. Isto ergo respectu ex quo instantia statutaria est decursa, & ob id sententia non valet, sup-  
 16 plicatur vt † reiterentur omnes termini simul & semel ac vnico contextu, pro qua practica fac. gloss. not. quam ibi ad hoc ponderat Bartol. in l. mutari. in princip. ff. de procura. Et Panor. in c. quia Gul. de iudic. debet tamen prius reficere expensas, vt supra. Et vide quod de reiteratione terminorū dicit Decisio. cxxxv. incip. Si mandetur. in nouis. Quando hæres institutus in aliqua hæreditate conuenitur à pluribus creditoribus vel aliis prætendentibus habere aliquod ius in bonis & rebus dictę hæreditatis, si adiuit cum beneficio inuētarij, iux. l. fin. C. de iur. delib. ne in variis curiis habeat distrahi, potest petere commissiõem, vt committatur vni iudici causa de & super discussione bonorum, aut termino quin quennali, iuxta l. fi. C. qui bon. cede. poss. post quam obtentam & præsentatam, & si super aliqua re quę sit de pertinentiis dictę hæreditatis, conueniatur dictus hæres coram alio iudice etiam ordinario, puta vicario Papę, tunc potest pe-  
 tere

tere aliam commissionem cum prima præinserta ad euitandum circuitus & expensas, vt illa causa à vicario auocetur, & committatur primo iudici cū dicta causa discussione audienda, termināda, & decidēda, prout iuris fuerit. Et datur talis commissio, argum. c. dispendia. cum similib. de rescrip. libr. vj. Sed in pede commissionis adduntur ista verba, Simul vel separatim: quod fit per rationem quam in superioribus dixi in simili proposito.

Si pars innodata censuris obtineat committi causam super nullitate censurarum iuxta ea quæ habentur in c. i. de appell. & in c. per tuas. de sen. excom. cum simi. potest nihilominus alia pars petere commissionem, & cōceditur quòd simul & semel procedatur super confirmatione vel infirmatione sententiæ, & etiam super prætenfa nullitate censurarū. Pro quo facit, quia commissio conseruans ius partium & illis proficiens debet admitti, vt prob. in c. ij. de caus. posses. & proprie. Secus si commissio ius peruertat, quia illa reprobatur. c. exhibita. de iudi. & suprā iam bis dixi in simili proposito. Puto † ta- 17  
men quòd quæstio censurarum potest prius expedi-  
ri, si de ea prius constet, non obstante tali commis-  
sione, quæ habet quòd simul & semel, & c. quia hoc  
non tollit commissio, sed solum tollit priuilegium  
quod habet prætenfa nullitas censurarum. Ad quod  
optimè fa. cōclus. Egidij ccccvj. vbi formaliter di-  
cit, Quæstione spoliationis beneficij mota incidē-  
ter per modum attentati, & lata vna sentētia super  
attentatis, scilicet pro suspensione petitorij, si reus  
spoliator impetret cōmissionem vt præmissis non

obstantibus procedatur super petitorio & possessorio simul, nihilominus potest prius possessoriū expediri, si de eo prius constet, per rationē de qua supra.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Qui de ordine sancti Ioānis Hierosolymitani est, coram magistro Rhodiensi debet conueniri.*
- 2 *Datur commissio aduersus obligationem simoniacam, etiam in forma cameræ factam.*
- 3 *Transactio, resignatio, & quilibet actus simoniacus celebratus non tenet, etiam in præiudicium resignantis, & paciscentis.*
- 4 *Iuramentum interpositū super obseruatione peccati mortalis est nullum.*
- 5 *Conuentiones turpes non validantur iuramento.*
- 6 *Relaxatio præsupponit vinculum.*
- 7 *Promittens soluere vsuras, non peccat.*
- 8 *Iuramentum continens turpitudinem vtriusque, non requirit relaxationem.*
- 9 *Processus qui portantur ad curiam de partibus, modicum valent.*
- 10 *Quando sanatur nullitas non refectis expensis.*

**I** quispiam † de ordine & religione sancti Ioannis Hierosolymitani conueniatur coram aliquo iudice etiam delegato apostolico, potest petere commissionem, & datur quòd auditor cameræ inhibeat iudici & parti ne contra talem



talem oratoré in illa causa procedat, etiam sub pœna pecuniaria, puta quingétorum ducatorum. tales enim debent conueniri coram Magistro Rhodiensi, vel certis suis iudicibus iuxta eorum priuilegia à sede apostolica indulta dicto Magistro Rhodi. & illi ordini. Facit tex. cum sua materia in c. cum ordinem. de rescrip. cum multis ibi per doct.

Stilus signaturæ est in obligationibus quæ fiunt in forma cameræ non dare absolutionem à iuramento ad effectum agendi. Ad quod facit in simili bonus text. in c. super hoc. de renun. & in c. sollicitè. de restitu. spol. Si tamen sit facta aliqua trāfactio simoniaca super beneficio, & vna partium obligauit se cum iuramento in forma cameræ, certè si petat transactionem tanquam simoniacam testandi, datur † sibi commissio, nec est necesse tali casu apponere in pede commissionis ista verba, Non obstante iuramento, † quia cum transactione, resignatio, & quilibet actus simoniacè celebratus non teneat etiã in præiudicium resignantis & paciscentis, vt notat Innoc. in c. cum vniuersorum. de rer. permutatio. Arch. in c. dudum. in princ. de præb. lib. vj. & glo. in c. super hoc. de renuncia. nimirum si etiam non validatur iuramentum, aliàs esset vinculum iniquitatis contra suam propriam naturam. cap. & si Christus. de iureiurand. cum similibus. Non est ergo necesse apponere in fine illa verba, quia (vt dixi) in hoc casu simoniæ iuramentum non tenet. Imò posset teneri quòd sit ipso iure nullum, † quia iuramentū interpositū super obseruatione peccati mortalis, quale est in hoc casu simoniæ, est nullum, cum

ita demum debeat seruari, si seruatum non vergit in dispendium salutis aternæ. c. quanuis. de pact. libr. 5 vj. & in c. licet. de iureiuran. eod. lib. prater ea ꝑ tales conventiones sunt turpes, consequenter non validantur iuramento. l. generaliter. & l. si plagij. ff. de ver. oblig. & ibi not. Bar. & latius in l. si quis pro eo. ff. de fideiussorib. nec obstat tex. in c. i. & c. debitores. de iureiurand. quæ iura probant quod iuramentum præstitum per debitorem super soluendis vsuris, mero iure tenet, & obligat iurantem, patet, quia recipiēs cogitur illud relaxare, ex quo cōtinet peccatum. ꝑ relaxatio enim præsupponit vinculum. c. ad dissoluendum. de despons. impub. & in l. decem. de verb. oblig. quia respondetur ad ista iura, quod procedunt quando iuramentum continet turpitudinem & peccatum ex parte suscipientis tantum, 7 prout in casu dictorum iurium. ꝑ nam promittens solvere vsuras non peccat, sec. Panorm. ibid. de quo 8 per Inno. in c. super eo. de vsur. Sed quando ꝑ ex vtriusq; parte, videlicet recipiētis & præstātis iuramentum, continet turpitudinem & peccatum, tūc non est opus aliqua relaxatione, quia ipso iure non valet. regu. nō est obligatorium. lib. vj. c. si verò. de iureiurand. & xxi j. q. iij. per totum.

Si in causâ prophana petitur procedi reiectis quibuscunque nullitatibus si quæ sunt, praterquam ex defectu iurisdictionis, constituto de bono iure super negotio principali, datur talis commissio ante latâ sententiam sine aliqua refectione expensarū, prout etiam in beneficialibus, vt in superioribus dixi. Sed istud credo habere locum quâdo processus fuit factus



ctus in partibus, & dubitatur quòd subiaceat ali-  
 quibus nullitatibus, tunc sanantur nullitates, etiam  
 sine refectione expensarum, vt dixi. Quia † com- 9  
 muniter processus qui portantur de partibus, mo-  
 dicum valent, vt dicit Egidius conclus. lxxiiiij. quæ  
 inci. Termini instantiæ, &c. præterquam si esset de-  
 defectus citationis iurisdictionis mandati, & ex capi-  
 te iustitiæ, qui defectus sunt insanabiles, vt in supe-  
 rioribus dixi. Vidi tamen sanari nullitatem proces-  
 sus agitati etiam in vrbe, videlicet coram dominis  
 conseruatoribus, sine aliqua refectione expensarū,  
 nisi sit aliqua nullitas insanabilis, vt supra.

Sed istud habet locum eo casu quando per partē  
 aduersam nō datur de nullitate processus, aliàs † nō 10  
 datur sanatio etiam ante latam sententiam, nisi re-  
 fectis expensis, saluo quando allegatur paupertas,  
 tunc conceditur reseruatis expensis in fine litis, per  
 illud quod habetur in c. olim. sec. vnum intell. de re  
 stit. spo. & quod ponit Egid. conclu. xlviij. Et in tali  
 casu debet constare de paupertate aliter quàm per  
 iuramentum eam allegantis, & ita vidi seruari.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Fatalia quomodo prorogentur, & ad quod tempus.*
- 2 *In totum decurso fatali, non datur prorogatio.*
- 3 *Tempora sunt communia appellati & appellato.*
- 4 *Reformatio super errore qualitatis beneficij vel  
 nominis proprij.*
- 5 *Quando causæ prophane non soleant ad curiam*



- rant per diuersas mundi partes. c. si cupis. xvi. q. i. Si quis tamen in præmissis & multis aliis quæ dantur sub sola signatura, velit expedire literas in forma breuis, de facili audietur, & erit gratum officialibus. Solent enim multi præcipuè venientes de partibus, esse multùm curiosi, & non credentes in præmissis solam sufficere signaturam, expediunt literas siue in forma breuis, vel aliàs per
- 19 Cancellariam. & sic vidi aliquos † expedire cōfessionale, quod aliàs datur sub sola signatura etiam de casibus reseruatis, iux. c. de multa. de voto. & quod not. in c. quod translationem. de offi. lega. semper tamen in clausula de reseruatis addūtur ista verba, videlicet, Casibus in bulla cænæ domini contentis duntaxat exceptis. Similiter conceditur petētibus, quòd possint recipere sacramēta ecclesiastica à quocūque catholico sacerdote, sed tunc solent addi hæc verba, videlicet, Præterquàm in Paschate, & sine præiudicio, Ad hoc est dictum Abb. & doct. in c. omnis de pœnit. & remis. vbi dicit per illnm text. quòd † confessio debet fieri proprio sacerdoti semel saltem in anno, videlicet, in Pascha resurrectionis Domini, etam si talis habeat licentiam confitendi cuilibet alteri. Et intellige † proprium sacerdotem isto casu ratione domicilij, vbi audit diuina per annum, sec. glos. in c. placuit. de pœnit. dist. vi. quia & ibi decimas personales dare debet. c. nouum genus. de decim. fa. quod not. Card. in cle. pastoralis. §. rursus. de re iudicata.
- 20
- 21

Datur † per breue licentia promouendi extra 22  
 Romanam curiam à quocunq; catholico anti-  
 stite ad omnes ordines, in qua consueuit addi hæc  
 clausula. videlicet, De licentia sui ordinarij. fa. c.  
 nullus. de paroch. & ix. q. ii. per totum. Papa †  
 enim non intendit facere præiudicium propriis 23  
 ordinariis, arg. c. peruenit. xi. q. i. fit etiam hoc  
 ad obuiandum fraudibus: nam multi propter ex-  
 cessus per eos commissos à suis ordinariis repulsi  
 confugiunt ad alios ordinarios, quibus excessus  
 huiusmodi sunt incogniti, & recipiunt ab eis om-  
 nes ordines virtute huiusmodi breuis: & ideo  
 semper debet addi dicta clausula. fa. c. i. de temp.  
 ord. lib. vi.

Insuper huiusmodi licentia promouendi datur  
 sub sola signatura, sed † episcopis & superioribus 24  
 solummodo conceditur quòd vno die dominico  
 vel festiuo ad omnes ordines promoueri possint.  
 Et hoc est quo ad illos speciale, prout & pleraque  
 alia, iuxt. tex. in c. ii. de off. deleg. lib. vi. & in c.  
 quia periculosum. de senten. excom. eo. li. cum si-  
 milibus.

## SUMMARIUM.

- 1 Non datur per breue indultum de fructibus per-  
 cipiendis in absentia.
- 2 Indultum hoc non comprehendit distributiones  
 quotidianas.
- 3 Appellationes non committuntur in partibus.

in curia, non expresso considerabili valore, & multo minus auocari, cum non sint fori nostri. c. si clericus laicum. de for. compet. cum similibus. Nec multum est in consideratione quod orator dicat separatim iurare, cum multi sint faciles ad iurandum, & sæpe ac frequenter peieratur. Vnde non habetur consideratio ad tale iuramentum propter periculum animarum. argu. c. clericos. de cohabit. cleri. & mulie. & l. ij. C. de indic. vidui.

Et ista etiam de causa non solet concedi auocatio causarum suspicionis gratia, nisi narratis causis militantibus quo ad suspicionem. Nec sufficit in genere dicere iudicem fore amicissimum aduersario, & oratori suspicissimum secundum iura canonica, licet aliud sit de iure civili. l. apertissimi. C. de indi. † Nec hodie (secundum aliquos practicos) fit consideratio ad iuramentum perhorrescentie, de quo in cap. statutum. §. cum vero. de rescript. lib. vi. & hoc propter periculum animarum, vt dixi, & ita vidi quasdam commissiones reiectas. Quod facit contra illos qui dicunt quod omnia conceduntur pro deferendis causis ad curiam, causa illam bonificandi, sed ego vidi non concedenda non concedi, vt patet ex premissis.

7 Prædictis respectibus signatura non † consuevit concedere adiunctum sine vrgenti causa & magna iustificatione, vel in causa criminali, & hoc propter intricaciones causarum & processuum exinde prouenientium, vt in superioribus dixi. Et ideo fuit reiecta vna commissio per quam petebatur committi causam appellationis cum clausula ad iuncti in euentum



eum præuentionis per partem aduersam. Quod pro-  
 cedit sine dubio in Romana curia, ubi non habet  
 locū dispositio c. oblatæ. de appell. imò statim datis  
 apostolis pars appellata potest impetrare commis-  
 sionem super appellatione, & sic præuenire appel-  
 lantem secundum Io. Mon. super rubr. de rescrip.

Idem fortè habet locum extra curiam, quādo ad  
 instantiam appellati committitur causa appellationi-  
 nis per breue. Et sit ratio, ut citius finis litibus impo-  
 natur. c. finem dol. & contum. & ut circuitus vite-  
 tur. cle. auditor. de rescrip.

Quæ rationes habēt locum etiam in commissio-  
 nibus extra curiam, licet aliud sentiat vna decisio  
 Rotæ. c. iij. quæ incip. Capitulum oblatæ. & est ea-  
 dem in antiquis. Quicquid sit in hoc, reiecta fuit  
 præfata supplicatio circa adiunctum in euentum  
 præuentionis, ut supra. Cancellaria tamen in suis re-  
 scriptis seruat. cap. oblatæ. prout dicam in materia  
 rescriptorum.

Vnus ex collirigantibus non sperans posse prose-  
 qui causam propter impotentiam soluendi registrū  
 pro parte sua, celsit liti & causæ. non admittitur si  
 petat hoc non obstāte restitui ad prosecutionem  
 causæ in statu quo erat, ac si nō celsisset. & ratio est,  
 quia causa quantum ad eum dicitur finita: & ideo † 8  
 iterum suscitari non debet per rescriptum princi-  
 pis. l. causas vel lites. C. de trasact. ex quo enim spō-  
 te celsit, succedit ratio quæ dicitur † quod remitten- 9  
 tibus actiones suas non est dandus regressus ad eas.  
 l. queritur. §. si venditor. ff. de ardi. edi. fa. cap. super  
 hoc. de renunc.

DE LITERIS APOSTO-  
LICIS IN FORMA  
Breuis.

SVMMARIVM.

- 1 *Quæ sit causa per quam signatura commissionũ multipliciter & sæpissime variatur.*
- 2 *Rescriptorum duæ sunt species, per quæ negotia committuntur extra curiam.*
- 3 *Rescripta in forma breuis per quos expediuntur, & per quem signentur.*
- 4 *Breuia quare sic dicantur.*
- 5 *Forma breuis de non promouendo ad tempus.*
- 6 *Prorogatio de non promouendo ad annum.*
- 7 *Prorogatio hæc non fit ultra triennium, nisi petens fuerit subdiaconus.*
- 8 *Prorogatio ipsa fit ante tempus lapsum, non post, quia tunc datur noua dispensatio.*
- 9 *An per secundam dispensationem tollatur prima circa idem.*
- 10 *Dispensatio ad duo beneficia incompatibilia datur per breue.*
- 11 *Dispensatio dicens quòd quis possit plura beneficia obtinere, intelligitur de beneficiis aliàs canonicè adeptis.*
- 12 *Per dispensationem nouus non cõceditur titulus.*
- 13 *In dispensationibus fit strictissima interpretatio.*
- 14 *Facultas*

- 14 *Facultas testandi per breue solet concedi.*  
 15 *De modicis non curatur.*  
 16 *Cum religiosis circa facultatem testandi parcius dispensatur, & cum licentia superioris.*  
 17 *In licentia testandi debet subesse iusta causa, aliam non valet.*  
 18 *Dominium rerum ecclesie non est penes papam, sed penes deum.*  
 19 *Nulla ratio permittit vt quod pro communi utilitate datum esse dignoscitur, vsibus cuiusquam applicetur.*  
 20 *Clericus conferens prius tantundem ecclesie de suo proprio, potest de bonis ecclesie testari.*

**P**ost commisiones & aliqualem earum noticiam, quia illæ concernunt causas inceptas vel incipiendas in curia Romana, prout in præcedentibus compendiosè dixi, attento quòd in illis non potest dari firma regula, & certa doctrina circa omnia negotia propter diuersitatem casuum occurrentium, & varietatem temporum, per ꝑ quæ signatura commissionum multipliciter & sæpissime variatur, iuxta tex. in c. non debet. de consan. & affi. ideo post præcedentem tractatum dicendum est aliquantulum latiùs de secundo genere rescriptorum, quæ respiciunt causas inceptas vel incipiendas extra Romanam curiam, & similiter alia negotia continentia gratiam, quæ committuntur & expediuntur vigore huiusmodi rescriptorum in partibus.



- 2 Horum rescriptorum † duæ sunt species principales. Aut enim expediuntur in forma breuis, aut per cancellariam, procuratoribus illa procuratoribus audientiarum contradictarum sanctissimi D.N. Papæ.
- 3 Sed prius dicendum est de rescriptis † in forma breuium, quæ conficiuntur à solis secretariis, & per papam signantur in cera rubea annulo piscatoris supplicatione introclusa in breui. Quandoque tamen fiunt absque supplicatione introclusa, vt statim dicam. Et habent eandem vim quam rescripta, prout di. glo. ij. in superscriptione extrauag. vnigenitus. & refert Feli. in rubr. de rescrip. Appellantur
- 4 autem † breuia, quia fiunt & scribuntur breuibus verbis, sec. Bal. in c. i. de controuer. inuesti.

Aliquando non habent supplicationem introclusam, prout quando conceditur per breue dispensatio de non promouendo ad certum tempus, cuius tenor sequitur, & est talis forma.

- 5 Iulius Papa † ij. Dilecte fili, Salutem & apostolicam benedictionem. Cupientes commodis tuis (quantum cum deo possumus) paterna benignitate consulere, tuisque in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, vt ratione Archidiaconatus ecclesie Tragurien. quem (sicut asseris) in dicta ecclesia obtines, aut cuiuscunque alterius beneficii ecclesiastici curati, vel alias sacros ordines requirentis, per te pro tempore obtenti, ad aliquem ex sacris etiam subdiaconatus ordinibus ad biennium à data presentium computandum, vt interim te in diuinis officiis melius instruere possis, te promoueri facere minimè tenearis, nec ad id inuitus à quoquam cōpelli

PELLI VALEAS, præsentium de speciali gratia indulgemus, Prouiso, &c. non obstantibus, &c. datum sub annulo piscatoris, &c.

Vigore istius dispensationis non tenetur taliter dispensatus interim promoueri etiam ad ordinem subdiaconatus, vt apparet ex tenore breuis, ad quod arctatur dispensatus per ordinarium ratione studij ad septennium, vt in c. cum ex eo. de elec. lib. vi.

Consuevit etiam dari secunda dispensatio seu † 6  
prorogatio per aliud breue ad annum, narrâdo primam dispensationem per hæc verba, Dudum tecû, vt ratione quoruncunque beneficiorum, &c. quæ dispensatio narratur saltem in substantia, ne secunda subiaceat subreptioni, iux. text. in l. ij. de fil. presbytero. lib. vi. & quod ponit Old. cõsi. ccxxv. quod incipit, Puncta breuiter. Postea sequitur tenor breuis, videlicet.

Cum autem (sicut nobis nuper exponi fecisti) finis dicti biennij instare noscatur, &c. Bienniũ prædictum intra quod (sicut asseris) adhuc existis, ad annum ab illius fine computandum extendimus & prorogamus.

Aliquando † fit prorogatio etiam ad longius tẽ- 7  
pus, sed non vltra triennium, nisi petens fuerit in subdiaconatus ordine constitutus saltem intra annum, aut aliàs fuerit legitima prorogationis causa, & ita seruator, sed non solet concedi tali casu per breue, sed per bullam, Gratia.

Et nota quia (vt vides) debet fieri prorogatio, dũ dispensatus existit intra primum tempus & non eo elapso, per l. sed & si manente. ff. de precar. † Nam 8

tempus elapsum non potest prorogari, sed datur noua concessio vel dispensatio. Quod intelligerem procedere quando prima & secunda dispensatio sunt eiusdem naturæ, & ab eodem conceduntur, puta à Papa, quo casu debet fieri prorogatio intra primum tempus, & eo nondum elapso, vt supra.

Secus si concederentur à diuersis, puta post dispensationem concessam à Papa de non promouendo ad tempus. Nam eo etiam elapso posset ordinarius ratione studij cum eodem dispensare ad septennium, iux. d. c. cum ex eo. Nec isto casu procederet illud quod supra dixi per l. sed & si manente. Ad quod bene facit glo. no. in c. ij. qui. de præben. lib. vi. dum in simili quæstione respondet ad d. l. sed & si manente.

Tutius tamen est obtinere per breue apostolicum huiusmodi dispensationem ratione studij, quæ datur etiam ad omnes ordines ex iusta causa, vt quia petens secum dispensari non percipit fructus ecclesiæ pro qua est adstrictus, ex eo quòd alteri (puta illam resignanti) sunt reseruati loco pensionis.

Quid autem si cum dispensato per papam de non promouendo existente adhuc intra illud tempus episcopus dispensat ratione studij, an † per istam secundam dispensationem videatur à prima recessum quo ad residuum temporis, ita quòd statim incipiat currere tempus secundæ dispensationis? Puto quòd sic, argu. c. veniens. cum ibi nor. de præscript. & ponit Oldra. consi. ccij. in fin. quod incip. Factum tale est, &c.

10 Insuper † conceditur aliquando dispensatio per breue



breue ad beneficia incompatibilia, præcipuè ad duas dignitates obrinendas in vna ecclesia ad duos menses. Item ad duos canonicatus & præbendas ad quatuor menses post habitam pacificam possessionem, rarò tamen & cum difficultate dispensatio & habitatio dantur per breue.

Aduertendum tamen est quòd quando Papa dispensat cum aliquo, vt possit plura beneficia incompatibilia simul perpetuò vel ad tempus retinere ( vt supra ) debet † intelligi de beneficiis aliàs <sup>11</sup> canonicè adeptis, sec. Panor. per illum text. in c. dudum. ij. de elect. in pe. no. Solùm enim operatur talis dispensatio, vt ei pluralitas non noceat, † non <sup>12</sup> autem conceditur titulus de nouo, si beneficia essent minùs canonicè adepta, nisi aliter fieret expressio magis specialis, ad quod facit bonus text. in c. si gratiose. in fi. de rescrip. lib. vi. & melior in c. non potest. §. i. & ij. de præb. eo. lib. vbi dicitur quòd prouisio alicui facta per sedem apostolicam de beneficio, non obstante quòd aliud habeat, dispensationem super vtroque retinendo non inducit, & hoc † quia in dispensationibus fit strictissima interpretatio, c. i. & ij. de fil. presb. libr. vi. Et <sup>13</sup> propterea extat vna regula cancellariæ, qua disponitur quòd per quancunque signaturam in quauis gratia nulla dispensatio veniat, nisi super dispensatione principaliter sit facta, vel si aliàs nihil operaretur.

Solet † etiam per breue concedi facultas scilicet <sup>14</sup> testandi de bonis intuitu ecclesiæ quæsitis ad certã summã, & pro parua summa datur in forma,

nec consuevit tali casu componi cum datario, aliàs  
 15 sic, † quia de modicis non curatur. l. scio. & in c. &  
 si quæstiones. cum vulga.

16 Et cum † religiosis circa facultatem testandi par-  
 ticius dispensatur, quia non datur eis talis licètia, nisi  
 de licètia eorum superioris, argu. c. cū ad monaste-  
 rium. de stat. reg. & in clemen. religiosus. de procur.  
 Item de non magna summa, per illud quod in simi-  
 li ponit Egid. conclu. ccxlvij. vbi dicit quòd frater  
 minor episcopus de bonis ecclesiæ modicū quid,  
 videlicet xxx. florenos propter impensa obsequia  
 donare potest. fa. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. &  
 c. cæterum. de donat.

Vidi tamen religioso episcopo concedi faculta-  
 tem testandi ad summam decem milium ducato-  
 rum. Datur autem ad maiorem vel minorem sum-  
 mam arbitrio papæ, qui in hoc debet informare  
 17 suum arbitrium ex iustis & rationabilibus causis, †  
 aliàs non potest sine iusta causa hanc licentiam tes-  
 tandi concedere, vt singulariter probat Panor. in  
 repe. c. cum esses. in xv. col. de testa. Ratio est, quia  
 18 secundum opinionem veriore, † dominium re-  
 rum ecclesiæ non est penes Papam, sed penes Deū,  
 iuxta nota. per Innocen. & docto. in c. cum super.  
 de cau. posses. & proprie. Vbi hoc tenui isto anno  
 legendo, per text. in c. cum ex eo. de elect. lib. vj. cū  
 multis aliis iuribus & rationibus. Si igitur hæc bo-  
 na Dei sunt, & ex fructibus eorum debeat subueni-  
 ri egentibus, vt in c. videntes. xij. quæstio. i. certè  
 19 secundum Abba. nulla † ratio permittit, vt quod  
 pro communi vtilitate datum esse dignoscitur, vbi  
 bus

bus cuiusquã applicetur. c. ratio nulla. de præbend. Dicit etiam ibidem Panormi. quòd licet † clericus 20 simpliciter de bonis ecclesiæ testari non possit, si tamen tantundem de suo proprio ecclesiæ contulerit, quantum vult alienare, hoc bene ei licebit. allega. c. si episcopus. xij. quæstio. v. dummodo ante alienationem rei ecclesiasticæ conferat tantundem de suo proprio, secus si post, vt latius per eum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Licentia, si in euidentem, quãdo datur per breue.*
- 2 *Clausulæ quæ ponuntur in supplicatione, si in euidentem.*
- 3 *Aliquando per breue solet concedi & dari possessio beneficij.*
- 4 *Princeps eo ipso dispensat, quando quid ex certa scientia facit contra regulas vel iura.*
- 5 *Dispensationes matrimoniales in forma breuis dantur.*
- 6 *Compositio in dispensationibus matrimonialibus non commendatur.*  
*Sine iusta causa non procedit dispensatio quo ad Deum.*
- 7 *Quæ sint iustæ causæ dispensandi super matrimonio.*
- 8 *Altare portatile non datur per breue, nisi ex gratia.*
- 9 *Licentia vtendi lacticiis datur per breue.*



- 10 *Quis non est præsumentus immemor suæ salutis.*
- 11 *Licentia doctorandi datur per breue, & in vrbe per signaturam.*
- 12 *Pari priuilegio gaudet id quod est in esse productum, & id quod est in potentia propinqua.*
- 13 *Doctores examinātes scholarem doctorandum debent iurare saltem de credulitate super sufficientia.*
- 14 *Datur Iudæo licentia doctorandi in medicina.*
- 15 *Doctoratus est dignitas.*
- 16 *Licentia extrahendi reliquias datur sub sola signatura.*
- 17 *Cadavera confinatorum extra ciuitatem, nō possunt reduci sine licentia principis.*
- 18 *Licentia visitandi sepulchrum Domini, & alia loca vltimarina datur sub sola signatura.*
- 19 *Confessionale datur sub sola signatura, etiam de casibus reseruatis.*
- 20 *Confessio debet fieri proprio sacerdoti, semel saltem in anno, etiam si habeatur licentia alteri confitendi.*
- 21 *Proprius sacerdos quis dicatur.*
- 22 *Licentia promouendi extra curiam datur per breue.*
- 23 *Papa non intendit facere præiudicium ordinariis.*

24 *Episcopis & superioribus conceditur quòd vno die dominico vel festiuo ad omnes ordines promoueri possint.*



**D**atur ꝑ breue licentia vendendi bona ecclesiastica, præcipuè terras & possessiones incultas & steriles, & pecuniam exponendi in aliis bonis in euentem ecclesiæ utilitatem, iuxta c. terrulas. xij. quæstio. ij. & in authen. item prædium. C. de sacrosan. eccle. ponit glo. in ver. in onere. in l. si fundus. ff. de reb. eor. Sciendū tamen est quòd istud conceditur per breue supplicatione introclusa, vel per rescriptum apostolicum in forma, Dilectus. tunc demum & eo casu, quando valor non excedit centum ducatos, aut annuus census quinque ducatos, & tunc in clausulis supplicationis debent dici ista verba, Et per breue S. V. hac supplicatione introclusa, vel quòd literæ per cancellariam expediantur per rescriptum apostolicū in forma, Dilectus, attento quòd precium non excedit centum ducatos, & c.

Alioqui nō datur per breue, sed per bullam. Sed quando est in vrbe, tunc per solam signaturam: debet ꝑ tamen tunc exprimi titulus prælati vel canonici cui committitur. Dicitur etiam in clausulis super tali materia, Et quòd pecunia apud ædem sacram, vel aliquem probū virum deponatur, donec pro aliis bonis stabilib<sup>o</sup> exponatur. Ad quod bene facit tex. in l. acceptam. C. de vsur. Demum in fine clausularū semper ponitur hæc clausula, videlicet,

Et si in euidentem. Quod ideo ponitur, vel si non est in clausulis, debet poni per referendariū in pede supplicationis, ad hoc vt signator ponat illa verba in signatura, attento quòd in hac materia solet fieri difficultas super alienatione huiusmodi bonorum propter diminutionem dotis. Et ideo quando aliquis petit quòd possit alienare siue vendere possessionem vel aliquid aliud immobile suæ ecclesiæ ad effectum reparationis domus vel ecclesiæ, tunc consuevit proponi supplicatio in signatura, quia (vt dixi) solet in similibus fieri difficultas propter diminutionem dotis. fa. c. nulli liceat. & c. qui abstulerit. xij. quæstio. ij. & in c. res ecclesiæ. iun. c. videntes. xij. quæstio. i. cum similibus.

- 3 Consuevit † etiam aliquando concedere Papa per suum breue supplicatione introclusa, & mandare quòd prouisus de aliqua dignitate vel beneficio, ponatur in possessionem per exequentem in partibus, ante expeditionem bullarum: quo casu non potest opponi de regula cancellariæ contraria, disponente non debere iudicari secundum tenorem supplicationis cōcernentis gratiam, sed secundum tenorem literarum expeditarum. Nec etiam potest opponi de extrauag. Bonifa. viij. quæ incip. iniunctæ. Nam ex quo constat de voluntate Papæ, & de eius certa scientia, non habet locum præfata regula vel constitutio, cui per hoc videtur derogare. arg. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. ff. de excus. tuto. l. idem Vlpianus. §. i. ff. de offi. præto. l. Barbarius. not. glo. in c. ij. de schismat. in c. statutum. super verb. literarum. de rescrip. lib. vj. & in cle.



cle. & si principalis, in ver. obseruari. Per que iura  
 probatur quod † cū princeps concedit aliquid in-  
 capaci ex certa scientia, vel facit actum contrarium 4  
 iuri, eo ipso super incapacitate vel iure cōtrario dis-  
 pēlare cēsetur. Ergo valet tali casu inductio in pos-  
 sessionem non obstan. præmissis. Imò dicunt ali-  
 qui q̄ non datur priuatio illius, qui cum sola suppli-  
 catione se intrusit. Quod est valde mirum propter  
 prædicta.

Dispensationes † matrimoniales nonnunquam 5  
 conceduntur in forma Breuis, consueuerunt tamen  
 communiter remitti ad Datarium propter compo-  
 sitiones. quod iudicio meo non bene sonat in auri-  
 bus fidelium præcipuè laicorum, qui ex hoc scan-  
 dalizātur. ad quod facit bonus tex. in c. fin. de trāsa.  
 † Aut enim non subest iusta causa dispensandi, & 6  
 tunc non deberet concedi dispensatio etiam cum  
 compositione, quia nō est tutus quo ad Deum, cum  
 quo Papa dispēsat sine causa, iux. gl. in c. non est. de  
 voto. & in c. quāto. de iureiuran. aut adest iusta &  
 legitima causa, & tunc deberet liberaliter dispensa-  
 ri cessante qualibet compositione. Nam tūc gratia  
 & sic dispēfatio dicitur quodammodo debita. iux.  
 not. in c. bonæ. ii. de postu. præl. & in l. i. §. permitti  
 tur. ff. de aqua quot. & æsti. † Iusta autem causa dis-  
 pensandi in gradibus à iure diuino prohibitis est 7  
 bonum quietis & pacis, quia non nisi in pacis tem-  
 pore bene colitur. author pacis, vt in cle. super ca-  
 thedram. de sepult. fa. c. ii. de despon. impub. vbi to-  
 leratur contractus matrimonij inter incapaces ex

defectu aetatis, quādo ex eo sequitur bonum pacis.

Similiter est iusta causa dispensandi, vt matrimonium in gradu prohibito de facto contractum toleretur, quando ex separatione graue scandalum oriretur. c. quia circa. de consang. & affi. sicut & aliās dispensatur vt firmum maneat matrimonium de facto contractum in gradu prohibito, in quo longo tempore perseueratum fuit, & inde suscepta proles. c. de gradibus. xxxv. q. viij. & in c. non debet. de consang. & affi. facit ad praedicta c. vt constitueretur. l. dist. & in §. nisi rigor. i. q. vii. & quod per Roma. not. consi. cccvij. ex quibus poterit instrui volens formare supplicationes in praemissis.

- 8 Altare † portatile non datur per breue, nisi ex fauore & singulari gratia: nec deberet concedi passim & indifferenter omnibus, sed tantummodo nobilibus, aut graduatis, vel aliās dignis personis. arg. in authen. vt in pri. do. sac. mis. non fiant. col. v. bene facit c. fin. de offi. deleg. & in c. de multa. in fi. de de praeben. iunc. clem. vnic. de baptif. & etiam non solet concedi in locis apostolica, seu ordinaria auctoritate interdictis, prout audiui ab officialibus. Et tunc solū in petentis & familiarium suorum domesticorum praesentia, nisi esset vit dignus & qualificatus, tunc potest dari etiam in praesentia aliquarum aliarum personarum, & in forma.

Datur † per breue licentia vescendi lacticiniis, ouis, & carnibus, de consilio tamen vtriusque medici,



medici, id est, animæ & corporis. An autem medicus animæ, hoc est, presbyter parochialis debeat credere suo parochiano dicenti se habuisse consilium à medico corporis, vt ob aliquam iustam causam vescatur præmissis? puto quòd sic, † quia non 10 est præsumendus immemor suæ salutis. c. sancimus. i. q. vii. & in c. significasti. ii. de homic. Ad quod bene facit quod notat glo. in clem. i. in ver. habita. de priuileg. & in c. placuit. de pœnitent. distin. vi. & in c. tua nos. in glo. de spōsa. & matrimo. Quid autem si licentia nihil diceret de carnibus, sed solummodo de lacticiiniis, & ouis, an tunc comprehenderetur sanguis? glo. in c. fi. lxxxii. distin. dicit quòd sic, de quo me remitto ad Barba. in suo tractatu. de præstan. Car. in i. q. col. v. ver. & eleganter dixit Guil.

Licentia † doctorandi extra terras ecclesiæ non 11 debet dari per breue. Et ideo Reges Hispaniæ habent indultum quòd nullus etiam vigore breuis doctorari debeat, nisi priùs in aliqua vniuersitate eiusdem regni fuerit examinatus. Consuevit tamen derogari tali indulto, & aliàs conceditur huiusmodi licentia per breue ex gratia.

In vrbe autem datur sub sola signatura, & committitur alicui prælato vel aduocato consistoriali adhibitis duobus vel tribus eiusdem facultis doctoribus vel licentiatis, qui quo ad hoc habentur pro doctoribus, ex quo sunt licentiati, & de proximo cingendi. vulg. l. penult. ff. de mili. testa. facit bonus text. in l. qui pœne. ff. de manumif. & in



- 12 c. si. de Iudæ. Vbi probatur quòd † pari priuilegio gaudet id quod est in esse productum, & id quod est in fieri, & potentia propinqua. Additur etiam in huiusmodi licentia doctorandi hæc clausula, vide licet, Et assistentium votis iuratis. Et hoc ideo ponitur, † quia doctores examinantes scholarem doctorandum, debent iurare saltem de credulitate super sufficietia illius, sec. Bart in proæ. fforū. ad quod bene facit tex. in l. nemini. C. de aduo. diuer. offic. vbi doctor attestatur iureiurando de peritia scholaris. Formam autem huiusmodi iuramenti ponit Panor. in c. proposuisti. de proba. in pe. col. videlicet, Quòd non priuato odio, neque amicitia, &c. et quòd id quod deponunt, perceperunt secundum peritiam artis eorum, & credunt ita esse, vt colligitur ex c. quotiens. de testib.
- 14 Vidi etiã in † vrbe per solam signaturam dari licetiam Iudæo assumedi gradum doctoratus in medicina, vigore cuius fuit doctoratus per collegium medicorum, me ibi existente, & autoritatem præstante vice & nomine domini mei reueren. card. S. Geor. Camerarij & vicecæcellarij studij Romani, & dixi ibi, q̄ ille Iudæus non potuisset doctorari aliàs sine speciali licentia S. D. N. Quia † doctoratus est dignitas, à qua arcentur Iudæi tāquam infames, sec. Bart. l. si. C. de Iudæ. & in l. omnes. C. de decur. lib. x. ponit Abb. in c. clerici. de iudic. & in c. proposuisti. de probatio.
- 16 Licentia † recipiendi reliquias ex capella monasterij S. Anastasij trium fontium, & portandi ad partes

partes datur ſimiliter ſub ſola ſignatura, in qua conſuevit addi clauſula, Et de licentia Commen- datarij dicti monaſterij. Ad quod facit bonus tex. in c. corpora. de conſecra. diſtinct. i. vbi dicitur quòd nemini licet corpora ſanctorum de loco ad locum transferre ſine conſilio principis, id eſt, papæ. fa. l. oſſa. ff. de relig. Imò nec corpus cuiuſlibet alterius traditū iam perpetuæ ſepulturæ licet transferre de vna eccleſia ad aliam, niſi habira ſimili licentia, & ex rationabili cauſa. l. vlti. C. de religioſis. Et tunc ſolent in ſignatura addi hæc verba, vide licet, Sine præiudicio. argument. l. ii. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco public. cum vulg.

Quando autem eſt depositum ſolummodo in eccleſia, hoc eſt, quando corpus non eſt traditum perpetuæ ſepulturæ, licitum eſt illud transferre ad alium locum ſine licentia & autoritate alicuius, ſec. gloſſ. in d. c. corpora. per l. ſi necdum. C. de religioſis. dummodo transferatur ad locum vbi aliàs viuus ſtare poterat, † quia cadauera rebellium vel eonfinatorum non poſſunt ſine licentia principis<sup>17</sup> reduci ad ciuitatem in qua viui ſtare non poterunt, ſec. Bar. per illum tex. in l. ſi quis in inſulam. ff. de cada. puni. ſeq. Card. in cle. i. de pœn. & remi. & Bal. in l. ii. C. qui teſt. fa. poſſ.

Pari † modo datur ſub ſola ſignatura licentia<sup>18</sup> viſitandi ſepulchrum Dominicum, & alia loca vltamarina, etiam pro abſentibus, pro religioſis, de licentia tamen eorum ſuperioris, & hoc ne ſub ſpecie peregrinationis vagentur, & diſcur-

- rant per diuersas mundi partes. c. si cupis. xvi. q. i. Si quis tamen in præmissis & multis aliis quæ dantur sub sola signatura, velit expedire literas in forma breuis, de facili audietur, & erit gratum officialibus. Solent enim multi præcipuè venientes de partibus, esse multum curiosi, & non credentes in præmissis solam sufficere signaturam, expediunt literas siue in forma breuis, vel aliàs per
- 19 Cancellariam. & sic vidi aliquos † expedire confessionale, quod aliàs datur sub sola signatura etiam de casibus reseruatis, iux. c. de multa. de voto. & quod not. in c. quod translationem. de offi. lega. semper tamen in clausula de reseruatis adduntur ista verba, videlicet, Casibus in bulla cænæ domini contentis duntaxat exceptis. Similiter conceditur petentibus, quòd possint recipere sacramenta ecclesiastica à quocūque catholico sacerdote, sed tunc solent addi hæc verba, videlicet, Præterquam in Paschate, & sine præiudicio, Ad hoc est dictum Abb. & doct. in c. omnis de pœnit. & remis. vbi
- 20 dicit per illum text. quòd † confessio debet fieri proprio sacerdoti semel saltem in anno, videlicet, in Pascha resurrectionis Domini, etiam si talis habeat licentiam confitendi cuilibet alteri. Et intellige † proprium sacerdotem isto casu ratione domicilij, vbi audit diuina per annum, sec. glos. in c. placuit. de pœnit. dist. vi. quia & tibi decimas personales dare debet. c. nouum genus. de decim. fa. quod not. Card. in cle. pastoralis. §. rursus. de re iudicata.
- 21

Datur



Datur † per breue licentia promouendi extra 22  
 Romanam curiam à quocunque catholico anti-  
 stite ad omnes ordines, in qua consuevit addi hæc  
 clausula. videlicet, De licentia sui ordinarij. fa. c.  
 nullus. de paroch. & ix. q. ii. per totum. Papa †  
 enim non intendit facere præiudicium propriis 23  
 ordinariis, arg. c. peruenit. xi. q. i. fit etiam hoc  
 ad obuiandum fraudibus: nam multi propter ex-  
 cessus per eos commissos à suis ordinariis repulsi  
 confugiunt ad alios ordinarios, quibus excessus  
 huiusmodi sunt incogniti, & recipiunt ab eis om-  
 nes ordines virtute huiusmodi breuis: & ideo  
 semper debet addi dicta clausula. fa. c. i. de temp.  
 ord. lib. vi.

Insuper huiusmodi licentia promouendi datur  
 sub sola signatura, sed † episcopis & superioribus 24  
 solummodo conceditur quòd vno die dominico  
 vel festiuo ad omnes ordines promoueri possint.  
 Et hoc est quo ad illos speciale, prout & plera que  
 alia, iuxt. tex. in c. ii. de off. deleg. lib. vi. & in c.  
 quia periculosum. de senten. excom. eo. li. cum si-  
 milibus.

## SUMMARIUM.

- 1 Non datur per breue indultum de fructibus per-  
 cipiendis in absentia.
- 2 Indultum hoc non comprehendit distributiones  
 quotidianas.
- 3 Appellationes non committuntur in partibus

- 516 DE RESCRIPTIS APOSTOLICIS  
per breue, nisi ex causa.
- 4 Miserabilis persona quæ dicatur.
  - 5 In iudiciis equitas est seruanda.
  - 6 Per breue committitur negotium principale cum causa appellationis.
  - 7 Quando committitur causa appellationis ad instantiam appellati.
  - 8 Dispensatio & prorogatio ad duo semestria per breue datur promoti ad locum regularem.
  - 9 Datur licentia moniali manendi ex iusta causa extra proprium monasterium, etiam in domo patris vel fratris.
  - 10 Exemptio ab ordinario per breue.
  - 11 Absolutio & rehabilitatio homicidij per breue.
  - 12 An detur rehabilitatio homicidæ voluntario ad ministerium altaris.
  - 13 Rehabilitatio datur his qui causas sanguinis agitarunt.
  - 14 Dispensatio per breue super defectu oculi.
  - 15 Commutationes legatorum per breue.
  - 16 Reseruaciones beneficiorum per breue.
  - 17 An valeat resignatio & prouisio de beneficiis reseruatis, de reseruacione non facta mentione.
  - 18 Dispensatio per breue, super etate ad sacerdotium.

- 19 *Inferior circa etatem in sacerdotio dispensare non potest.*
- 20 *Cum monachis dispensatur in xxi. anno ad omnes sacros ordines.*
- 21 *Licentia manendi extra monasterium per breue.*
- 22 *Licentia manendi in alio ordine cum absolute ab apostasia per breue.*
- 23 *Qui sine licetia ad alium ordinem etiam strictiorem se transtulit, potest reuocari.*
- 24 *Confirmatio ius de nouo non tribuit.*
- 25 *Prorogatio temporis de consecrandis episcopis ad biennium per breue.*
- 26 *Quando prorogationes conceduntur sub sola signatura.*
- 27 *Tempus quod per prorogationem indulgetur, debet computari a fine termini iuris.*
- 28 *Per breue datur licentia fratribus & sororibus tertii ordinis sancti Francisci matrimonium contrahendi.*
- 29 *Cum bigamis an papa dispensare soleat ad ordines.*
- 30 *Cum neophytis dispensatur ad omnes ordines & beneficia.*



- I**ndultum † de fructibus in absentia percipiendis nō datur per breue, sed per bullam, stādo in Romana curia, vel in altero beneficiorum residendo, seu studio, vbi illud vigeat generale, insistendo. Et est necessarium huiusmodi indultum existentibus in studio, qui aliās de iure communi non percipiunt fructus suorum beneficiorum in absentia cessante dispensatione, consuetudine, vel statuto ecclesie, sec. glo. in c. ii. de priuile. lib. vi. licet aliud dicat gloss. in c. de quibusdam. xxxvii. di. de quo ibi latè per Domi. & per scribētes in c. licet. de præb. Et nota quòd huiusmodi indultū
- 2 † non comprehendit distributiones quotidianas, sec. gl. in d. c. ii. quia illæ non dantur etiam præsentibus qui non interfunt diuinis. c. vn. de cler. non re fid. lib. vi.
  - 3 Regulariter † nō committuntur appellationes in partibus per breue, nisi ex causa, puta pro pauperibus, quibus in hoc & in multis aliis fauetur, quia sūt miserabiles personæ, super quibus natura mouetur ad miserandū, sec. Io. And. in c. significatibus. de off. deleg. fac. bonus tex. in c. i. de postul. Vbi dicitur,
  - 4 quòd † miserabilis persona est quæ per se nō potest causam promouere propter paupertatem. Itē iusta causa committendi appellationem in partibus per breue, est quando alia pars habuit etiā breue, † quia in iudiciis æqualitas est seruanda. l. in sacris. C. de prox. sac. scri. lib. x. et reg. in iudiciis. et quod ibi nota. lib. vi. Item in terris ecclesie, non tamen p assim, sed
  - 5

sed cum aliqua iustificatione. Refert autem quòd committatur per breue, quia datur iudex petitus, quòd est mali exempli, iux. l. obseruandũ. ff. de iudi.

Solet etiam per † breue committi negotiũ prin-  
cipale vnà cū causã appellationis: quod ideo fit, ne  
continentia causã diuidatur. l. nulli. C. de iudic. & c.  
i. de seque. posses. & fruct. Hinc est quòd etiam in  
curia non committitur Auditori causã grauaminis,  
nisi cum toto negotio principali, vt apparet ex de-  
cisione Egidii cccxix. incipien. Si auditori. et dixi la-  
tius supra in materia commissionum.

Insuper † ad instantiam appellati cõmittitur cau-  
sa appellationis in forma, Sua nobis. & hoc quan-  
do appellans intra octo menses & vltra huiusmodi  
suam appellationẽ non fuerit prosequutus. ad quod  
fa. c. oblata. cum ibi. not. de appel. licet illud c. & e-  
ius dispositio non seruetur in causis appellationum  
committẽdis in curia Romana, prout attestatur de-  
cis. Rotã ciiii. in nouis. & cccxliiii. in antiquis.

Et aduerte quãdo aliqua materia expedibilis per  
breue petitur expediri in præmissã forma, Sua nobis  
vel simili, tunc loco illius clausulæ, Et per breue S.  
V. & c. ponitur ista clausula, Et per rescriptum S. V.  
in forma, Sua nobis. vel, Significauit. Quæ via est  
commoda multis, cum sit celerior expeditio quàm  
per breue.

Datur per breue † dispensatio ad sex menses pro-  
moto ad locum regularem seu canonicalẽ portio-  
nem, & ex iusta causã cõceditur prorogatio ad alios  
sex menses, quòd interim nõ teneatur suscipere ha-

20 DE RESCRIPTIS APOSTOLICIS  
bitum per alios eiusdē ordinis vel ecclesiæ gestari  
solutū, nec professionē emittere regularē: debet ta-  
men peti huiusmodi prorogatio intra primos sex  
menses, & illis nondum elapsis, arg. l. sed & si ma-  
nente. ff. de precario. & demum à fine illorum cō-  
putatur secundum semestre, arg. no. in c. cum ex eo.  
de elec. lib. vi. & tetigi superiūs in simili proposito.

9 Moniali † professæ certum ordinem in aliquo  
monasterio, datur per breue licentia transeundi ad  
aliud monasterium monialium alterius ordinis cū  
mutatione habitus, quia (vt di. tex. in cle. i. de elec.)  
rationi nō congruit, vt homines disparis professio-  
nis vel habitus simul in eisdem monasteriis socien-  
tur. hoc tamē fit iusta causa subsistēte, & de consen-  
su superiorum ordinum prædictorum, & non aliās.

Aliquādo etiam ex iusta causa cōceditur per bre-  
ue moniali, quòd in domo sui patris vel fratris ex-  
tra monasteriū (quoad vixerit) religiosē permane-  
re possit, de licētia tamen sui superioris, & ea duran-  
te. fac. text. in c. periculoso. de stat. reg. lib. vi. &  
quod habetur in c. mulieres. de iudi. eod. lib. Et in-  
ter alias iustas causas potest esse ista, videlicet, si  
moniales illius monasterij, susceperunt habitum al-  
terius monasterij, & ipsa quæ petit licentiam, velit  
permanere in habitu quē semel suscepit, & in ea vo-  
catione qua vocata est (quoad vixerit) perdurare,  
& nō variare, cū variatio in personis maximè eccle-  
siasticis reprobetur. cle. i. de renun. cum similibus.

10 Datur per breue † exēptio ab ordinario, iusta cau-  
sa subsistente, puta si subditus dicit suum ordinariū  
sibi



sibi fore suspectum & inimicū occasione fortè litis quam habet cum eo. nam ex contentione etiam iuridica oriuntur inimicitia, & multotiens grauissimi. c. i. vbi Panor. & moder. de iudi. & in c. item cū quis. cum seq. de restitu. spol. & ob id conceditur huiusmodi exemptio, quia ratio naturalis dicitur quod inimici & suspecti, iudices esse non debent. c. quia suspecti. iij. q. v. c. secundo requiris. de appel. & in l. apertissimi. C. de iudi. Restrigitur tamen & limitatur huiusmodi exemptio in tali casu, videlicet lite illa duntaxat durante, arg. c. ad hæc. de appel.

Homicida etiam clericus absoluitur per breue à reatu homicidij, omnisque inhabilitatis ac infamiae macula siue nota per ipsum occasione homicidij contracta penitus, & omnino aboletur, ac ad omnes & singulos pristinos honores, statum & famam restituitur & reponitur.

An autem vigore huiusmodi breuis poterit obtinere beneficium si sibi conferatur? puto quòd sic, arg. tex. in c. ii. in fi. de cleri. pug. in duel. maxime quia vt plurimum voluntario etiam homicidæ peccati dispensari datur signatura de absolutione & obtentis, & ad simplicia postea signatura potest ampliari iuxta qualitatem casus homicidij. argu. c. sicut dignum. de homicid.

Aliquando ponitur clausula pro presbytero homicida, videlicet eo ad triennium suspeso à die perpetrati delicti & extra locum perpetrati homicidij. Sed et an intelligatur rehabilitatus voluntarius homicida vigore talis breuis ad ministerium altaris? pu

to quòd non, nisi aliud expressè dicatur, vel nisi velit ingredi religionem mendicantium: quo casu datur rehabilitatio ad omnes ordines etiam in altaris ministerio, quia ingressus religionis omnem tollit irregularitatem. in authen. de monac. in prin. & in c. i. lvj. dif. vel saltem inducit facilitatem dispensandi, vt not. gl. & doc. in c. ii. de aposta. & in c. i. de fi. presby.

13 Pari modo † datur rehabilitatio etiam in altaris ministerio, & ad beneficia quæcunque, illis qui fuerunt procuratores vel aliàs iudices in causis criminalibus, & tulerunt sententias sanguinis, ex quibus illata fuerunt vltima supplicia. Nam etiam ex administratione iustitiæ in causa criminali & sanguinis incurritur irregularitas. c. sententiã. ne cler. vel mona. & in c. ex literis. de exces. præla. cum simi. In summa datur huiusmodi rehabilitationes in plus & minus, iuxta qualitatem personarum, & varios casus homicidij.

14 Conceditur dispensatio † per breue petenti secū dispensari super defectu oculi ad omnes etiã sacros & presbyteratus ordines, & quòd in illis etiam in altaris ministerio ministrare liberè & licitè valeat, dummodo tamen in oculo non tanta appareat deformitas, quòd ex hoc possit in populo scandalum generari: quasi magis impediatur grandis macula seu deformitas oculi, quàm totalis clausura. c. ii. de cor. viciatis. fa. l. qui clauum. §. i. ff. de ædili. edict.

Aduertendū tamen est, quòd quando supplicans in hoc casu est absens, tunc committitur ordinario vt dili-

vt diligenter inspiciat oculum & defectum de quo supplicatur: aliàs si est in curia præsens, ostēdit se referendario, defectum huiusmodi postea relaturō. Quandoque etiam committitur alicui prælato in curia residenti. Promoto ad capellaniam habentem annexum onus personale celebrādi in ea missas & alia diuina officia, datur dispēratio per breue, vt eidem capellanix per aliquem sufficientem & idoneum vicarium deseruendo, ac missas & alia diuina officia huiusmodi celebrari faciendo, eidem capellanix personaliter deseruire minimè teneatur. ad quod fa. c. significasti. cum ibi not. de præb.

Dantur † etiam per breue commutationes legatorum ad piam causam in aliam causam piam. Et est de casibus reseruatis papæ. cle. quia contingit. de religio. domi. not. in c. quod trāslationem. de off. leg.

Aduertendum tamen est (secundum aliquos prædicos) quòd licèt legatum incertum, puta pro incertis pauperibus, soleat commutari pro pauperibus, consanguineis, vel pro aliqua fabrica, dicunt tamen quòd certum legatum ad certum opus deputatū non consueuit papa commutare, & hoc non ex defectu potestatis, sed volūtatis. fa. ff. de condit. & demonstra. l. in conditionibus. In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones, & dominatur in testamentis.

Reseruaciones † beneficiorum vidi concedi per breue per cessum vel decessum vel quancūque aliā commissionem ad dicta beneficia obtinendum cū derogatione quoruncūque collatorum indultorum



etiam sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinaliū. Istud tamē so-  
let cōcedi personis multūm gratis, vel de sede apo-  
stolica benemeritis, aliàs non, quia huiusmodi reser-  
uationes sunt odiosæ, ex quo per illas aperitur via  
ad vacaturas, & præiudicatur collatoribus ordina-  
17 riis. vt di. glo. in c. præsentī, de off. leg. li. vi. Vtrum ꝑ  
autem stante huiusmodi reseruatione valeat cessio  
facta in manibus papæ in fauorem alterius, & pro-  
uisio inde sequuta de beneficio sic vt supra reserua-  
to? Dico quòd non, nisi in ea fiat specialis mentio  
de huiusmodi speciali reseruatione: nec sufficiunt ta-  
li casu clausulæ generales derogatoriæ quaruncun-  
que reseruationum, ex quo reseruatō cōcernit cer-  
tū corpus illius beneficij, vt vult gl. not. in c. quam-  
uis tibi. in ver. in genere, de præb. lib. vi. & ponit  
Domi. consi. ciiij. in. j. col.

18 Datur dispensatio ꝑ breue existenti in xxij.  
vel circà ætatis anno, & in ordine diaconatus cōsti-  
tuto, vt promoueatur ad sacerdotium aliquo die do-  
minico vel festiuo, etiam extra tempora à iure sta-  
tuta, de quibus in c. ij. & iiij. de tempo. or. dummo-  
do aliàs reperiatur idoneus, & aliud canonicum ei  
non obsistat, super quo sua & Antistitis eligēdi per  
eum conscientia oneratur. Debet tamen taliter or-  
dinandus habere licētiā à suo ordinario. c. nullus,  
de parochiis.

21 Quis autem intelligatur ordinarius in hoc casu,  
habetur in c. iiij. de tēpo. or. lib. vi. & ex prædictis ap-  
19 paret ꝑ quòd inferior circa ætatem in sacerdotio di-  
spensare nō potest, quod tenet gl. in clem. si. in ver.  
enno

anno. eo. tit. Quod autem dixi de cōstituto in xxij. anno, intelligo procedere in clericis secularibus, quia† cum monachis dispensatur in xxi. anno ad 20 omnes sacros ordines.

Professo ordinē † regularem datur per breue li- 21 centia, vt extra illum ordinem illiusque domos & claustra possit & valeat commorari, & quod alicui capellæ vel ecclesiæ cum cura vel sine cura de consensu tamen illius rectoris in diuinis deseruire, ac etiam animarum curam suscipere in parochia similiter possit & valeat, de licentia tamen sui superioris. Putò tamen quod etiam vicarius generalis illius ordinis possit dare huiusmodi licentiam professo, quia per hoc non præficitur ecclesiæ parochiali, quo casu necessaria est dispensatio superioris, vt notat. in c. ij. de sta. mo. in summa. xxj. q. i. & in c. ij. dist. xxij. licet aliqui contra, vt ponit decis. Rotæ cccclxxxij. quæ incip. Collatio facta in nouis.

Regulari † professo certum ordinem ( qui nulla 22 superioris sui desuper licentia obtenta, habitu etiã illius ordinis dimisso, ad alium ordinem etiam regularem se transtulit) datur per breue seu committitur absolutio ab apostasia, necnon ab excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris & pœnis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrit: item dispensatio super irregularitate si quam contraxit celebrando dum talibus censuris existeret innodatus, cum potestate perpetuò remanendi in illo ordine ad quem transiit. Sed non consuevit cum tali dispensari ad beneficia regularia, vel

etiam vnum seculare curatum, nisi cum magna difficultate. Et nota quia necessaria est huiusmodi licentia illi qui propria autoritate transiit ad alium ordinem, vt possit in eo licite remanere, quia † alias posset per suum superiorem reuocari, dato quod transiuerit ad religionem arctiorem, ex quo recessit non petita saltem licentia à dicto suo superiore, sec. gl. in c. intelleximus. de æta. & quali. in c. mandamus. xix. q. iij. ponit Host. Io. An. & communiter omnes in c. licet. de reg. Credo tamen quod ex quo transit ad aliam religionem etiam laxiorem, non incurrit pœnas. c. ij. ne cleri. vel mo. li. vi. per rationem quam pon. Ro. conf. cccxli. inci. Circa primum, &c.

Aliquando etiam illi qui habuerunt licentiam à superiore proprio, petunt illam pro subsistentia firmiori apostolica autoritate confirmari, & datur tunc huiusmodi confirmatio per breue cum clausula, videlicet, durante licentia. Et ratio est, quia † confirmatio ius de nouo non tribuit. c. inter dilectos. de fid. instr. licet aliquos alio effectus operetur, vt not. glos. in c. si. xi. dist.

25 Electis in episcopos † datur per breue dispensatio, vel potius prorogatio temporis de consecrandis episcopis à canonibus diffiniti, quod est trium mensium post obtentam confirmationem, vt not. in c. cum in cunctis. §. cum verò. de elec. & ideo electis in episcopos in Francia non datur prorogatio de non promouendo ad sacros ordines, nec temporis supradicti de consecrandis episcopis, nisi co-



si eorum electiones fuerint de sede apostolica confirmata.

Quædam et alia prorogationes conceduntur sub 26  
sola signatura, videlicet, terminus de publicando vigore gratiæ ad tres menses. Item prorogatur tempus regulæ de annali ad alium annum, dummodo intra primum annum adhuc existat, quia tempus lapsum prorogari non potest. l. sed & si manente. ff. de preca. sed datur noua cõcessio, aliquãdo datur dispensatio cum noua prouisione. Item prorogatur terminus de intimãdo vigore gratiæ ad sex menses. Similiter prorogatur terminus ad intimandũ in loco beneficij resignationẽ in manibus Papæ factam ad tres menses subsistente causa, arg. c. quia diuersitatem. de concess. præb. Isti termini quãdoque prorogantur ad longius tempus iuxta qualitates temporum, & causas in supplicatione expressas, arg. l. i. & ii. ff. de iur. delib. & c. consuluit. de off. dele.

Illud autem regulare est in huiusmodi prorogationibus, quia semper tempus quod de nouo indulgetur, debet cõputari à fine termini per ius commune vel regulas concessi, arg. notat. in c. cum ex eo. de elect. lib. vi. Et ideo consueuit addi clausula, videlicet, Nondum elapsi, aut de proximo instantis, &c.

Dispensatur et cum fratribus & sororibus tertij 28  
ordinis sancti Francisci per breue, quod possint contrahere matrimonium. Ex quo nota, quod licet tales licitè vtantur matrimonio iam contracto, cum dicantur habere potiùs quendam modum vi-

uendi, quàm certam regulam .sec. Io. An. in cle.  
cum ex eo. de sen. exc. tamen non videntur posse de  
novo cōtrahere sine dispensatione, quia multa pro-  
hibentur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioso.  
cum vulg. Potest autē cum talibus sine aliquo scan-  
dalo dispensari circa matrimonium contrahēdum,  
quia nō sunt verè & propriè religiosi, & potiùs par-  
ticipant de natura laicorū, cum habeant proprium  
in singulari, sec. Domi. confi. xli. & Io. An. vbi  
supra.

Datur etiam dispensatio per breue ad omnes  
ordines & beneficia illis qui olim contraxerunt ma-  
trimonium cum vnica & virgine iam defuncta.

- 29 Sed † cum bigamis aut maritis viduarum corru-  
ptarum non dispensatur. c. acutius. & c. vna. xxvi.  
di. Potest tamen Papa ex certa scientia dispensare  
cum talibus ad omnes ordines propter plenitudi-  
nem suæ potestatis. c. i. de transact. c. proposuit. de  
concef. præbend. maior est enim apostolo in pote-  
state. c. sacrosancta. xxii. dist.

Sed de potestate iuridica & ordinaria non con-  
suevit Papa cum vero bigamo ad ordines susci-  
piendos dispensare, quia decet eum de honestate  
(licet non de necessitate) obseruare generalem  
prohibitionem apostoli, arg. c. digna vox. C.  
leg. maximè cum non omnia quæ licent expediant.  
c. magna. de voto. Et hoc videtur tenere Com-  
pilator decisionum, in nouis. deci. ccccxlviij. incip.  
Quoddam factum, &c.

Cum

Cum † neophytis, qui vulgò dicuntur Marra-<sup>30</sup>  
ni, dispensatur ad omnes ordines & beneficia, dum  
modo ipsi semper vixerint vt catholici. fa. c. cum  
te. de rescrip. ibi. pro eo quòd Iudæus extitit, ipsum  
dedignari non debes: de Iudæis enim conuersis  
fundata est ecclesia, sec. Ange.

F I N I S.



Quia philosophia dei magis dicitur  
in quibusdam ordinibus & personis  
modo illi tempore vivunt ut catholice  
lecturae in hiis pro eo quod in  
habetur non debet de iudiciis  
sicut de ecclesiis sic dicitur.

F I N I S





no  
roz  
l  
ber  
m  
n  
o  
ni  
pe  
cu  
p  
n  
ff  
v  
s  
m  
r  
te  
v  
c  
c  
f  
a  
f  
i  
t  
e  
n  
s  
p  
s.  
no  
dic  
q



non debuit esse in dignitate: vt.

roz cōis. Item op. de. §. alteri stipu.

**Q**ua. als quā vbiq; seruari. 7 tunc a verbo  
bente. als quā vbiq; nō seruari 7c. quā 7 tūc regit a verbo serua

**S**tipulationē. vt. ff. de verbo. obli. l. generaliter.

**M**andatū. vt. insti. mandati. §. illud. Accur.

**N**ec sacramentū. vt. ff. de pac. iurisgētū. §. generaliter. 7 in a  
nicas non solū. §. i. Sed contra. j. si aduer. ven. l. i. solu. fm. M.

perpetuo phibitis. Tu dic fm. B. q. ibi fuit fm legem vendi  
cum decreto. 7 sacramentum restitutionē denegat.

**Q**uod fauore. Done casuz. vt. j. de procu. non eo minus.  
fide iſtru. plures. 7. ff. de car. edi. l. iij. §. due. 7. j. de se. nup

neraliter. §. in his. 7. ff. de mi. si iuder. 7 facit. ff. eod. nulla. Sec  
ff. quod quisq; iur. l. i. Sol. refert an ad postulationē fuerit cor

vt ibi an non. vt eo. ti. l. iij. in prin. 7 hic. Itēz contra. inst. de a  
§. neq;. Sed certe etiam dānum poterat ibi esse in vexando. v

mino. l. minoribus. xxv. an. Item obligaref creditoribus her  
rijs. Itēz. j. de questio. l. pridem. Sed illud euenit ppter perp

tem quādā: qz nō posset torqueri pro eo quin et cōtra eum. Itē  
vtraq; parte d3 dicere veritatē. vt. §. de epi. 7 cleri. aut. sed iud

contra. §. de iudeis. l. die sabbati. Solu. illud spāle pro festini  
deorum: vli ibi concessio priuilegij non stetit in finibus conce

sed vltra processit hic stetit. Vel ibi duo pcepta sunt. Item  
de iu. aur. anu. l. ij. sed ibi priuilegio suo renunciaſse videtur:

se ingenuū. Item est contra. ff. de excu. tu. l. cum ex oratione. i  
ibi libertus habebat priuilegium fauore patroni nō pro se q

tutela excusaretur. Vñ si impetrat ius anulorum aureoz cui  
excusationē perdit: qz non sibi erat priuilegiū 2cessuz. Itē. ff

7 cōmo. rei vē. l. si vna. S3 distingue an pacto. vt ibi: an lege  
cipe: vt hic fauor inducat. Primo casu obtinet qd ibi. Secun

dicitur. Sed hoc non valet. vt. ff. de leg. cōmis. l. ij. 7 de in die  
fabinus. Sed tu dic qz ibi nō est fauor: qz nō est extra ius co

tune em dicitur fauor vel priuilegium cuz est extra ius cōe. n  
priuilegium vel priuata lex. Item contra. ff. de pac. do. inter

**L**eges. futuris: vt. j. de vsu. l. de vsuris.

q

Sit

...ectendi sunt

...simi  
...alédo. &c.  
...ribente patri pro  
...bione lácea q' das  
...quoddam castruz  
...ne seruerat.  
...onsultationē. par  
...letia alicuius ius  
...in auferat castrū  
...iliti qui multum  
...rat principi: & imperator per priuilegium cōcedit et n  
...ipit.

...es generales del  
...: & censent gñales  
...gnis h' positis. h. d. Ba  
...extra corpus iuris posite aliquo de quo  
...signis hic positis sint roborate vt genera  
...les sunt seruande. Interlocutio principis  
...non est extendenda sicut nec in priuilegiū  
...concessa. h. d. Saly.

**C** Idem. aa. ad senatū. **Lxx. lxx.**

...ocorum. id est consiliariorum.  
...atum? imo statutū in cōi auditorio est ius gñale. vt. j. em. ipe  
...q' est s. Solu. hic in priuilegijs: v' ibi pñtib' partib' & cogni ē s  
...ter: h' vna tñ pñte. & qd dicit itroductio negocio. s. ab vna pte. nū  
...poribus. s. monachorum vel mercatorum.  
...t legatis. scz romanorum.  
...uincie. vt antiochie. vt. j. de decur. eos.  
...tati. vt metropoli. vt. j. de metropo. l. j. lib. xj.  
...curie. i. ordini decurionum.  
...gñalia iura. nō ergo decretales eplē gñales si  
...t. di. c. j. & plus valēt et q' expositiōes scōr' pa  
...c s. s. de nouo codi. q' fir. circa fi. sed ibi de his q' nū  
...ause: hic nō sic. vt & j. l. prima. i. fi. Itē s. j. q' sit lon. q' suel. fi. i  
...one ibi ppetue. i. sine pñitiōe t'pis: vt. j. de diuer. rescri. falso.  
...petue. i. gñales. Vel itellige gñalr int ipas psonas: iter alias  
...s. ff. qd qsqz iu. l. j. s. ibi nō excedit psonā rōne sui fauoris: sed  
...j. v' distingue postulatio facta fuerit: necne. vt. j. l. iij. illi' tit.  
...ocijs. non ergo producent ad consequentiam. vt insti. de iur  
...s. sed quod principi. & ff. de consti. princi. l. j. in fine.  
...m infamie. ipso iure vel per sententiam.  
...te. id est maliciose.  
...ipto. s. qz velit aliud rescriptum contra primum



qu  
ij.  
te  
ti  
de  
de

de  
i e  
ni  
p  
p

h  
m  
ni  
tio  
n  
i. d.





